dbl = L. g. IV i

Stirpium & Fossilium
SILESIAE

26227

CATALOGVS.

In quo præter etymon, natales, tempus; Natura & vires cum varijs experimentis assignantur:

Concinnatus per

CASPARVM SCHVVENCKFELT,
Reip. Hirsbergensis Phys. Ordinar.

CVM INDICE REMEDIORVM.

PSAL. LXV. & CIV.

DOMINVS ditat Terram omnis generis
Frugum ac Terræ nascentium varietate
In cibum & Medicinam.



M. *DC.*

BIBLIOTEKA TOWARZYSTWA NAUKOWEGO WARSZAWSKIEGO

LIPSIAE,
IMPENSIS DAVIDIS ALBERTI
Bibliopolæ Vratislauiensis.
Cum gratia & priuilegio Sacr. Cæs. Maiest.

Medicum vel maximè ſollicitum eſſe decet, vt ſimplicis materiæ medicæ ac ſtirpium notitiam ſibi paret, ne videlicet à Rhopopolis aut Pharmacopœis ipſi imponatur: deinde vt fieri poterit, ab externis abſtineat, domi verò natis vtatur, quæ & paratu facilia ſunt, & adulterari aut contaminari facilè nequeant.

BIBLIOTEKA KÓPNICKA PAN

14171

924 c 1970

26227

ANTIQVA GENERIS NOBILITATE, ERVDITIONE AC OMNI VIRTVTVM LAVDE PRÆSTANT. VIRO, Dn. CASPARO à VVARNSDORFF in GVSMANSDORFF, EQVITI SILESIO, ET IVDIC. XIIVIR. DVCC. Suidnic. & Iaur. Assessori digniss. Domino ac compatri suo S.

HOmo, *Vir nobilissime, ad imaginem Dei summa in dignitate & nobilitate, mente purus, corpore sanus à Creatore suo conditus; in ea perfectione & excellenti statu saluus & incolumis in æternum perstitisset, Opificiq; suo deinctus ac coniunctus mansisset, nisi de arbore ex mandato Conditoris sui fugienda, dolo & astutia Serpentis seu Draconis veteris Diaboli deceptus degustasset, & à præcepto Diuino aberrasset. Ex cuius esu, ita se corrupit Adamus, vt non solùm Diuinæ Sapientiæ, Scientiæ, Bonitatis Imaginem, quæ in eo relucebat, miris modis obfuscauerit, inquinaueritq; ; verumetiam infinitas Corporis & Animæ ærumnas ac cruciatus Mortis prænuncios, Mortem deniq; ipsam cùm corporalem tùm spiritualem in suum caput attraxerit, & per traducem in omnes posteros suos propagârit ac deuoluerit. Mens enim lucis Diuinæ plena, non secus ac riuus ex puro fonte sapientiæ cœlestis emanans, fœdas cloacas Diaboli præ-*

BIBLIOTEKA TOWARZYSTWA NAUKOWEGO WARSZAWSKIEGO

ter lapsus, adeò inquinata ac defœdata fuit, vt non amplius aquæ limpidæ, sed lacunæ turpis nomen, i. e. Mentem tenebrarum plenam obtinuerit. Corpus etiam integrè & perfectè sanum, verbo & mandato Maiestatis supremæ non acquiescens, & salubri diætâ summi ac verissimi Animi Corporisq; Medici neglectâ, cibum, qui suæ naturæ non conueniebat sed summè aduersabatur, appetens, comedensq;, adeò deprauatum & eneruatum fuit: vt, quod ante existebat purum, iam sordidum; quod erat robustum optumeq; valebat, iam infirmum ac νοσερὸν; quod denique integrum laudabili sanguine ac probis humoribus refertum, iam confractum & cacochymicum euaserit, milleq; morbis aptum ac obnoxium. Circundant hoc corpus imbecillum & fragile infiniti morbi & dolores cruciatusq; innumeri: Animum percellunt, & à sua sede dimouent curæ, metus, solicitudines, affectus inordinati & passiones infinitæ. Hinc tot tantæq; miseriæ, tot clades & calamitates in vniuersum genus humanum redundârunt.

Adamus miser & inobediens ob crimen læsæ Sacrosanctæ Maiestatis Diuinæ, nequissimi & atrocissimi hostis vinculis ac compedib. adeò irretitus, constrictus & horrendo naufragio quasi submersus, vt vi suapte, ex tanta ruina assurgere, & è tam horrendo emergere naufragio, conatu ac robore proprio, nunquam se extricare vel expedire posset; nisi Deus clementissimus ac summè misericors eum, in tenebris & vmbra mortis iacentem, prostratum, languidum, afflictum ac penè exanimem, facta promissione de Messia liberatore & seruatore, solatũ recreasset, erexisset, subleuasset. Obid Paradiso eiectus & propter inhærentes peccati reliquias in hanc terrenam patriam, spinam & carduum proferentem, vt eam coleret, collocatus fuit; quò nimirum toto huius miserabilis vitæ curriculo, tanquam in

stadio

stadio laborioso perpetuis grauissimisq; arumnis diuexatus ad cœlestem immortalitatem toto pectore aspiraret & anhelaret.

Noluit tamen Maximus Rerum Opifex lapsum Hominem, in hoc Mundo prorsus deserere, sed in illum (promissione Messiæ, in quo Adam ac posteri eius reconciliarentur & vitam æternam adipiscerentur, recreatum) suæ bonitatis & clementiæ munera ad vitam conseruandam, protegendam, defendendam copiosè stillauit, & rebus necessarijs abundè prospexit, Creaturis seu operibus manuum suarum eum Psalm. 8. v. 7.
præfecit. Omnia sub pedibus eius posuit. Greges & armenta quotquot sunt, etiamq; bestias agrestes, volatilia cœli & Sapient 9. v. 2
pisces maris. Omnes item herbas sementantes semen & omnes arbores. Vnde Psalm. 65. v. 10. 11. Visitas, Iehoua, hanc terram & appetis eam, plurimùm ditas eam; riuo Dei pleno aqua, paras frumentum illorum; quum ita præparaueris, porcas eius irrigando, deprimendo liras eius. Imbribus dissoluis eam, germini eius benedicis, &c. Vestiuntur pascua gregibus, & conualles obteguntur tritico. Præterea adeò gratiosè hominibus largitur altissimus, non solummodo vitam restituens & subsidia vitæ necessaria vtiliaq; veluti panem, vinum, &c. suppeditans: sed etiam vt sanè & iucundè viuerent, firmam valetudinem tuerentur, aduersam seu lapsam recuperarent, ac morbos, qui ob peccatũ innumeri irrepserant propulsarent; Medicamenta & Eccl. 38. v. 4. 6
remedia è terra produxit varia, & hominibus scientiã dedit, quâ glorioſi efficerentur rebus admirabilib. ipsius. Tandem vt commodè viuerent, Metallicis eos carere noluit diuina benignitas: ob id Metalla, Metallica, succos cùm liquidos tùm concretos, lapides & gemmas viscerib. ac fibris terræ implantauit: partim ad quotidianum vsum necessaria; partim ad medicinam vtilia; partim etiam ad ornatum &

voluptatem pertinentia, eruenda, effodienda, excoquenda.
Psalm. 104. *Quæ omnia Psaltes seipsum ad Deum laudandum concitans elegantissimè perstrinxit, narrans à rebus creatis laudes eius.* Iehoua, *inquit, Deus mi, magnus es valdè, &c. Irrigas montes è cœnaculis tuis, vt à fructu operum tuorũ satietur terra. Faciens vt germinet fœnum ad iumentum & herba ad hominis vsum seu ministerium, vt depromant cibum è terra. Vino lætificas cor mortalis, nitidam efficis faciem oleo, & cibo cor mortalis fulcis.*

Hinc Philosophiæ naturalis & Medicinæ studium non ab Ethnicis, Aesculapio nimirum & eius patre Apolline primùm inuentum excogitatumq; fuit, vt scriptis prodidit antiquitatis fabulositas, verùm à summo rerum opifice & conseruatore originem traxisse, sacra pagina refert. Is
Genes. 2. *enim ex mera gratia Adamo primo generis humani propagatori, omnium rerum creatarum cognitionem infudit, & vt singulas ipsarum formas pro imperio suo & conditione ipsarum appellaret, vsumq; earũ posteros edoceret, concessit. Quamuis ante lapsum neq; insalubre neq; inhonestũ fuit quicquam, quod postea propter peccatum & valetudini aduersum & probrosum effectum est. Tum enim amicti erant homines, ait Chrysostomus, admirabili gloria & quidem longè maiore, quàm vt vestitus vllus eam ornare posset, omniaq; hominis valetudini, commoditati, vtilitati, honori & voluntati ancillabantur: deniq; sic erant in terris homines, vt in cœlis Angeli; immunes à rerum istarum, quibus iam homo circumfluit, solicitudine.*

Huius iucundæ vtilis, summè necessariæ scientiæ posterorum industriâ aucta & exculta, antiquissimis temporibus apud omnes maxima fuit auctoritas & veneratio; vt & Reges potentissimos & magnanimos, illustresq; heroas eius amœnitate allectos non puducrit rem herbariam studiosè

diosè excolere & stirpium naturam diligentiùs rimari: quod præter veterum historias sacra Biblia testantur.

Solomon *Regum amplissimus, qui præter immensas opes eam consecutus est à Deo sapientiam ac rerum cognitionem, vt omnes suæ ætatis homines doctrina antecelleret, in herbarum notitia mirificè excultus exactéq; versatus legitur: ac disseruisse non solùm de piscibus, alitibus, quadrupedibus, astris, sed de arboribus etiam & stirpibus à Cedro Libani vsq; ad Hyssopum, qui egreditur è pariete, h.e. à minutissima herba ad procerrimas celsissimasq; arbores vsq; omnia habuisse cognita & explorata.*

Inter Ethnicos, *præter belli gloriam, herbarum cognitione illustres fuerunt:* Gentius *Illyricorum Rex, Gentianæ herbæ appellationem indidit.* Lysimachus *Rex Macedoniæ inuentor herbæ Lysimachiæ, eam suo nomine insigniuit. Sic à* Teucrio *Teucrium, ab* Eupatore *Eupatorium, à* Telepho *Mysiæ Rege Telephium, à* Chirone Centauro *Centaurium, & aliæ ab alijs, plurimæ dictæ fuerunt.* Artemisia *Halicarnassi Regina, Mausoli Regis Cariæ vxor, alioquin præclari nominis mulier, Artemisiam plantam proprio nomine insignitam posteritati commendauit.* Helenium *herba, ab* Helena, *quòd plantam primùm seuerit, appellationem mutuata est.* Circæam *à* Circe, *quàm Poëtæ Solis fingunt filiam, nomen accepisse, Autores prodiderunt.* Mithridates *Ponti Rex, vi tanta & animi & corporis, vt sex iugis equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur, propter eximiam herbarum notitiam & singulare Antidotum contra venena morbosq; omnes contagiosos præsentaneum, illius nomine Mithridaticum dictum, immortale nomen est consecutus, à quo & Scordium Mithridatia herba dicta fuit.*

Hos imitati sunt inter Græcos plerique sapientes, cum facul-

facultatis præstantiam, dignitatem & vsum intelligerent, in dignoscendis ac cognoscendis simplicibus multùm insudârunt, ac vt eorum veram legitimamq; cognitionem assequerentur, permultas remotas regiones perlustrârunt, variisq; sese vitæ periculis commiserunt. Vnde stirpium & animantium historiam earumq; vires longo ac multo vsu perceptas, vt posteritati inseruirent, literis memoriæq; mandârunt. Supersunt hodie vtiles Aristotelis, quos de plantis conscripsit, libri duo; de animalibus verò complures, in quibus animantium naturas, partes, ortus, ratione & via est persecutus. Theophrastus *Aristotelis discipulus suam de stirpibus sententiam multis libris explicauit. Quorum studium secutus* Dioscorides, *arborum ac herbarum figuras & vires posteris reliquit.* Hippocrates *Cous, auditor Democratis, artem medicam in lucem reuocauit, sexaginta libris omnem medicinæ scientiam complectens. Cuius doctrinam omnis solidioris medendi artis fundamentum & vniuersam veterem medicinam* Galenus Pergamenus *Medicorum post Hippocratem facilè princeps, ordine, methodo præceptisq; multifariam excoluit illustrauitq; & argumentis disertissimè confirmauit, oratione verò diserta ac eleganti vberrimè exposuit, & remediorum simplicium compositorumq; descriptionibus locupletauit copiosissimè.*

Græcorum sectatores fuerunt Arabes, *qui parum ad artis constitutionem contulerunt, & quicquid aut lectione aut imitatione dignũ habent, ex illorum libris hauserunt.*

Auicennam, *è stirpe regia natum & Bityniæ regem, eminentissimi ingenij virum, de arte medica benè mereri voluisse, monumenta ingenij, voluntatis speculum sunt.* Auerroys *Arabs, Auicennæ æmulus libro Colliget dicto, in quo totam fermè medicinam complectitur, de alimentorum & medicamentorum facultatibus quoq; agit, & insignio-*

signiorum stirpium vires ex Galeni libris alphabetico ordine recenset. Iohannes Damascenus, *filius Mesue librum edidit de simplicibus pharmacis.* Rhazis *volumen de Re Medica in nouem libros digestum condidit, quorum tertius Alimentorũ & Simpliciũ medicamentorum facultates edocet.*

Cùm verò Ars medica nullis olim non seculis celebris tractata & exculta, Regnorum mutationibus, euersionib. & bellis tàm ciuilibus quàm externis, vel etiam Medicorum incuria, superiori nostro seculo splendorem suum dignitatemq; amiserit, & multùm deformata ac neglecta iacuerit; complures ætatis nostræ clarissimi viri & Rei Medicæ diligentissimi indagatores (re animaduersa) strenuam nauârunt operam, vt tam præclaram diuinamq; facultatẽ, deprauatam, incultam, discussâ superioris seculi caligine, è tenebris eriperent, suæ luce & pristinæ dignitati restituerent: Ea propter in materia medica, maximè in studio rei herbariæ iam ferè neglecto plurimùm laborarunt, & veterum scripta quasi sopita ac non tantùm extincta rursus accenderunt, excitârunt, auxerunt & illustriora reddiderunt. Inter quos excelluêre Hermolaus Barbarus *patritius Venetus, vir eruditus & omni laude dignus, Dioscoridem nobis primus latinum reddidit elegantissima & Pliniana oratione. Antonius Musa Brassauolus: Iohannes Ruellius Gallus de natura stirpium libros tres elegantes, doctè & copiosè conscripsit: Amatus Lusitanus: Petrus Andreas Matthiolus: Nicolaus Monardus: Iohannes Fernelius: Otho Brunfelsius: Gualterus Ryfius: Euricius Cordus: Hieronymus Tragus: Leonhardus Fuchsius: Conradus Gesnerus: Adamus Lonicerus & alij plurimi.*

Nec recentiores deterruit maiorum diligentia, quò minus suam de Plantis ac Stirpibus, Animalib. ac Mineralib. sententiam scripto explicarent. Præalijs nostra ætate clari

sunt: Rembertus Dodonæus Mechlinienſis Medicus Cæſareus hiſtoriam plantarũ elegatiſsimam triginta libris diſtinctam reſtaurauit. Iacobus Dalechampius præcipuus autor fertur vniuerſalis hiſtoriæ plantarum Lugdunenſis. Iohannes Coſtæus vniuerſalem ſtirpium naturam libris duobus comprehendit: item rariorum ſtirpium hiſtoriam conſcripſit. Iacobus Theodorus Tabernæmontanus herbarium duplici volumine & Theſaurum aquarum medicatarum teutonicè exarauit. Carolus Cluſius Atrebas plantas Hiſpaniæ & Pannoniæ publico ſcripto edidit: quas verò alat Aegyptus Proſper Alpinus edocuit. Matthias Lobelius aduerſariam nouam & herbarium elegantiſsimè ſcripſit. Extant, Hortus medicus Ioachimi Camerarij medici Noribergenſis, & Harcynia ſylua Iohannis Thalij phyſici Northuſani. Felix Platerus poliatros Baſilienſis fabricam corporis humani, adiunctis æneis typis perſpicuè euulgauit. Lucubrationes de plantis, animalibus, & morbis medendis eruditas ſub manibus habet. Iohannis Bauhini Ducis VVirtebergenſis Archiatri, de thermis Bolenſibus Ducatus VVirtembergici ſcriptum proſtat publicè: opus de conſenſu & diſſenſu ſtirpium iamdudum expectamus. Eius frater Gaſpar Bauhinus medicus & profeſſor in Baſilienſi Rauracorum Academia, vir pietatis, eruditionis, humanitatis nomine nunquam ſatis laudatus, cui plurimum debent alumni Aſclepiadei, ob inſignem in arte medendi ſcientiam, rei anatomicæ & herbariæ peritiam celebris, & inprimis Italis, Gallis & Germanis notus, publici iuris fecit cùm anatomica tum Botanica opera. Plura propediem dabit.

Quandoquidem autem non omnis fert omnia tellus, & quæuis prouincia, quæuis regio ſua peculiaria & ſingularia profert vel animalia, vel mineralia & ſimplicia: quæ ex varijs & remotiſsimis locis etiam colligere ac repetere

Deus

Deus voluit, vt inde creatoris mira erga genus humanum bonitas & clementia magis illuceſceret, & qualibet gens ſeu natio haberet vnde ſe ſuoſq; aleret, ac Deum iugiter celebraret. Sic India orientalis *aromatum & gemmarum præ cæteris orbis regionibus ditiſſima eſt, adeò vt ijs vniuerſum orbem explere videatur. Gignunt Bengala Cardamomum, coſtum, nardi ſpicam: Malauar Zingiber, Zedoariam, crocum, piper rotundum; longum verò in Bengala naſcitur. Proueniunt in Guzarate Tamarindi, Caſſia ſolutiua, Calamus aromaticus verus, coſtus cum Turpetho: in Iaua, Galanga: in Cambyia Myrobalanorũ quatuor genera, Caſſia ſolutiua, Anacardium, Lycium & Hyacinthi: in Cunda & Iaoa Cubebæ: in Banda nuces myriſticæ: in Pegu Lacca & Sapphyri præſtantiſſimi: in Calambar Agallochum, & in Sian Benzoinum.* Chinarum *regio Rhabarbarum, Chinam radicem, Rheumponticum, Galangam, Zedoariam, Moſchũ, Camphoram, Margaritas, Sericum, Oryzam, vaſa Murrhina, &c. abundè fert.* Moluccæ *inſulæ hodie ob aromatum copiam celebres, piper, macis, nucem moſchatam, caryophyllos, ſantalum, ambram, camphoram & alia mittunt. Aloe naſcitur præſtantiſſima in inſula, quæ eam gignit, Zacotora, vnde Socotorina dicta fuit.* Taprobana *ſeu Zeilan laudatiſſima totius orbis inſula nucem moſchatam, caryophyllos. Piper, ambarum, elephantes maximos, omnis generis præter Adamantem gemmas, rubinos, oculos catti, ſapphyros, margaritas, auri, argenti magnam copiam gignit. Ex Coraſone & Perſia precioſiſſimus affertur lapis Bezoar dictus, aduerſus omnia venena Mauritanorum teſtimonio antidotum omnium præſtantiſſimum. Myrrham & thus, iuncumq; odoratum largitur Arabia. Sola Iudæa & Aegyptus Balſamiferaces. Tutia Alexandrina non Alexandriæ fit, ſed ex Quirmon Ormuz defertur, dein Alexandriam deportatur,*

ex qua tandem Italiæ, Galliæ & Germaniæ communicatur. Impertit Affrica, *Ebenum lignum, Cupressum, Myrrham, Mumiam, &c. Dat* Macedonia *Petroselinum Macedonicũ appellatum.* Cyprus *maris mediterranei inter Ciliciam & Syriam insula Metallorum & Gemmarum prouentu nobilis præstantissima habuit æris metalla, etiam Galeni testimonio.* Candia *olim Creta insula Vini nobilissimi multarumq; herbarum ad vsum medicum vtilium feracissima, ad alias gentes mittit vinum Maluaticum, & Appianum, vuas Corinthias, Coccinea grana, Saccharum, Laudanum, Gossypium, Diptamnum, Scordium, Daucum & alia.* Lemnum *Aegæi maris insulam. Terra quæ Lemnia, hodie Sigillata seu Lemnium sigillum nuncupatur, nobilitauit:* Armeniam, *Bolus Armenus & lapis Armenius celebrant.* Italia *Mannam Calabrinam, Crocum, Gallas, Oryzam, vitra & specula Veneta, Sericum, Pannos Xylinos, holosericeos, &c.* Hispania *Oleum, Mala punica, Arantia, Lemonia, Citria, & alias merces ex vtraq; India Lusitanorum nauigationibus aduectas Europæis communicant. Aurum, Smaragdos, Margaritas, Bresilium lignum, Sassafrassum, Mechoacam, Balsamum Americanum, Takamahaca & alia plurima gignit* America *aliàs occidentalis India, ab Hispanis detecta. Abundè profert* Anglia *Gagatem, pannos laneos & Stannum præstantissimum:* Islandia *Sulphur & pumicem.* Gallia *Corallos, grana Coccinea seu Kermes, Glastum, Adianthum, Seseli exteris suppeditat. Mittunt* Dania, Suecia, Noruegia, Belgium, *pisces frigore induratos, Asellos, Passeres, Haleces sale conditos & infumatos, pisciumq; axungiam. Abundat* Borussia *Alce & Succino, quod ad Prussenica littora copiosè legitur; Sale fossili petræo, Bobus* Polonia; Lithuania *Melle & Cera.* Moscouia *in syluis vastis Animalia omnis q; generis feras alit. Ob id pelles nobilissimas & pretiosissimas*

mas Martarorum, Zibellinas, Luporum Ceruariorum, vulpium albarum, nigrarum in vniuersam Europam transmittit. Boiemia *Tritici, Lupuli, Argenti, Gemmarum, Aluminis ferax.* Hungaria *nulli terrarum fœcunditate, soli vbertate, Metallorum copiâ cedit.* Germania *olim barbara, inexculta; hodie multis prouincijs præfertur. Præter omnes enim res ad vitæ conseruationem necessarias, Metalla etiam & lapillos pretiosos, plurima simplicia, vt Daucum Creticum, Siler montanum, Meum, Phu Ponticum, Absinthium Romanum, Scordium verum, Gentianam & multa alia, quæ ad vsus Medicos ex peregrinis locis acquirere oportebat, hodie copiosè suggerit. Quid igitur de Elysiorum regione? Num hæc prorsus sterilis, nihil horum obtinuit?* Silesia *prouincia quamuis exigua & Septentrionalior, cùm partim sit montosa Suditorum montibus & Carpathi iugis annexa, omnis certè Metalli gignendi commoda & ferax: partim plana & campestris, etiam segetibus ferendis benigna & fœcunda mater. Reticeo summam commoditatem & quæstum quem habet ex Lino, quod præ cæteris nationibus satum adeò feliciter & vbertim fundit ager Silesiorum, vt vix locum seu ædes reperias, siue arces Magnatum conscendas, siue oppida perlustres, siue agricolarum villas visites, siue deniq; Rusticolarum casas subeas, in quo linificia tractari non animaduertas.*

Hæc cùm attentiùs apud me meditarer, summi opificis ineffabilem potentiam & inscrutabilem sapientiam in tot tamq; varijs Animantibus, Plantis, Metallis, Lapidibus considerans; ante annos amplius duodecim, cùm Basileâ Rauracorum, vbi per aliquot tempus Medicis & Philosophicis operam dedi, in patriam Gryphibergam redijssem, Terræ nascentia, Animalia, Fossilia Silesiæ, naturæ quadam inclinatione ductus indagare cepi; Eaq;, post elapso triennio,

Hirschbergam regale & ob thermas vicinas nobile ad Boberum fl. situm oppidum, ab Amplissimo Senatu in Physicum ordinarium vocatus, commodiorem ob vicinos Sudetes & Riphæos nactus occasionem, diligentiùs scrutari perrexi: ac totum id tempus mihi à curandis ægris vacuum, in considerandis Animalibus, inquirendis & legendis Plantis ac Metallicis nulli labori parcens consumsi. Quod sanè studium cùm plerique Medici & alij insigni doctrina & Rerum vsu præstantes Viri perspicerent, sæpiùs à me & verbis & literis efflagitârunt, vt in communem vtilitatem & patriæ laudem, meas de Stirpibus ac Fossilibus obseruationes conscriberem & publici iuris facerem. Hoc, ingenij mei tenuitatem considerans cùm sæpè renuerem; tandem multoties admonitus, ipsorum petitionibus & desiderijs, vt saltem aliquo modo satisfacerem (illud Platonicum: Non solùm nobis natos esse in memoriam reuocans) Earum Rerum, *quæ vel in ipsis* Terræ viscеribus *natæ effodiuntur seu effluunt; vel super Terram & radicibus infixæ germinant; vel in Aëre Aquisúe liberè vagantur, non* Historiam, *sed solummodo* Enumerationem, *succeßtuis horis conscripsi, eo animo, vt inde mira bonitas & clementia Creatoris nostri manifesta fieret, quâ (præter lucem verbi sui, discussis inscitiæ & ignorantiæ tenebris accensam) patriam nostram benignè respexit, secundum illud Tobiæ, c. 12. v. 8. Opera Dei reuelare gloriosum esse: Dein vt doctioribus me vlterius progrediendi, ac diligentiùs de his & alijs Naturæ arcanæ arcanis cogitandi occasionem & ansam præberem.*

Hoc meum de Plantis Opusculum, Vir Nobilissime, pro more recepto, sub tuo nomine in lucem emittere volui, quòd animaduerterim, Te Philosophicis & Medicis, inprimis Rei herbariæ studio summè delectari. Simul etiam vt aliquod meæ gratitudinis testimonium redderem erga Te, propter singula-

gularem beneuolentiam, quâ me hactenus prosequuti estis, non solum Tu, Vir Nobiliß. & doctiß. sed nobiliß. & pientiß. piæ memoriæ Mater tua; nobiliß. & doctiß. Fratres Tui Abrahamus & Iohannes à VVarnsdorff eruditione & virtute præstantes, mihi amantißimi. Qui cùm in cœlestem patriam translati sint, æquum esse duxi, T. N. hoc, qualecunq; est, offerre, dedicare, consecrare. Quod paruum & exiguum munusculum ex animo N. T. obseruantiß. profectum, sereno vultu & placido beneuoloq́; animo accipere, & aduersus malignos Quorundam morsus patrocinio suo fideli tueri atq; defendere velit, demißè humiliterq́; rogo. Vale & me meosq́;, vt hactenus fecisti, Tibi cõmendatos habeas. DEVS Optimus Max. T. N. cum tota familia in multos annos sospitem atq; incolumem seruet. Dabantur Ceruimontij, ex Museio nostro, Anno 1600. θεανθρώπου; eo die, quo ante annos 974. Mieslaus *Polonorum Princeps primus Christianus, Gnesnæ, Christianismo per Baptismum vnà cum sua gente initiatus est, & idola ac simulacra Ethnicorum numinum confracta vbiq; & ex templis, mandato Regis eiecta sunt.*

N. V.

A.

Caspar Schvvenckfelt Med. D.

Auto-

Autorum, quorum in hoc opuſculo ſit mentio, catalogus.

Aduerſaria
Aëtius
Amatus Luſitanus
Ambroſius Paræus
Andreas Cæſalpinus
Andreas Cortuſus
Andreas de Lacuna
Anguillara
Apuleius
Archigenes
Auicenna
C. Plinius
Carolus Cluſius
Caſpar Bauhinus
Caſpar Peucerus
Chriſtophorus Rumbaum Med.
Cicero
Columella
Conradus Geſnerus
Cornelius Celſus
Cornelius Gemma
Crateua
Democritus
Dioſcorides
Dominicus Heintz Pharmac. Suidn.
Encelius
Euricius Cordus
Gabriel Fallopius
Galenus
Georgius Agricola
Guilielmus Salicetus
Hermolaus Barbarus
Hieremias Geſnerus
Hieronymus Cardanus
Hieronymus Fracaſtorius
Hieronymus Mercurialis
Hieronymus Tragus
Hippocrates
Hollerius
Iacobus Dalechampius
Iacobus Syluius
Iacobus Theodor. Tabernæmontan.
Iohannes Aicholtzius
Iohannes Bauhinus
Iohannes Coſtæus
Iohannes Fernelius
Iohannes Francus Phyſ. Camicenſis
Iohannes Iacobus VVeckerus
Iohannes Kentmannus
Iohannes Meſue
Iohannes Ruellius
Iohannes Thalius
Iulius Cæſar Scaliger
Laurentius Scholtzius
Leonhardus Fuchſ.
Lugdunenſium hiſtoria de ſtirpibus
Matthias Lobelius
Marantha
Melchior Guilandinus
Ottho Brunfelſius
Palladius
Petrus Andreas Matthiolus
Petrus Creſcentius
Petrus Bellonius
Rembertus Dodonæus
Rondeletius
Scribonius Largus
Sebaldus Laurea pharmac. Vratiſl.
Serapio
Seruius
Theodorus Gaza
Theophraſtus Græcus
Theophraſtus Paracelſus
Tobias Fiſcherus Med. Suidnicenſis
Turnerus.

Dn. C A-

Dn.

CASPARO SCHVVENCKFELDIO PHIL. ET MEDIC. DOCTORI, REIPVBL. HIRSBERGENSIS Medico, amico suo S.

NEc verò terræ ferre omnes omnia possunt,
Diuersæ arboribus patriæ.

Vt rectè & sapienter Maro noster ait, Vir clariss. ob idque Agricultoribus inprimis considerandos esse monet:

——patrios cultusq; habitusq; locorum.
Et quid quæq; ferat regio, quid quæq; recuset,
Hîc segetes, illic veniunt felicius vuæ.
Arborei fœtus alibi, atq; iniussa virescunt
Gramina: nonne vides, croceos vt Tmolus odores,
India mittit Ebur, molles sua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, virosaq; Pontus
Castoria:

Cum enim cœlum terramq; IEHOVA condidisset,
Continuò has leges, æternaq; fœdera certis
Imposuit Natura locis. Vt poetæ eiusdem verbis vtar. Hinc tam vario & munifico luxu vnaquæq; Orbis pars plantas peculiares, stirpes, arbores, animantia, metalla produxit. Hinc Syriæ Iudæa Balsamum, Aromatum copiam Libya, aspalathum Rhodus, palmam Babylonia, Cedrum Libanus, Oleastrum Olympio, Cupressum & Dictamnum Creta, Petroselinum Macedonia, Lotum Euphrates, Papyrum Nilus, Colocasiam Aegyptus, aliæ partes alia. Aurum optimum & precioſos gemmarū thesauros, regiones suggerunt ad Meridiem orientemq; solem: cætera metalla illa quæ ad ortū & occidentem respectant, vt vniuscuiusq; illarum Incolæ notum faciunt, & rationibus confirmat Cardanus, quem à Scaligero ob id iniquius reprehensum antecessor illius & artis metallicæ magister optimus, Georgius Agricola tueri potest. In Hispania Bætica & Aethiopia laudatissimum aurū, apud Suecos & Ostrogothos ferrum, ad Islandiam sulphur,

alijsq; in locis alia inueniri atq; è terræ viſceribus erui ſcribens. Verum vt hæc nonnullis peculiaria ſunt,& proprio q. munere attributa: ita etiam contrà, certis quibuſdam deſtitui ea cernimus. Sic Orienti Minium cum Argento viuo, Aeolis æs & Plumbum, Africæ apros, ceruos, capreas, vrſos denegatos eſſe conſtat. Arcades thymo, Ægyptum Cerafis, Cretenſes lupis, herinaceis, attagenibus, Scythas & Pontum aſinis carere & peregrinationibus & literarum monimentis proditum eſt. Ac quamuis interdum hominum induſtriâ quædam aliò translata ſunt: tamen tanquam à nouerca tellure, minus clementer excepta, elanguerunt, vel contabuerunt, ſemper eo, quod ex natali ſolo aſſumtum fuerat, nomine retento. Sic ex Syria Vitellius attulit piſtacia & zizypha, quæ Galenus σπεῖρα nominat. Sextus Papinius. Sic à Damaſco illius vrbe Damaſcena, à Thaſo Thraciæ, nuces Thaſiæ ſeu amygdala, à Caſtana Magneſiæ, Caſtaniæ, à Cretica Cydone Cydonia, à Carthagine Pœnorum, Punica mala, à Cerafunte Ponti Cerafia, nomen ſuum deduxerunt. Nec minus autores illi, hoc pacto, decus & memoriã ſui conſeerarunt immortalitati. Ab Alexandro rege, quæ prius Iouis dicebatur, nux regia appellari cœpit, ab Helena Helenium, à Mauſoli vxore Arthemiſia, à Gentio Illyriorum rege Gentiana, à Lyſimacho Macedoniæ Lyſimachia, à Telephio Mileſiæ Telephium, ab Euphorbio Mauritaniæ Euphorbium, ab alijs aliæ ſuas nactæ ſunt nomenclaturas. Neq; verò ſine conditoris noſtri conſilio & prouidentia ſingulari, id accidiſſe putandum eſt, vt nempe arctior eſſet inter homines ſocietas, & altera orbis pars, alterius ope atq; auxilio foueretur conſeruareturq;. Galenũ artis noſtræ Principem (Hippocratem excipio) non puduit, Palæſtinam ipſam & Syriam atq; Cyprum adire, vt Lemnium ſigillum, Bitumen Iudaicum, omnisq; generis metalla rectiùs perfectiusq; cognoſceret, vt ipſe fatetur libro 1. de Antidotis & 3. de comp. med. per genera, ob idq; Medico exactam medicamentorũ noticiã comparare volenti, neceſſariò peregrinandum, variasq; Orbis partes atq; regiones perluſtrandas eſſe cenſet. Quin & pari ſtudio ſtrenuiſsimus miles Dioſcorides, remotiſsi-

tissimas quatq; terras visere voluit, vt earum plantas, lapides, metalla, arbores, animalia, venena, & quæ medica ars requirit, indagaret & laboribus atq; scriptis suis posteritati, maiore commodo atq; fructu prodesse posset. At quid tu ista ad me? inquies. Ignosce obsecro, Vir clarissime, audaciæ in scribendo, pro ea quæ in te est humanitate, Ignosce inquam & si pecco da veniam. Et literis & sermone quorundam nunciatum mihi est (immò ex Teipso, cum aliquando in cura nobilis Dn. Balthazari à Gutsch in pago Langenau vnà essemus, nec non cùm ad visitandæ vestræ officinæ Pharmaceuticæ munus ab amplissimo Reipubl. vestræ Senatu vocatus essem, coràm intellexi) Te hactenus magno labore, summo studio & industria singulari, plantas, radices, stirpes, metalla inquisiuisse omnis generis, quæ vel alibi non habentur, & quorum parens videtur nostra Silesia, vel de quibus veluti proprijs gloriantur alij, & tamen hisce nostris in locis extant, & certo volumine consignata propediem ea publicæ luci atq; vtilitati communicaturum. O facinus egregium, ô animum arti nostræ iuuandæ propensum. Crede mihi (noui enim ingenium tuum eruditionem studium & labores) rem præstiteris magnam, & patriæ decoram, Medicinæ deditis vtilem, & quæ Tibi nomen & decus perenne paritura est. Perge modo atq; opus hoc matura, atq; fœtu isto, Musis & Apolline propitio, quam primum nos bea. Neq; verére Momos, immò nec ipsam quæ summa petit & optima quæq; arrodit, Inuidiam. Perge & Dn. M. Pancratium Sussenbachium, M Kretsmerum, viros Reipublicæ vestræ clarissimos & mihi carissimos, Dn. etiam pharmacopœum & Balthazarum Schvabsdorff Chirurgum, ac si quos mei amantes esse nosti, meis verbis saluta. Vale. Dab. Svidnicij, ex Museo nostro XII. die Decembr. Anno M. D. XCIIX. æræ Christianæ.

Tobias Fischerus Philosophiæ & Medicinæ Doctor.

In Catalogum
DE STIRPIBVS ET FOSSILIBVS SILESIAE
Clarissimi Viri
Dn. CASPARIS SCHVVENCKFELD PHIL. ET MEDIC. DOCTORIS
ac Reipub. Hirsberg. Physici Ordinarij.

ITale quid iactas dotes, quid Galle, paternas,
Quæ quoque cum parili SILESIA laude tenet?
Ha dubitas? Mihi testis adest SCHVVENCKFELTIVS, ingens
Et Sophus, & medici Mystes honorus agri.
Hic etenim studio solerte, grauiq; labore
Contulit, Elysius quas habet Orbis, opes.
En tibi cum variis mineralia plurima plantis;
En Thermis: fontes en medicantis aquæ:
Ac quæ præterea terrâ effodiuntur opertâ,
Et gemmæ, & lapides, & vario æra sono.
Hoc paruo Promus felix hæc omnia libro
Explicat: hunc alacri volue, reuolue manu.
Disseream, si non mecum mirabere dona,
Quæ Silesiaci continet ora soli.
Ergo quid, ante pedes quæ sunt, medicamina grata?
Spernimus, atq; alio quærimus illa loco
Non meliora: situ sed fors peiora vetusto,
Ægrotum fallunt quæ Medium q; simul.

Omnia

Omnia non omnis fert terra. fatemur: at omni
Num terræ prosit, quod locus vnus alit,
Ambigo. Nam Natura suo sic prouida nutu,
Cuiq; queat propriis quò satis esse loco.
Dum modò Naturæ quæ sint mysteria, cautâ
Ingeniti Genij discutiamus ope.
Illud idem mecum sentis, medicaminis Augur
Eximie, & melici flos speciose chori.
Primus enim, primus Tu Silesidos abdita nostræ
Non sine difficili lecta labore canis.
At labor haud facilis veluti: sic gloria perpes,
Quæ Tibi, quæ patrio prouenit inde solo.
O bene! nunc Gallis, Latijs nunc SILESIA *certat,*
Atq; triumphales gestat opima comas.
O bene! ceu ceptum, sic fausliter ito: iuuabunt
Conamen celebres artis honore viri.
Silesia sic per Te clarabitur: artibus hanc per
Præstantes Clarijs: Tu per vtrosq; simul.

M. Caspar Conradus
Vratisl. Med. Cand.

IN CATALOGVM

Plantarum Sileſiæ viri clariſs. Dn.

CASPARIS SCHVVENCK-

FELDII, PHILOS. ET MEDIC. D.

& Hirsberg. Phyſici Ordinarij.

Non equidem dixîm, naſci Tibi, Sleſia flores,
Plantasq́ naſci tot Tibi.
Nam Tibi flant raro Zephyri: Tibi ſæpius Auſter
Caurusq́ perdit floſculos.
Nunc video: Medicæ ſuboles Schuuenckfeldius illas
Dum monſtrat hoc libellulo.
O felix Mea Sleſia, vix certare videtur
Tecum Italis, vix India.
Vix tanto numero profert Hiſpania flores,
Vix Gallia & vix Belgium.
Hoc nemo nouit: ſolus Schuuenckfeldius illos
Inuenit vnus floſculos.
Ecce tibi dicit loca, dicit nomina, quiq́
Nunc inuenire illas poteſt.
Tàm laudem Tibi conciliat Schuuenckfeldius amplam,
Nomenq́ quærit ſplendidum,
Vt quæ culta minus dicta es, cultiſſima dici
Iam terra poſſis, Sleſia.
Ergóne debebis Medico plus, Sleſia tanto,
Quàm debet hic vel debuit?
Tempus ad exiguum, Tu Sleſia forte dediſti,
Vitam Tuo Schuuenckfeldio.
Sed Tibi perpetuæ dat viuere ſecula vitæ,
Debet quis ergò plura? quis?

Balthaſar Exnerus Hirsbergius
Poëta Cæſar. & Philoſ. M.

SILE-

SILESIAE GEOGRAPHICA BREVIS DELINEATIO.

Origo.

SILESIA QVASI ELYSIA MVTATA *voce in sonum elegantiorem, ab Elysa Iauan seu Iouis filio Nonnullis dicta fuit. Alij à confluxu Populorum nomen accepisse Silesios, suspicantur. Huius veteres Incolas, Quados, dein Lygios, præcipuè verò Elysios & fortasse aliqua ex parte ad ripam Viadi, Manimos fuisse, Historici referunt. Qui, cùm perpetuis migrationibus Populorum, creberrimis bellis & Attilæ tyrannide penè exhausti essent; Post eius interitum, desertis sedibus veterum Lygiorum & vicinorum Germanorum, Gens Sarmatica Henetica originu, ex amplissimis illis Regionibus, quæ nunc Russiæ vel Moscoviæ nomen habent, abipso Mari glaciali vsq; ad paludem Mœotidem se commouit, &, duce Lecho, has terras occupauit, reliquijs incolarum, vt ipsorum acciperent Imperium, coactis.*

Poloniæ Regno subiecta fuit, *annis penè 860. Ante annos verò 250. circiter, propter discordiam Principum & ruinas Regni Poloniæ, auulsa à Polonis Silesia, facta est socia Regni Boiemiæ: quod olim ab eadem Gente Sarmatica, duce Zecho fuit constitutum, artibus ac consilio Iohannis Lucelburgensis Regis Boiemici, qui fuit filius Henrici VII. Imperatoris, & Caroli IV. pater.*

Situs seu Positus.

Ab ortu & septentrione Poloniam habet; à Meridie Morauiam & Boiemiam tangit; ab occasu Luzatia terminatur.

Figuram obtinet fermè tetragoni, sed laterum inæqualium. Longitudo eius, quæ est circiter milliarium 40. Germanic. valde superat latitudinem, quæ vix est milliarium viginti. Initium longitudinis est à gradu 32. fermè vsq; ad 36. & aliquot scrupula. Maxima latitudo est graduum fermè 52. Minima paulò minor quàm graduum 50.

Latus Orientale *est à fontibus Vistulæ, qui sunt ad radices Carpathi montis, non procul ab oppido Teschena vsq; ad fontes alterius fluuij non magni Brednicij, non procul ab oppido Beuteno. Hoc latus fermè est milliarium 20.*

Occidentale *latus statuitur à Luza, Quissoq; fluuijs, vsq; adconfluentem Boberæ & Viadi, quæ est ad oppidum Crosnam. & est limes Silesiæ versus Luzatiam & Marchiam Brandeburgensem, etiam milliarium fermè 20. & amplius.*

Meridio-

Meridionalis *pars est à fontibus Vistulæ vsq; ad Montem Fagorum, Mumelam Iseramq; fluuios. Excurrit hoc latus in occasum ad iuga Montium Suditorum, qui diuidunt Boiemiam à Silesia. Horum fermè milliaria 40. videlicet ab oppido Teschena ad fines Luzatiæ.*

Latus septentrionale, *à fontibus Bredniæ & radicibus Carpathi vsq; ad confluentem, qui est Crosnæ & fermè est milliarium 40.*

Exposita *est ventis præcipuè Aquilonaribus & occidentalibus. Nam ad Austrum cingitur montibus Boiemicis, ab ortu iugis Carpathi. Aquilones verò liberè ex Polonia in eam excurrunt & ex Marchia ac Luzatia occidentales.*

Partitio.

Silesia *vel est* Superior, *qua ad Meridiem Sudetes montes, & Carpathum attingit, & habet Ducatum Teschinensem, Troppauiensem, Ratiborienſem, Opelienſem.*

Inferior *vicina est Poloniæ Maiori & Marchiæ, vt sunt Ducatus Bregenſis, Vratislauienſis, Nissenſis, Suidnicenſis, Iaurenſis, Legnicenſis, Glogouienſis, Saganenſis, Olsnicenſis, Münsterbergenſis, Crosnenſis.*

Hodie *in* Dvcatvs, *vt nominant, distribuitur quindecim, ex quibus singuli sua nomina acceperunt à sua metropoli.*

Vratislauienſis,	Nissenſis,	Bregenſis,
Legnicenſis,	Teschinenſis,	Olsnicenſis.
Suidnicenſis,	Iaurenſis,	Munsterbergenſis,
Opelienſis,	Ratiborienſis,	Troppauienſis,
Saganenſis,	Glogouienſis,	Crosnenſis.

His addunt Alij Ducatum Iegendorffensem, Lubissensem, & Comitatum Glocensem.

Quilibet Ducatus *rursus suas peculiares obtinet* Diœceses, *seu* Districtus, *qui vulgò* Weichbilder *vocantur.*

Baronatvs liberi *quatuor*, Freyherrschafften/Stende.

1. VVartebergenſis, 2. Milesius,
3. Plessenſis, 4. Trachebergenſis.

Abbatiæ.

Leubusienſis, in arena Vratisl.
Abb. ad S. Vincentium Vratisl. Heinrichouienſis.
Camencenſis, Grissouienſis, Raudenſis,
Grimmelvvitzenſis, Beraunienſis.

Collegia Canonicorum.

Canonicatus Vratislauienſis ad D. Iohannem.
Glogouienſis, Nissenſis.

Ratibo-

Ratiborienſis, Opelienſis,
Glocenſis.

Cœnobia.

Trebnicenſe, Sprottauienſe, Naumburgenſe ad Quiſſum.
Liebethalenſe, Strigonienſe, Legnicenſe,
Ratiborienſe.

Vrbes & Oppida numerantur, 120.

Omnia fermè populoſa valde, Mercatoribus & cœtibus Opificum referta. Primaria ſunt:

VRATISLAVIA, Breßlaw/*metropolis & vmbilicus ferè Sileſiæ in læta fertilique planitie ad confluentem Viadi & Olauæ fl. ſita, mercaturâ celebris & cereuiſiâ ſucculentâ, quam vulgò* Schöps *vocant.*

Namslauia, Namslaw / *oppidum diœceſeos Vratiſlau. Ciues habet ex mercatura opulentos.*

Neoforum, Newmarck/ *oppidulum cum burgo.*

Smogra, *prima Sileſiorum hîc erecta ſchola, Anno 966. ab Vrbano I.*

NISSA, die Neiſſe / *vrbs primaria ad Niſſam fluu. ſita. Sede Epiſcopali fulget.*

Grotka, *opp. mœnitum agro fertili non procul à Niſſa fl. ſitum.*

Ottmochouium, Ottmachaw/ *oppidulum apertum.*

Zuckmantela, Zuckmantel/ *oppidum metallicum ſub radicibus montium Morinorum poſitum, Ferri, Argenti, maximè Auri metallis clarum.*

Ziegenhals, *opp. officinis ferrarijs nitet.*

TESCHENA, Teſchen / *vrbs ſui Ducatus primaria cum arce Principis ad radices Carpathi vulgò Iablunckæ ſita. Emporio nobilis. Alluit hanc Elſa fluuius.*

Freiſtadium, Freyſtettel / *opp. mœnitum textoribus telarum linearum frequens.*

Skotzouia, Kotzoff/ *opp. muris cinctum.*

OPELIA, Oppeln/*vrbs Ducatus ſui præcipua. Canonicatum habet, Arcem antiquam trans Oderam fluuium, qui vrbem præterfluit.*

Bytonia, Bytom/ Beuten/ *opp. in confinijs Poloniæ ad Carpathum ſitum vetuſtis Argenti fodinis clarum.*

Tarnouitium, Tarnowitz/ *oppidulum metallicum, ad radices Carpathi poſitum, Metallis Argenti, maximè Plumbi hodie celeberrimum. Hic etiam Lithargyrium & Vitriolum ex ſcorijs Plumbi conflatur.*

RATIBORIA, Ratibor/*vrbs lignea cum arce Regia Viado adiacens. Ante biennium ferè integra conflagrauit. Cœnobium habet virginum & virorum.*

Kosla, Koſel/ *oppidulum ad Oderam cum arce.*

Glogouia Minor, Klein Glogaw / *oppidum ad Nissam fluuium, In arce residet præfectus Ducatus.*

TROPPAVIA, Troppen/ *vrbs cum arce ad confluentem Moræ & Oppæ fluu. ædificata. Ducatus titulo insignis.*

VVochstadium, Wochstatt/ *opp. mœnitum.*

MVNSTERBERGA, Münsterberg/ *vrbs antiqua ducalis, olim Ducibus Olsnensibus parebat: hodie Regi Boiemiæ subiecta.*

Francosteina, Franckstein/ *oppidum ad Steinam fl. cum arce.*

Reichensteina, Reichstein / *ob metalla Auri & Argenti clarum & celebre oppidulum.*

Silberbergum, Silberberg / *opp. metallicum à venis Argenti nomen accepit.*

SVIDNICIVM, Schweidnitz / *vrbs primaria, ampla & elegans cum Burgo & Monasterio Monachorum, Incolis frequens, Beram coquit duplicem: vnam ex Tritico, qua vulgo Stier vocatur; alteram hordeaceam Bitterbier/ haud improbi succi. Mola nitet papyracea.*

Strigonium, Stregomum, Striege/ *vrbs satis ampla loco fertili sita, ob Margam, quæ vulgò Sigillata Slesiaca seu Strigomiensis, ad montem acutum D. Georgij eruitur, celeberrima. Celebritatem auxit Cereuisia quæ illic paratur Triticea.*

Reichenbachium, Reichebach/ *oppidulum textorũ officinis frequens.*

Landeshuttum, Landshutte / *id est, spicula Regionis oppidulum montanum à Mercatoribus Grusijs notissimum.*

Fanum Bulconis, Bolckenhan / *paruum oppidum. Castrum habet munitum alto monti insidens à Bulcone Duce extructum.*

IAVRAVIVM, der Jauer / *caput Ducatus sui, vrbs agro fertili sita, Monasterio & Arce, in qua residet Præfectus seu Capitaneus vtriusq; Ducatus Suidnicensis & Iaurensis, excellit.*

Boleslauia, Buntzlaw/ *vrbs fontium perennium scaturigine nobilis, amœnitate situs nimirum ad nemora inter campos & prata, Aëris q; salubritate nulli alteri cedens.*

Leoberga, Lemberg / *oppidum ad Boberum fluuium, agro fertili & commodo extructum. Aedificiorum elegantia & hortorum amœnitate & fœcunditate multis præfertur. Olim Auri fodinis, In der Zeche / & panificio celeberrimum. Latomijs nitet.*

Gryphimons, Greiffenberg / *oppidum non ignorabile additori loco ad Quissum fluu. situm, telis lineis, textoribus ac Mercatorum frequentiâ sibi celebritatem opesq; conciliauit.*

Friedeberga, Friedeberg / *oppidulum montana versus Quisso fluu. sine mœnijs annexum.*

Cerui montium, Hirschberg / *à Ceruorum venatu, regale, non quidem*

dem spacioſum, verùm hominibus & Incolis frequens oppidum, ad confluentem Zaci & Boberi fluu. intra Sudetes loco amœno poſitum. Procul innoteſcit ob thermas vicinas, quotannis ab Aegris frequentatas. Hîc tela lineæ tenuiſſimæ candidiſſimæ, vulgo Schleier/ magno numero conficiuntur, quæ in varias & remotas terras diſtrahuntur: in quibus texendis mirabilis ſeminarum induſtria ſolertiaq; perſpicitur. Ingentes calamitates pertulit, Anno 1549. 18. die Maij, cum ex improuiſo ſubortis flammis præter templum & ſuburbia, tota conflagraſſet: Inſtaurata tamen, elegantiam potius quàm ſingularem magnificentiam in ædificando præ ſe ferre videtur.

Vt LVſtratiaVri fVLgentia CornVa phœbVs, Vrbs à CerVIno Monte Vocata Iacet.

Brega, der Brieg/ vrbs pulcra & amœna ad Viadum extructa, cum arce, Principis ſede & gymnaſio ſpectabilis.

Strelinum, Strelen/ opp. agro fertiliſſimo & commodo ſitum. Hoc alluit Viadus. Meditullium regionis ferè obtinet.

Olauia, die Olaw/ oppidum pulcrum & elegans. cum arce ducali.

VVolauia, Wolaw/ opp. loco vdo inter piſcinas ſitum. Vitriolum hîc excoquitur ex Melanteria cœruleum. Arcem habet.

Nimitium, Nympſch/ immœnitum oppidulum. Arx in monticulo ei adiacet pulcra.

Olsna, der Oelſe/ vrbs ducalis primaria, ad Oderam fluuium ſita. Arcem habet, in qua Princeps reſidet.

Trebnitium, Trebnitz/ oppidulum Cœnobio Virginum fulgens.

Streppauia, Stroppen/ oppidulum immœnitum.

Bernſtadium, Bernſtadt/ oppidulum ad VVeidam fl. cum arce.

Legnicivm, Liegnitz/ vrbs plano loco poſita, ducalis, elegans & probè munita. Cui annectitur arx & palatium Ducis. Non procul ab vrbe fluit Cattus fl.

Aurimontium, der Goldberg/ ad Cattum fl. oppidum, olim ob Auri metalla celeberrimum. Præ cæteris ſcholis maximè floruit, ac principem inter Sileſiacas locum tenuit; ex qua ceu ex equo Troiano plurimi viri, doctrina & pietate præſtantiſſimi Reipublicæ & Eccleſiæ vtiliſſimi prodiére. Ob cladem quam ex duplici incendio ſenſit maximam, multum de priſtina dignitate amiſit.

Parchvvitium, Parchwitz/ oppidulum ſine mœnijs ad Oderam, arce nitet.

Hanouia, Hanaw/ oppidum mœnitum ad Cattum fl. cum arce. Ante annos 20. ingentes calamitates pertulit; cùm ſuppoſitis clanculum flammis magna ex parte deflagraſſet: ſed à ciuibus iam reædificatum eſt.

Lubena, Luben/ *oppidum mœnitum.*

SEGANVM, der Sagan/ *vrbs ducatus titulo donata, eo loco vbi Boberus & Quissus consluunt ad vastas syluas extructa. Abbatiam habet, & officinis, in quibus ferrum cuditur durius, excellit.*

Naumburgum, Naumburg am Bober/ *oppidulum exiguum.*

GLOGOVIA, Eros Glgaw *vrbs Ducatus sui princeps & collegio Canonicorum spectabilis, ampla, commodissimo loco sita. Agrorum circa vrbem magna fertilitas & Rei pecuariæ insignia studia.*

Freistadium, ἐλαθερόπολις, *opp. est ligneum, positum quasi in valle. Cingitur vndiq; montibus & locus editioribus ad omnes plagas cœli, praterquam ad Aquilonem proximum ortui solstitiali. Hîc lineas telas magno numero conficiunt.*

Gura, der Gur / *opp. non valde inæquale Freistadio, situm in limite Polonico, loco edito exposito omnibus ventis, præsertim Aquilonibus. Forum frumentarium habet locuples propter situs opportunitatem ad Poloniam.*

Sprotta, Sprotte/ *opp. Freistadio paulò minus, antiquissimum post Glogouiam & Beutenam, loco amœno & commodo extructum. Ad Meridiem Boberà fl. alluitur: ad alteram partem fluuius minor Sprotta dictus alluit. Arx versus ortum situatur loco, qui circundatur à fluuijs & paludibus. Cœnobium hic virginum.*

Grunberga, *Prasiæ Elysiorum*, Grünberg/ *opp. est recentissimum in valle longè amœnissima situm, quæ egregijs ornata est commoditatibus.*

Suibusium, Schwibosin/*opp. vltra Viadum versus Aquilonem & Poloniam, loco opportuno positum, vbi magna omnium rerum necessariarum copia.*

CROSNA, Crossen / *vrbs Silesiæ extrema Marchiam versus, vbi confluunt Bobera & Viadus, Ducatus nomine memorabilis. Olim ditionis fuit Glogouiensis, ante annos centum ex transactione in possessionem acceperunt Marchiones Brandeburgenses. Ager vicinus vini feracissimus.*

Zulichia, Züllich/ *oppidulum ad Oberum fl. trans Oderam fl.*

IEGENDORFF *vrbs in valle sita cum arce pulcra. Comitatus, vel vt alijs placet, Ducatus titulo memorabilis. Montes vicini Laricis feracissimi sunt. Marchioni paret Anspacensi.*

LVBISCHIVM, Lubschütz / *vrbs pulchra in opimo fertilique territorio sita, & foro frumentario nota.*

VVARTEBERGA, Warteberg/ *oppidum Baronatus sui primarium, non longè à fontibus VVeidæ fluuij distans. Anno 1441. totum conflagrauit.*

MILESIVM, Mielitz/ *opp. Baronatus gaudet titulo, ad extremos Poloniæ limites.*

PLESSA, Plessaw/ *pulcrum oppidulum cum arce magna ad Vistulam*

fluuium

fluuium, Baronatus titulo insigne, ad limites Poloniæ minoris in Ducatu Teßinensi.

TRACHEBERGA, Trachenberg/ *oppidulum Baron. vliginoso loco ad Bartham fluuium situm. Piscibus abundat, maximè Lucijs.*

GLOCIVM, Glotz/ *vrbs ampla & mœnita, arce speciosa donata, situm obtinet amœnißimum & commodißimum ad Seinam fluuium. Omnium rerum ad vitæ vsus necessariarum affluentia exuperat. Caput totius Comitatus.*

Landecium, Landeck / *opp. ad Bielam fl. aquis medicatis clarum.*

Neurode, *oppidulum linificio commendatur.*

Reinharts, *opp. mola papyracea excellit.*

VVundschelburg, *oppidum.*

ARCES Principum, Baronum, Equitum, Nobilium plurimæ.

PAGI *circiter sunt 19000. & plures.*

Montes

PROPRII *seu Regionis, vt Zabothus, Acutus, Grezus mons.*

LATERALES, *vt Carpathi iuga, & Sudetes dicti.*

A Meridie Silesiam claudunt montes SVDETES, *qui pars Harcyniæ syluæ ab Hermunduris progressi, ab occasu in ortum ad Carpathi iuga excurrunt. Varia sortiuntur vomina. Tractus ille ab Isera flunio seu finibus Silesiæ, ad Marcomannos vsq;, quod Boiemiam respiciant, Boiemici, Alijs* Riphæi, *à Riphæis Sarmatiæ populis, qui secuti Zechum in Boiemiam, vt opinantur eruditi, suam appellationem istis montibus impresserunt: etiam* Gigantæi *montes, Boiemis* Horkonoss, *vulgò* das Böhmische/ Riesen/ oder Schneegebürge: *ob niues quibus ferè perpetuò obteguntur, dicti sunt.* Loca horum præcipua sunt:

GIGANTÆVS mons *propriè, Accolis* der Riesenberg/ *in immensum altus, sic appellatur, quòd præ alijs gigantis instar emineat: ob Virunculum seu Dæmonem montanum plurimis notus: propter Metalla & lapillos clarus, etiam ab Italis scripto celebratus; hactenus Auri, Argenti, Aeris, Gemmarum indicia ostendit, magnum vtilitatis fructum nondum præbuit. Memini ex remotis terris Metallicos, venas eius Metalli feraces corio nudasse actisq; cuniculis magnis impensis aperuisse; sed frustrata spe eandem desertis cuniculis abijsse. Mineræ eius, licet Aeris, Argenti, Auri sint feraces; attamen cùm sint durißimæ & Cadmiâ metallica siue Cobalto refertæ, in excoctione Metalla vtilia igni depereunt. In eius conualle,* im Riesengrund/ Teuffelsgrund/ Goldgrund/ *Auri ramenta lauantur. Ibidem ante paucos annos Vitriolum ex Pyrite atramentoso conflatũ fuit. Vulgus ex hoc signa tempestatum & serenitatis petit: ea propter ventorum tempestatumq; quasi Index ac monstrator* der Schlesier Wetterzeiger *vocatur.*

De Spectro *seu* montano Dæmone, *passim* Rietzenzal/ *qui frequenter ad gigantæum montem oberrare solet, multi multa fabulantur. Georgius Agricola Medicus diligentissimus Metallorũ scrutator, libro de Subterraneis duplex Dæmonũ, qui in quibusdam Metallorum versantur fodinis, constituit genus. Alios facit truculentos & terribiles aspectu, qui plerunq; Metallicis infesti atq; inimici sunt; qualis fuit Annæbergius ille, qui operarios duodecim amplius flatu interfecit in specu, quæ* Corona Rosacea *appellatur. Equi enim specie habentis procerum collum & truces oculos dicitur visus. Philosophi hos & similes Dæmones, qui nocentes sunt & natura improbi, nominant Brutos & Rationis expertes. Sunt dein Mites, quos Germanorum alij vt & Græci vocant Cobalos, quòd hominum sint imitatores. Nam quasi lætitia gestientes rident & multa videntur facere, cum prorsus nihil faciant. Quidam hos nominant* Virunculos montanos, Bergmennlin. *Damnum hi dare non solent excisoribus Metallorũ: sed vagantur in puteis & cuniculis, & cùm nihil agant, in omni laborum genere videntur se exercere. Non lædunt vnquam nisi prius ipsi cachinno fuerint aut maledicto lacessiti. Ad hoc Dæmonum genus referri posse Gigantæum spectrum ex præcitatis liquidò constat: quòd, quamuis varia forma & specie, modò Monachi cucullati, modò Senecionis metallicorum more vestiti; iam Equi generosi; iterũ Galli, Corui, Vlulæ, aut Bufonis maximi &c. se conspiciendum offerat, mirisq; gestibus sæpe Hominibus ea loca perlustrantibus illudere soleat; tamen nulli vnquam noxam aut damnum intulisse, nisi prius cachinno aut maledicto prouocatus fuerit, certò constat. Tunc enim cœlo iam prorsus sereno & aura silenti, in momento ingentia & horribilia tonitrua ac fulgura cum imbribus largis suborta esse, pleriq; experti sunt.*

Flinzberg, die Abendburg / *Mons inter Quissi & Zaci fontes situs olim ob ingentem thesaurum illic reconditũ famosus. Quem cum Impostor quidam Hieremias VValdner à Greuffelstein Pannonius magicis suis, vt ipse narrabat, virgulis, à Dæmone montano obsessum explorasset, multos cives ex vicinis oppidis, lucri caussâ, vanâ spe enutriens, conuocauit: à quibus cùm collectum exegisset, thesaurum quem somniabat, characteribus, susurris, cymbalis & alijs incantamentis aperire iam frustrà aggressus, cum magno sui dedecore ac ignominia, maximo verò Dominorum, qui symbolum dederant, incommodo clam se subduxit & re infecta secessit, secundum illud: Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.*

Iseræ pratvm, die Iserwiese/ *locus ad fines Silesiæ in angulo occidentali supra Quissum & Luzam fl. instar prati planus ac herbidus, ab Isera fluuio, qui per medium eius lento gradu fluit, denominatus, ob metalla, Gemmas, lapillos nigros vulgò* Schierle/ *&c. per multos annos celebris. Diuiditur in maius & minus.*

MAIVS *vulgò*, die grosse Iserwiese / *est ex parte Silesiæ, ad Generosum Dn. Christophorum Gutschium Dominum in castris Kynast & Greiffenstein pertinet: alterum ex parte Boiemiæ, passim* die kleine Iserwiese/ *Magnifici Dn. Melchiori à Redern, Domini in Friedland & Reichenberg, montanis annexum. In hoc Auri ramenta, grana, Rubini, Granati, Hyacinthi, Turcosij, Sapphyri pulcerrimi lauantur.*

FOVEÆ NIVALES, die Schneegruben/ *conualles sunt profundissimæ vndiq; montibus altissimis circumseptæ. Ternæ numerantur, ob niues quæ rarò integrè liquescunt, etiam ardente Syrio, aciem contuentium candore suo hebetant. Plantis plurimis fertiles sunt.*

Fluuij ex his montibus oriuntur.

ALBIS, die Elbe/ Albe/ *fluuius Germaniæ maximus, quem Giganteus mons inter iuga alpium seu Suditorũ ad fines Silesiæ, gremio suo fundit, nulli amnium claritate inferior, ex fonte vulgo,* das weisse Wasser/ *ob arenam & glaream quam superfluit, candidam, dicto scaturit. Hic mox assumto riuulo alio* den Hirschbrunnen/ *occasum versus tendens, paulò post meridiem versus reflectitur, & ex iugu summis deuolutus in vallem,* den Elbengrund/ *riuulis innumeris auctus, priori teutonico amisso, Albis nomine dignatur; quod, lapsus per Boiemiam, Misniam, Saxoniam in Oceanum vsq; germanicum defert.* [*Albis quasi Alba, seu Alba aqua ab eius fontis colore qui albidu conspicitur, quò & teutonicum,* Elbe/ Albe/ Alba/ *& Boiemicum Labez inuersa litera alludere videtur.*]

OVPA, die Aupe/ *ab Oupadem Sclau.* hochfallende *sonat, non procul ab Albis fonte caput tollit, rectâ ad orientẽ fluit, vbi ad gigantæum ferè peruenit, præceps ex iugis montium deuoluitur, per vallem Gigantum & angustas subiacentium montium fauces elapsus* Trutenouiam *lambit & sub* Iaromirio *Albi commiscetur.*

ISERA, die Iser/ *Giezera Boiemis q. fluuius ex paludibus collectus, vel quod lento gradu fluat. Hic duplici fonte scaturit, & plurimis riuulis auctus ad montem Fagorum coniunctus longo itinere in montanis lentè procedens, tandem ex montibus decurrit, Tornauium & Zaborium oppidula alluens, sub Brunduſio ab Albi absorbetur.*

BOBERVS, der Bober/ *Sclauis Lutram sonat, quòd ad eius ripas frequenter capiatur. Nascitur iuxta Schatzlarium oppidulum ligneum supra vicum Bober; Landeshutum, Cupferbergum, Hirsbergam, Lehnum, Leobergam, Bolesłauiam, Sprottam, Seganum oppida alluit & ad Crosnam à Viado recipitur.*

ZACVS, der Zacke/ *à Sclau. Zákako, id est, riuulorum constillatio, supra montem Flinsberg ebulliens multis riuulis adauctus Thermas præterfluit & ad Ceruimontium Bobero infertur. Trutarum optimarum admodum fœcundus.*

QVIS-

QVISSVS, der Queis / *limes Silesiæ, cum Luza Luzatiam versus in montanis supra Gieren pagum venis plumbi candidi celebrem enatus, Fridebergam, Gryphimontium, Lissam, Laubanum, Naumburgum oppida attingit, & prope Seganum Bobero inseritur. Margaritas generat, & piscibus optimis abundat.*

CATTVS, die Katzbach / *initium sumit ad pagum* Ketschdorff *& fluens Schœnouium, Goldbergam, Legnicium, Parchvvitium ad Steinauiam Viado miscetur. Aureas vehit arenas.*

LACVS *Gigantæo monti duo adiacent.* Prior, *occiduus maximus* der grosse Teich / *à meridie montibus circundatur altissimis perpetuis niuibus rigentibus: ex parte septentrionali assurgunt scopuli minus alti. Aqua ipsa nigricat dira & stygia facie, immensæ altitudinis fundoq; carens. Nullos alit pisces nec aliud quicquam viuens.* Alter *orientalior & depressus magis*, der kleine Teich *vulgò, in quem multæ aquæ perpetuæ ex montibus vndiq; defluentes ingrediuntur. Trutis abundat maximis nigricantibus prorsus, optimi saporis ac probi succi. Ad septentrionem effundit torrentem seu riuum perennem, qui sub Lomicio Bobero immittitur.*

ALTER Suditorum tractus *incipit à finibus montiũ Glocensium, & desinit in ducatu Teschinensi ad Carpathi iuga; dirimit Morinos à Silesijs, & varia sortitur nomina,* Montes Morinorum, Nissenses, das Märische gebürge/ Neissische gebürge/das Gesencke. *Et hi Metallis fertiles sunt, vt in Zuckmantela & Ziegenhals. Abundant Phyllitide herba.*

CARPATHI IVGA *ab orientali plaga Silesiam tangunt eamq; ab Hungaria & Polonia prope Teschenam & Bythoniam oppida, separant,* die Vngerischen gebürge / *Iabeluncka vulgò. Argenti & plumbi nigri feracissimi sunt. Fluuij ex his oriuntur:*

VIADVS, Οὶάδος, *Ptol. Viadrus, Guttalus Plin.* Odera, die Oder/ *à rapiendo vel spoliando, quòd inundationibus crebris latè vicinos campos vastet. Maximus Silesiæ fluuius, ex radicibus Carpathi prope vicum Adry post oppidum Ostrow dimanat, irrigans Silesiam, Marchiam & Pomeraniam, tandem apud Caminum in Mare Pomeranicum erumpit. Ciuitates habet Oderburg, Koslam, Pyregam, Vratislauiam, Leubusium, Steinauiam, Crosnam, Francofurtum, Grippenhagen & Stetinum.*

VISTVLA Οὐιστοῦλα, *Ptol. Vistillus Plin.* Distel oder Weichsel. *In Tessinensi Ducatu non procul à Viadi fontibus exoriens versus Boream primùm, mox ad orientem cursu directo Osvvencimum, Zatoriam, Cracouiam, Sandomiriam ad Sani & Vistulæ confluentem, praterlabitur: inde rursus in septentrionem flexus Varsauiam, Ploscum, Vladislauiam Episcopi Cuiauiensis & Pomeraniæ sedem; deinceps in Borussia Toraniam, Culmam, Grudentum, Mariævverder, Meuam, Mariæburgum, Dersauiam & Dantiscum vrbes alluens partim in Mare Balthicum, partim*

in Bo-

in Borussia sinum aquæ dulcis, tribus vel quatuor ostijs se exonerat.

Montes Regionis proprij.

ZABOTHVS mons, Zottensis mons, *mons Marmore variegato nobilis in planitie duobus milliaribus à Suidnicio vrbe situs. In circuitu complectitur Pass. M. CCCC. Olim arcem in eo extitisse Zotebergam dictam rudera testantur. Subiacet Zabothum opp.* der Zobten.

Mons D. GEORGII, S. Georgenberg / *Mons ad Strigam Auri fodinis vetustis & Terra quæ hodie Sigillata appellatur, celebris.*

ACVTVS mons, der Spitzberg / *mons in acutum tendens ad pagum Probsthan, multarum herbarum ferax.*

GRADECIVS seu GREZVS mons, der Gretzberg / *Huic insidet Castrum probè munitum in Lygijs.*

FVRSTENSTEIN, *arx vetusta & nobilis ad radices Suditorum, P. M. CCC. à Stregomio à Bulcone Duce extructa, Hanc possidet Magnif. Dn. Cunradus ab Hohberg.*

KYNAST, *castrum intra Sudetes prope Zacum fluuium alto monti insidens, antiqua & nobili Dominorum Gutschiorum familia clarum.*

GREIFFENSTEIN, *arx Generos. Dn. Christoph. Gutschij non longe à Quisso fluuio in rupe dura extructa.*

KVNSBERG, *olim* Furstenberga *arx.*

BOBERSTEIN, *arx vetusta in rupe ad Boberum extructa.*

Fertilitas.

Regio hæc quamuis septentrionalior maiorem habeat Cæli inclementiam & terræ horriditatem, tamen adeo fertilis & benigna mater, vt larga cum vbertate fundat res, quibus vita nostra non potest carere. Agri meliores, quales ad Strelam & Lubischium, vbi quasi sumen Regionis, dein ad Glogouiam, medimnos fert octonos, aut etiam denos: & tanta Deo dante frumentorum est copia, vt vicinæ etiam gentes sæpe numero inde alantur.

Iumentorum *etiam optimorum copiam ad escam & laborem affatim educat & suppeditat vicina Polonia.*

Lacticinia tam sunt copiosa itaq; proba, vt etiam apud exteras gentes ea clara sint multæq; familiæ nobiles inde diteſcant. Nec desunt Sylvæ quæ alunt feras ad vsus & delitias hominum crebriores quàm alibi.

Flumina *piscosa maiora & minora sunt multa: præterea* Stagna *ingentis magnitudinis: insuper Piscinæ arte manuq; factæ permultæ, quæ præbent Pisces eximiæ bonitatis & salubritatis, ita vt hac in parte non cedat vlli non ex prouincijs Germaniæ.* Metalla *item Aurea & Argentea Aes, Ferrum & Plumbum, Lapillosq; & Gemmas gignit. Nec desunt*

Thermæ multis salutares. Montes & Campi, gramina & herbas in pabulum iumentorum & ad Medicinam salutares largiuntur. Vinum pluribus in locis colitur, præsertim in Silesia inferiori, subausterum quidem, sed non incommodum.

Cereuisia autem tam Hordeacea quàm Triticea magna probitatis multiq; natrimenti passim coquitur: inter quas præcipuam habet laudem Vratislauiensis. In summa, omnia ad vitam necessaria vilioris sunt precij quàm in regionibus finitimis.

Religio.

Sub Idolomania Ethnica, integra fuit periodus, anni circiter quingenti. Quâ deletâ sub Othone I. Anno Christi 965. Religionem Christianam profiteri cepit. Nam in pleriq; vrbibus & pagis, cura Magistratus Ecclesiæ emendatæ sunt, & accensa lux doctrinæ purioris, quæ magnâ diligentiâ inter grauia pericula hactenus Dei beneficio conseruata est.

Scholæ.

In multis vrbibus fouentur. In quibus exculta sunt literis & disciplina multa præclara ingenia, quorum in Ecclesia & ciuili vita vsus est. Primariæ sunt:

GOLDBERGENSIS, multis annis fuit magistra nostræ Gentis, quam aluit beneficentia Principum Legnicensium, ibiq; ingenia multorum felicissimè informauit vir æterna laude dignus Valentinus Trocedorfius, ex cuius ludo tanquã ex equo Troiano magna examina doctorum prodierũt.

VRATISLAVIENSIS, sumtibus amplissimi Senatus viget.

BREGENSIS, liberalitate Georgij Ducis Bregensis erecta.

SVIDNICENSIS.

FREISTADIENSIS.

Mores.

Incolæ subrubicundi, valde sanis corporibus, humani & ciuiles, diuturniorũ vitæ; sed crebrò & facilè inebriantur.

Ingenia Hominum multùm diuersa sunt, quæ vtplurimùm media sunt inter sanguinea & Melancholica. Ideo plerunq; in illis, qui doctrina & vsu exculti nõ sunt, cernitur naturalis quædã tristitia, morositas, δυσκολία, vel subagrestis quidam pudor: verùm vbi accedit cultura ex liberali institutione & assuefactione, apparet, Ingenia Silesiorum non solùm optimè esse omnium artium capacia, verùm etiam accipere ea elegantem quandam dexteritatem ad res magnas efficiendas, & plurimos adiutos literis cum splendore & vbertate quadam Animi cogitata exponere & proloqui posse.

Idio-

Idioma.

Lingua magna ex parte est Germanica: quamvis in finibus Poloniæ etiam Polonicè loquantur.

Viri docti Theologi.

Abrahamus Bucholtzerus Freistadiensis Pastor Grunberg.

Abrahamus Scultetus Grunbergensis M. Pastor aulicus Heidelbergensis.

Adamus Curæus Pastor Vratislauiensis.

Amandus Polanus à Polansdorff Oppauiensis D. & Professor Basileæ.

Ambrosius Moibanus D. Vratislauiensis.

Andreas VVencelius Hainensis Pastor in Academia Francofurtensi.

Bartolomæus Pitiscus M. Pastor Heidelbergæ aulicus.

Christophorus Pelargus Suidnicensis Professor Francofurt.

Dauid Paræus Francosteinius D. & Professor Heidelbergensis.

Esaias Heidenreich Leoberg. D. & Pastor Vratislauiæ.

Franciscus Fierling Nissensis Vratislauiæ Archidiaconus.

Georgius VVeinrich Hirsbergius D. & Superattendens Lipsens.

Hieronymus Mencelius Suidnic. M. Superattendens Eislebian.

Iohannes Aurifaber Vratislau. D. & Pastor Vratislau.

Iohannes Fleischerus Vratislau. D. & Pastor.

Iohannes Hessus D. Vratislau.

Iohannes Scholtzius Vratisl. præpos. Ecclesiæ ad S. Bernhardū.

Iohannes Scholtzius Fil. M. Pastor Vratisl. ad Mariā Magdalen.

Laurentius VVidemannus Seganensis.

Lucas Pollio Vratislau. Pastor ad D. Magdalenam.

Petrus VVirth Leoberg. D. Canonicus Vratisl. & Lignicensis Collegij B. virg. in Acad. Lipsens. collega.

Petrus Calaminus D. & Professor Heidelbergæ.

Sigismundus Sueuus Freistadiensis præpositus Ecclesiæ ad S. Bernhardum.

Zacharias Polus Gryphibergensis M. Superattendens Bernburgensis.

Zacharias Vrsinus Vratislau. D. & Professor Neostadij.

Iure Consulti.

Albertus Kindlerus Hirsbergius Cancell. inferioris Luzatiæ.

Andreas Heugel à Polockvvitz Consil. & Cancellarius Ligio-Bregens.

Andreas Sartorius Brigensis & Professor Francofurdensis.
Daniel Printz Leoberg. Orator & Consil. Cæsar.
Georgius Kahl Hirsberg. D. & Consil. Cæsareus.
Georgius Tilenus D. & Consil. Olsnicensis.
Georgius Sebitius D. Vratislauiensis.
Henricus Stephanus Vratislauiensis D. & Consil. Cæsareus.
Hieremias Setzerus Suidnicensis D. Academiæ Francofurt.
Hieronymus Treutlerus D. & Orator.
Iacobus Monauius Vratislau. Historicus & Consiliarius Ligio-Bregensis.
Ioachimus Spechtius Glogou. D. & Consil. Ligio-Bregensis.
Iohannes Hessus Vratislau. D. & Consil. Cæsarius.
Iohannes Reiman Leobergens. D. & Consil. Ligio-Bregensis.
Michael VVirth Leoberg. D. Cancell. Coburgens. & dein Ordinarius Lipsensis.
Nicolaus Reusnerus Leoberg. D. & Professor Iehnensis.
Sebastianus Gerstmannus Boleslau. D. & Professor Francofurtensis.
Valentinus Thilo Lignicensis D.

Medici.

Andreas Aurifaber Vratislauiensis D.
Abraham Seylerus D. Medicus Vratisl.
Andreas Butnerus D. Medicus Vratislau.
Balthasar Gitlerus Leobergensis D. & Collegij Medici in Acad. Lipsica Decanus & Professor P.
Caspar Hoffman, Leoberg. D.
Caspar Firling Freystad. D. Physicus Grunberg.
Caspar Packisch D. Vratislau Physicus.
Christophorus Rumbaum Iaurensis D. Medicus Vratislau.
Daniel Rindfleisch Vratislau. vtriusq; Medic. D. Poliatros.
Daniel Schepsius D. Physicus Suidnicensis.
Fridericus Sebitius D. Ducis Bregensis Med.
Georgius VVirth Leobergens. D. Ludouici Vngariæ & Bohemiæ Regis Medicus, & Decanus Budisinensis.
Georgius VVirth Laubanus D. Caroli V. & Philippi F. Hispaniarum Regis per annos octo ferè Medicus.
Georgius VVirth Leoberg. D. Viennensis Medicus.
Georgius Rumbaum D. Strelensis Physicus.
Iohannes Crato à Krafftheim Vratislau. III. Imppp. Cæsss. Auggg. Medicus intimus &c.

Iohannes Hermannus D. Professor Vitebergens. Poliater Vratislauiensis.

Iohannes Iessenius à Iessen Vratisl. D. & Professor Vitebergens.

Iohannes Langius Leoberg. V. Palatinorum Electorũ Medicus.

Iohannes Mencelius Glogou. D. patriæ Physicus.

Iohannes Montanus Med. Strigon.

Iohannes VVoyselius Vratislau. D. Medicus Cæsarius.

Laurentius Scholtzius D. Medic. Vratisl.

Melchior Sebizius D. Physicus Argentinensis.

Nicolaus Sibenhar D. Nissensis Phys.

Paulus Fridvvald D. Medic. Vratisl.

Paulus Hessus Vratisl. D. Olsnensis Physicus.

Petrus Monauius Vratislau. Medicus Cæsarius.

Sigismundus VVoyselius D. Vratisl. Physicus.

Tobias Fischerus D. Poliater Suidnicensis.

Historici.

Abrahamus Bucholtzerus Freistadiensis.

Elias Reusnerus Leorinus Historiar. Professor in Academia Ienensi.

Godefridus Bucholtzerus Grunberg. Notarius Gorlicensis.

Ioachimus Curæus Medicus.

Mathematici.

Dauid VVolckenstein Vratisl. Professor Argentinensis.

Martinus Heluigius Vratislauiensis.

Scholarchæ.

Laurentius Circlerus Goldbergensis Patriæ & Bregensis gymnasij Rector.

Laurentius Ludouicus Leoberg. Scholæ Gorlicensis Rector.

Martinus Heluigius Rector scholæ Vratisl. ad S. Elisabetham.

Martinus Taburnus M. Goldbergensis scholæ Rector.

Melchior Tilesius M. Hirsberg. Rector scholæ Bregensis.

Nicolaus Steinberger Vratislauiensis P. L. & Scholæ S. Elisabethæ Rector.

Petrus Vincentius Rector scholæ Vratislauiensis.

Valentinus Friedland Trocedorsius literas artesque bonas in schola Goldbergensi summo studio, diligentia atq; fructu docuit.

Poëtæ.

Andreas Calagius Vratisl. P. L.

Balthazar Exnerus Hirsberg. M. P. L. & Notar. Pub.
Caſpar Conradus Vratislau. M.
Elias Reuſnerus Leoberg.
Fridericus Conſmannus Sagan. P. L.
Georgius Martinus Sagan.
Georgius Helmricus Goldberg. M.
Georgius Tilenus Aurimontanus I. D.
Iohannes Cyaneus Syluanus P. L.
Martinus Kinnerus M.
Matthæus Rudinger Frauſtadienſis M.
Melchior Laubanus M. & P. L. Prorector ſcholæ Goldberg.
Nicolaus Reuſnerus I. D. Com. Pal. & Profeſſor Iehnenſis.
Salomon Frentzelius Vratislau. P. L. Rector Rigenſis.
Samuel Latochius I I. Breg. P. L.
Simon Grunæus P. L. Diac. Legnicenſis.
Vrſinus Velius Poeta D. Ferdinandi.

Pictores excellentes.

Iohannes Montanus Medici filius.
Martinus Koberus excellens pictor Sigiſmundi III. Poloniæ Regis.

Artes Mechanicæ.

Magna eſt vbiq; Opificum multitudo. Conficiuntur Panni maxima in copia cùm lanei tum linei. Linum enim plurimum optimumq; legitur, ex quo ſubtiliſſimæ & candidiſſimæ telæ conficiuntur.

Commercia.

Mercaturam crebrò exercent & in remotiſſimas terras peregrinantur. Magna ſunt Mercimonia ex Lino quod tractatur à feminis nobilibus & alijs: ideo Pecunia in hanc Regionem importatur ex precio Pannorum, Lini, Telarum tenuiſſimarum, Rubia tinctorum, Ferro, Plumbo, Lithargyrio, &c.

Oeconomia.

Antecellit plerisq; alijs ſedulitate & cura faciendi neceſſarios labores, ita vt vix alibi reperiantur Oeconomiæ, in quibus diligentiùs operis domeſticis incumbitur non ſolùm à viris, verùm etiam à mulieribus ijsq; nobilibus & ignobilibus. In hac domeſtica conſuetudine ingens decus eſt, modeſtia & induſtria Matronarum, quæ Oeconomias præcipuè gubernant, quarum exempla filiæ figura, forma corporis excellentes intuentur, & ab illis ad agnitionem Dei, ad bonos mores, ad ſcientiam Oeconomicam à

cam à prima vsq; ætate assuefiunt, coloq; & fuso, ne per otium torpeant, operam impendunt atq; ad omnem honestatem erudiunt.

Victus.

Victus etiam mundior & elegantior est quàm inter alias Gentes: quæ quidem mundicies, cùm sit nutrix valetudinis & multarum virtutum, laude digna est.

Politia.

Summus Magistratus Boiemiæ Rex seu Imperator.

Constituitur à Rege Præses totius Prouinciæ vir princeps plerumq;, penes quem suprema in Regione est autoritas. Singulis dein Ducatibus sui tribuuntur Præfecti ex arbitrio Regis, quem tamen certa leges circumscribunt.

Vratislauiæ supremum ex Statibus Prouinciæ conuocatur Tribunal, das Oberrecht/ vbi etiam Rex lege agit in eos, qui quocunq; modo deliquisse visi sunt.

Nunc ex autoritate Cæsarum nostrorum in eadem vrbe constitutum est Consilium Cæsareum, vulgo Camera, ex viris magnæ dignitatis & sapientiæ, qui ordinis & disciplinæ in hac Regione nomine ipsius Cæsaris sunt custodes.

D. Iohannes Sitzch, Episcopus Vratislauiensis & simul Cæsaris nomine Prouinciæ præses.

Principvm supersunt hodie tres familiæ.

Bregensis, quæ etiam tenet Ducatum Legnicensem. Dominatur nunc Ioachimus Fridericus Dux Bregensis & Lignicensis.

Teschinensis, Vvenceslaus Dux Teßinensis.

Olsnicensis, Carolus Dux Olsnicensis & Münsterbergensis.

Reliqui Ducatus, extinctis veteribus Dominis, peruenerunt sub potestatem Regum Boiemiæ. Vnum tamen tractum in Ducatu Troppauiensi & alterum in Opeliensi impetrauit à Ludouico Rege Georgius Marchio Brandeburgensis, qui Regi adolescenti fuit adiunctus tanquam pater, & optimè de toto Regno fuit meritus.

Crosnam etiam & Zulichiam oppida, quæ olim fuerunt ditionis Glogouiensis, ante annos 80. ex transactione in possessionem acceperunt Marchiones Brandeburgenses. Hodie per Capitaneum administrantur.

Barones liberi.

Curtzbachij,	Donauienses,	Gutschij,
Kitlitzij,	Malzanij,	Opperdorfienses.
Promitzij,	Rederi.	

Nobi-

Nobiles sunt innumeri:

Familiæ veteres, quæ per multa secula claruerunt:

Bockij,	Crekvvitij,	Czedlitzij,	Debschitzij,
Gierſdorfiij,	Glaubitzij,	Gutſchij,	Hockij,
Hohbergij,	Hockij,	Ienckvvitzij,	Kalckreutēri,
Kanitzij,	Knoblochij,	Kotvvitzij,	Læſtij,
Logij,	Mulheimij,	Noſtitij,	Nympſchij,
Rauſendorfij,	Rechenbergeri,	Rederi,	Reibnitzij,
Reichenbachij,	Rotkirchij,	Schellendorfij,	Schindelij,
Schonaichij,	Scoppij,	Schvveidnitzij,	Seidelitzij,
Spillerj,	Stangij,	Tſchammeri,	VVarnſdorfij,

Zetteritzij, &c.

GVBERNATIO *Politica iuſta eſt, & vbiq; in vrbibus* Senatus *honeſtis legibus & Ariſtocratica gubernatione vitam Ciuium regit.*

CIVES, Patritij, Mercatores, Opifices, Agriculturam exercent.

RVSTICI, Agricolæ, Villici *extra vrbes in pagis habitant, & vt plurimum Agriculturæ dant operam.*

STIR-

DE PLANTIS IN GENERE.

Stirpium summa genera.

Stirps, φυτὸν à crescendo, est corpus viuum facultate vegeta constans. Huius summa genera quatuor sunt.

- Arbor, Δένδρος est planta, quæ è sua radice stipitem habet ligneum, vnicum, crassum: ex quo rami nascuntur multi, brachiorum instar diffusi. Huius partes vel
  - Perpetuæ, quæ semper & perpetuò adsunt, vt
    - Radix
    - Caudex
    - Rami
    - Cortex
    - Lignum
    - Matrix
    - Succus.
  - Annuæ, quæ non perpetuò adsunt, sed subinde pereunt ac decidunt
    - Flores
    - Calyces
    - Iuli
    - Fructus
    - Semina
    - Capitula
    - Siliquæ
    - Valuulæ
    - Inuolucra
    - Vmbella
    - Pappi.

  (A frutice tantùm diuturnitatis & magnitudinis ratione differt.)
- Frutex, θαμνὸς, planta est, quæ ab radice, caule multiplici, lignoso, durabili, ramosoq; se attollit, vt Corylus, Rhamnus.
- Suffrutex, φρύγανον, Cremium nonnullis, mediam inter herbam ac fruticem, naturam & consistentiã habet; quia lignosis cauliculis ad fruticem naturâ accedit, quatenus verò humile, herbas.
- Herba, βοτάνη, πόα, est planta, quæ sine caudice à radice foliata prouenit, semenq; caule fert molli haudquaquam lignoso. Huius partes
  - Necessariæ omninò
    - Internæ
      - Medulla
      - Succus.
    - Externæ
      - Radix
      - Caulis
      - Venæ seu fibræ.
  - Minus necessariæ
    - Pedunculi
    - Folia
    - Flores
    - Semina
    - Fructus.

Differentiæ.



Vsus

Vsus.


Plantarum Aliæ
inseruiunt Gulæ, vt
Olera
Lactuca
Caules
Brassica
Spinachia.
Frumentacea
Frumenta
Triticum
Secale
Hordeum
Auena.
Legumina
Milium
Panicum
Manna.
Fructus
Poma
Pyra
Nuces.
aspectu iucundæ
Bellis pleno flore
Malua rosea multiplex
Blitum variegatum
Miraguilliosa
Aloë
Ricinus & pleraq; coronariæ.
Odoris ac spiramenti gratiâ placent
Violæ
Rosæ
Ocymum caryophyllatum
Caryophylli domestici
Maiorana
Melissa.
Medico vsui destinantur
Angelica
Scordium.
Chamædrys
Centaurium minus
Helleborus & huiusmodi,

Stirpium Sileſiæ, Aliæ ſunt,

Voluntariæ ſeu Inſatiuæ, quæ ſponte vel in montibus, campis, pratis, paluſtribus naſcuntur. De his LIBER *I.*

In hortis cultura proueniunt, & vocantur Satiuæ. *De quibus* LIB. *II.*

Nihil tam viliſsimum in Rerum natura, in quo mirabile aliquod non refulgeat.

Stigelius.

Aut mihi Planta ſuis Numen demonſtrat in herbis,
Præſentemq; refert vna vel Herba DEVM.
Aut operis ſeries Autorem tota recenſet,
Qui facit & læto cuncta vigore fouet.
Emicat ex ipſis Diuina potentia campis,
Et leuis eſt ceſpes, qui probet eſſe DEVM.

STIR-

STIRPIVM IN SILESIA SPONTE NASCENTIVM

Liber primus.

Abies.

Ἐλάτη Græcis.

Sannenbaum

Tanne Sil.

Arbor est excelsa montiũ & syluarum incola, perpetua fronde viresc̃ens vulgo nota. Strobili eius longi deorsum propendent.

Cortex exiccat Piceæ modo.

Resina ex tuberculis nouellarum Abietum colligitur gustu & odore Terebinthinæ persimilis.

Amaricans ei sapor Citrij. Calculosis, Artheticis, Asthmaticis, Gonorrhœa laborantibus mirè vtilis. Vulnera glutinat, & à nonnullis in medicamentis vice Balsami additur.

Abrotanum campestre album.

Ἀρτεμίσια λεπτόφυλλος. Dioscor.

Abrotanum sylu. inodorũ coliculis ex viridi albicantib.

Artemisia tenuifolia.

Wilder Beyfuß. Sil.

Weiß Beschnkraut.

In aggeribus & tumulis secus itinera passim occurrit.

Iulio & Augusto flosculos promit Artemisiæ, ad quam sapore & odore, qui tenuis aut propè nullus, accedit. Neglecti vsus.

Abrotanum campestre rubrum.

Abrotanum inodorum coliculis purpurascentibus.

Artemisia leptophyllos altera.

Artemisia tenuifolia rubens.

Roter wilder Beyfuß. Sil.

Rot Beschnkraut.

Ijsdem delectatur natalib.

Absinthium vulgatissimum.

Ἀψίνθιον *Dioſc.*

Abſinthium commune, ruſticum.

Wermuth.

Grabekraut.

Hoc nihil vulgatius. Olim frequenter ad ſepulchra in cœmiterijs plantabant, & feretris imponebant, vt & hodie multis locis.

Iulio, Auguſto & Septembri floret & ſemen fert.

Amaram cum acri & adſtrictoria vim poſsidet. Calefac. 2. ſiccat 3. ordine. Exterget, roborat, diſcutit.

Aduerſus diuturnas & prorogatas febres, præſertim Tertianas magno ſæpenumero præſidio eſt. Ventriculum confirmat, Cibi appetentiam excitat, Iecinori robur addit, ac ipſum ab obſtructionibus liberat, Vitioſos humores per vrinas expurgat.

Vulgus recentes cymas cũ Matricaria & Rutâ aduerſus faſtidia, lumbricos ventris & aëris contagia ieiuno ſtomacho deuorare ſolet.

Cereuiſia & vinum ex eo parantur cõtra eoſdẽ affectus.

Sal Abſinthij ſudores mouet, Hydropicis vtile.

Abſinthium montanum.

Abſinthium vulgare minus.

Bergwermuth.

Vulgari ad omnia ſimile, niſi quòd exilius ſit, ad ſummum duorum dodrantum altitudinem attingens.

In ruderibus arcis Talkenſtein, & alijs montoſis: ſed rarius.

Ob odorem & ſaporẽ gratiorem præfertur vulgari in compoſitionibus.

Abſinthium Ponticum.

Abſinthium Ponticum tenuifolium incanũ, *Caſp. Bauh.*

Abſinthium Romanũ. *Offic.*

Ἀψίνθιον πόντικον. *Galen.*

Pontiſcher Wermuth.

Bõniſcher Wermuth.

Albkraut. Alb Raute. *Sil.*

Vulgatæ eſt notitiæ. Copioſiſsimè in Boiemiæ apricis ad Poidebradũ luxuriat. Radix mirè ſerpit & ſeſe propagat.

Autumno floret.

Medium inter Abſinthium & Abrotanum.

Amarum eſt ſuauiter.

Ventriculo & Iecinori gratum ex vino hauſtum: purgat ſanguinem ex ſero caprillo. Vulgus Infantibus ſupponit contra Incubum & alia veneficia arcenda.

Conſerua ex foliolis tenerrimis, in frigidioribus Ventricu-

triculi affectibus, Hepatis obstructione, Ictericia, Hydrope & Cachexia magni vsus.

Compositionibus vtiliter miscetur.

Acer maior.

Σφένδαμνος Theoph. Dod.

Platanus germanica. Trag.

Opulus montanus Gesn.

Acer montanum.

Ahorn.

Ein Orle/ Orlenbaum/ Sil.

Arbor est alta montibus propria.

Flores exponit Maio.

Materies ligni candidior ab Arcularijs ad Mensas & sedilia eligitur.

Acer crispa.

Acer bruscum, intortius, crispum.

σφένδαμνος Theoph. Bellonio.

Orlener Flader/ Sil.

Eius materies crispa ad opera lautiora eligitur.

In montibus celsis nascitur, non adeo frequens.

Acer simplicior.

Acer molluscum simplicius sparsum.

Schlechter Flader.

Plinius lib. 15. cap. 16.

Acer minor.

Κλινοδρυον Antiquis.

Opulus campestris Gesn.

Leinbaum/ Milchbaum/ Sil.

Passim æditis & montosis locis, descendit tamen interdum & ad campestria.

Huius turiones lacte scaturiunt instar Ficus.

Acetosa maior vulgatiss.

Οξαλις Dioscor.

Ανάξυρις.

Acetosa pratensis C. B.

Acidus Rumex.

Lapathum oxalida.

Sauerampffer.

Sauerlamp.

Tritæ cognitionis herba, hortis & pratis lætioribus familiaris.

Refrigerat, siccat ord. 2. Digerit, aperit, incidit nonnihil humores lentos.

Ventriculum æstuantē refrigerat, appetitum Ciborum excitat, Iecinoris calorem contemperat.

Biliosis ac pestilentibus Febribus aduersatur.

Radix Hepatis ac Mesaraicarum soluit obstructiones, in febribus vtilis.

Semen medicamentis additur Cordialibus.

Aqua

Aqua destillata & succus in frequenti sunt vsu febrientibus contra æstum, sitim & lapsam appetentiam.

Aestiuis Mensibus Acetosa ciborum multorum vtile cõdimentum.

Acetosa alpina.

Acetosa maior montana.
Oxalis Montium.
Bergsauerampffer.

Vulgari est similis præter folia, quæ latiora & magis succulenta; nonnihil amaricantia.

Plurima ad riuulos Montium altissimorum locis herbidis.

Acetosa lanceolata maior.

Ὀξαλὶς μικρὰ.

Acetosa minor nobilior.
Oxalis tenuifolia sinuata veruecina. *Lob.*
Schaffampffer / Spießampffer.
Klein edler Sauerampffer / *Sil.*

In hortis & pratis graminosis. Sata longè felicius & pinguius prouenit.

Palato gratior est quàm vulgaris.

Acetosa minima.

Acetosa lanceolata minor.
Oxalis aruensis.
Feldtampffer.
Ackersauerampffer.

Agris incultis & collibus squallidis ac macilentis multa.

Semine cum prægnat, tota rubra apparet.

Acetosa triphylla.

Ὀξυτρίφυλλον.

Oxys Pliniana. *Lobel.*
Trifolium acetosum vulgare, *C. B.*
Buschsauerampffer / *Sil.*
Buchampffer / Gauchampffer.
Hasenklee / Sauerklee.

Sectatur opaca & vmbrosa loca syluarum & Montium, ad radices truncosque Arborum antiquarum frequens.

Flos Aprili & Maio emicat lacteus & purpurascens.

Sitim arcet, Iecur refrigerat, Cor roborat: putridis ac fœtidis Oris vlceribus, & eadem quæ Oxalis præstat.

Succus cum saccharo Stomacho dissoluto gratiss. & febricitantibus pestilentialibus vtilis.

Aconitum luteum maius.

Ἀκόνιτον λυκόκτονον.

Aconitum lycoctonon luteum.

Luparia 1. *Tragi.*

Napellus luteus, *Nonn.*

Geele Wolffswurtz.

Geele Narrenkappen.

In Montium saltib. quandoq; reperitur. Iunio & Iulio flores ostendit.

Homini & reliquis Animantibus exitiale.

Aconitum cæruleum.

Aconitum lycoctonon cæruleum maius.

Luparia cæruleo flore.

Blaue Wolffswurtz.

Ramosum est & ad trium cubitorum altitudinem assurgit.

In pratis ad Boberum agri Hirsbergij.

Aconitum racemosum.

Napellus racemosus, *Dod. Lugdunensib.*

Christophoriana, *Dod.*

Helleborus niger, *Rhizotomis.*

Schwartzwurtz/ *Sil.*

S. Christoffels kraut.

Heidnisch wundkraut/Tonsoribus.

Salientibus montosis frequentissimum, floret Iunio, Augusto: Septembri baccas fert in racemis nigras.

Radix amara Hellebori modo purgat, colore nigra. Exitialis fertur ac non minus noxia quam Aconitum. Ab hoc caueant sibi pharmacopœi.

Aconitum salutiferum.

Βασίλειον.

Aconitum monococcon, *Cordi.*

Aconitum quadrifolium bacciferum.

Herba paris.

Vua lupina.

Einbeer/ Augenkraut.

Gut blatter kraut.

In syluis Montium opacis pingui ac læto solo frequens. Baccæ Iunio maturitatem assequuntur.

Herba tota refrigerat & siccat, facultate Solano proxima.

Baccarum puluis eos iuuare creditur drachmæ semis pondere viginti diebus potus, qui aut ex Morborum diuturnitate aut veneficijs amentiâ tenentur.

Antidotis adduntur, quæ contra deleteria pharmaca parantur.

Vulgato experimento baccæ tritæ cum folijs, pustulis nigricantibus, etiam pestilentialibus vtiliter imponuntur.

Acorus palustris nothus.

Lilium aquaticum luteum, *Lob.*

Acorum falsum, *Matthiol.*

Iris lutea palustris.

Ψευδάκορον.

Geel wasser Lilgen.

Drachenwurtz.

Tropffwurtz/ *Sil.*

Maio & Iunio in palustribus & piscinis floret.

Radix vere & Autumno legitur, & in vmbra, scissa exiccatur.

Exiccat, calefacit parum dum sicca est, acrimonia exigua pollet. Attenuat, roborat, adstringit, resoluit.

Dysenterias, Alui fluxiones, Menstrua & sanguinis profluuia sistit.

Adianthum album.

Ἀδίαντον, quod folium aqua non madescat.

Adianthum candidum Theoph. *Dod.*

Capillus Veneris Offic. *Belg.*

Ruta muralis.

Mauer Rautte.

Stein Rautte.

Locis saxeis & è scissuris iuncturisque Murorum antiquorum lubens prosilit; cuius folia non prius, quàm noua emergant, marcescunt.

Adiantho gallico temperamento haud absimile. Tenuium est partium. Excalefacit & siccat sine morsu. Ciet. vrinas, calculum pellit: viscerum obstructiones tollit: ad tussim infestam & hydropem vtile. Venenatorum Animalium morsibus medetur.

In defectu commodè pro capillis Veneris Gallicis substituitur.

Adianthum album crispum alpinum.

Krauspen Frawenhaar.

Krause Steinfärrlin.

E radice plurib. tenuibus capillamentis implicita, Coliculi plures, graciles, iuncei, læues, in summo brachiati nascuntur, foliolis Adiantho albo similibus, magis virentibus, crassioribus, crispis, ac veluti punctis Ledi insignitis, absq; flore & semine, aspectu iucunda plantula.

Raris-

Rarissimum inuentu: non nisi altissimorum Montium petrosis oritur, Im Rauschengrundt.

Eiusdem cum Adiantho facultatis.

Adianthum nigrum.

Adianthum folio Filicis.

Dryopteris nigra, *Dodon.*

Schwartz Frawenhaar.

Groß Frawenhaar.

Adnascitur petris & scopulis Montium.

Pares cum prædictis habet vires.

Adianthum rubrum.

Polytrichon, *Officin.*

Saxifragia rubra.

τειχομανὲς Diosc. *Lob.* παρὰ μαναὶ τρίχας à rasis capillis.

καλλίτειχον.

Rote Steinrautte.

Schwartz Steinbrech.

Jungfrawhaar.

Schwartzer Wiederthō/*Sil.*

Vbiuis in syluis & montibus ad petras & saxa plurimum. Amat opaca.

In caliditate & frigiditate symmetrum est. Verum desiccat, extenuat, digerit.

Calculos è corpore mirè pellit frangitque. Ad vrinæ destillationes vnicè facit.

Artheticis commendatur, & lixiuio additur in defluxionibus.

Aduersus veneficia & incantationes tàm hominū quā iumentorum à vetulis superstitiosis passim vsurpatur.

Adianthum furcatum.

Adiantz Chrysostichon. D. Polytrichon etc.

Ἀδίαντον ἀκρόσχιστον, *Ioh. Thalij.*

Saxifragia montis Salenæ, *Lob.*

Filix saxatilis, *Tragi.*

Holostium petræum Tabernæmont.

Filicula petræa.

Kleiner Wiederthon/*Sil.*

Steinfärrlin.

Stein Schlangenzwang.

Saxosos & incultos steriles colles sequitur, in territorio Hirsbergensi frequens.

Gustu exiccat & adstringit; gratum satis, & cuiusdam lentoris non immune.

Adonis flos, vide Chamæmelz rubrz

Aegopogon pratense.

Μελισσύτων Theoph. *Nonn.*

Regina prati, *Dodon.*

Vlmaria Clus. *Dalechampio.*

Potentilla maior, *Anguillaræ.*

Barbicapra, Muscarium D. Iohannis.

Schwulstkraut } *Sil.*
Mälkraut }

S. Johannis wadel/*Sil.*
Mätkraut Boruſsis.

Copioſiſsimè marginenſibus herbidis, pratis vmbroſis vdis lætioribus Montium luxuriat, Iulio & Auguſto flores in vmbella odoratos oſtentans.

Pimpinellam odore refert. Refrigerat, ſiccat, coniuncta adſtringendi facultate; nec tamen calore deſtituitur. Reſoluit, diſcutit, anodynũ eſt.

Pota herba Colicis doloribus & Dyſentericis vtilis. Sanguinem ſiſtit, fiſtulas vlceraq; maligna ſanat.

Tuſa cum floribus additâ farinâ hordeaceâ inſtar Cataplaſmatis impoſita exiccat, diſcutit aquoſos pedum tumores, ſurculos extrahit, cuſpides & tela.

Aqua ex herba & floribus Iulio elicitur odorata, ad calidos Podagricorum tumores, dolores, Eryſipelata, aliasq; externarum partium inflammationes. Pota ſudores elicit, Hydropicis vſui.

Aegopogon ſyluarum.

Αιγιλωπώγων *Taborn.*
Regina ſyluarum.
Vlmaria maior, *Thal.*
Medeſuſium, *Cordi.*
Argentilla maior.
Waldbart.
Wald Geißbart.
Wald S. Johannis Wadel.

Obſcuris ſyluis & conuallibus Montium ad Zacum & Quiſſum fluuios naſcitur, non ita frequens vt prius, Iulio fl. & Auguſto.

Calefacit & ſiccat, ſaporis amari & adſtringentis.

Radix bilem purgat, Aluum ſoluit Vino & Melle decocta.

Folia tumores reſoluunt, extrahunt ſagittas & aculeos.

Aqua ſeu decoctio vlcera curat gallica.

Plin. D. Gramen prat. 6.

Aegylops I.

Αιγίλωψ Galen. Dioſc. *Tabern.*
Aegylops, *Matthiol.*
Feſtuca graminea, *C. B.*
Feſtuca 2. *Dod.*
Bromos ſterilis 2. *Lob.*
Treſpe/ *Sil.*
Lülch/ Gauchhaber.

Propriè Secalis eſt vitium apud nos.

Cum alijs enim frumentis aut non, aut rariſsimè reperitur. Succreſcit per imbres frequentes & pluuioſam Aeſtatis conſtitutionem.

In ci-

In cibum venit cum Secali absq; nocumento. Minus tamen nutrit.

Aegylops II.

Aegylops bromoides Belgarum, *Lob.*

Festuca prior, *Dodon.*

Haber Twalch.

Taub Haber.

Non modò inter Hordeũ, sed etiã cum Secali enascitur.

Aegylops III.

Βρῶμος ψθα, *Dios.*

Bromus herba, *Dod.*

Festuca siue Aegylops 2. *Tabern.*

Gramen Aegylops, *Iohan. Bauh.*

Auena sterilis.

Taubhaber / *Sil.*

Habergraß / Haberkraut.

In pratis aridiorib. & aggeribus secus vias & agrorum margines: neglecti vsus.

Aegylops IV.

Aegylops 3. *Tabern.*

Hordeum spontaneũ spurium Herbariorum.

Hordeum murinum.

Holcus Plinij, *Anguill.*

Gramen Hordeaceum minus, *C. B.*

Taub Gerſten / *Sil.*

Meuse Gerste.

In aggeribus & ad vrbium mœnia passim oritur.

Straminis cineres Oedematis Podagricorum conferunt.

Alchimilla.

Δεβσιον seu Διάδετον, *Cordi.*

Pes Leonis, *Fuchs.*

Sanicula maior.

Sinnaw / Syndaw } *Sil.*
Aschnitz }

Genselgrũn.

In pratis æditioribus & riguis Maio floret.

Subamara est, sicca & adstringens. Ad internas exulcerationes Viscerum & Hernias ex vino bibitur. Decoctis vulnerarijs vtiliter additur. Chirurgis nota.

Alliaria.

Alliaris, Alliastrum, *Gesn.*

Thlaspidium cornutum, *Cratevæ.*

Pes Asini Pandectarum.

Knoblauchskraut / *Sil.*

Leuchel / Salsekraut.

Iuxta sepes locis incultis: in hortis etiam vmbrosis locis. Ad ripas etiam Boberi Salicetis & alnetis cæduis. Maio flosculi vigent. Aprili folia recentia ad intinctus & salsamenta adhibentur.

Calefacit & sicc. remissiùs

multò, quàm Allium, Aperit, digerit, prouocat.

Decoctum Asthmaticis succurrit.

Succus febribus malignis conuenit.

Allium alpinum.

Allium alpinum, *Matthiol.*

Allium serpentinum, *Lob.*

Victorialis longa aut maior, *Cl. P.*

Mandragora montana falsò Quibusdam.

ἀφιοπόδιον.

Alpen Knoblauch.

Lange Siegwurtz.

Aller Mann harnisch
Wilder Alraun } *Sil.*
Berg Alraun

Luxuriat vbertim humidis & herbidis Suditorum recessibus, veluti in Schneegruben/ Riesengrund/ & alijs multis locis, Iulio floret. Duplex est, Mas vnica radice constat.

Alraun Männlin.

Fœmina, binis coniunctis.

Alraun Weiblin.

Excalefacit, siccat perinde ac Allium agreste.

Aquas corruptas emendat: Serpentes abigit odore, Bestiarum omnium ictibus medetur potu, cibo, illitu.

Alpium incolæ vescuntur folijs aduersus corrupti Aëris & nebularũ exhalationes.

Agyrtæ radices syndone rubro inuolutas pro Mandragora credulæ plebeculæ obtrudunt, multa de earum viribus, nescio quæ vana & ridicula, garrientes.

Allium caninum.

Σκόροδον ἄγριον.

Allium syluestre vulgare caninum tenuifolium.

Allium iunceum aruense.

Acker Knoblauch.

Wilder Knoblauch.

Aruis oritur macilentis & frumentaceis. Aprili prodit.

Sapore & odore Allium refert, calidum & siccum. Venenis aduersatur.

Vrinam ciet & Menses elicit potenter.

Allium Vrsinum.

Allium syluestre bifolium *Gesn.*

Ampeloprason, *Dod.*

Moly Hippocratis, *Aduersaria.*

Allium nemorense.

Μῶλυ παρὰ τὸ μωλύειν τὰς νόσους.

Waldknoblauch.

Beerknoblauch.

Ramseren/ Ransericht/ *Sil.*

Zigeu-

Zigeuner Knoblauch.

In syluis vmbrosis montium. Ad arcē Greiffenstein/ sub fagis & fraxinis.

Flores Maio lactei stellati complures Ornithogali conspiciuntur.

Contra venena efficacius satiuo censetur.

Folia recentia cum piscium salsamento in condimentum veniunt.

Alnus. — nigra D.

Κλήθρα, *Theophrasti.* Frangula

Erle.

Erlenbaum.

Arbor viiginosis ac humectis locis notissima. Iuli erumpunt Vere, semen Autumno excidit.

Folia resoluunt, restringunt, delassatosq; recreant: illita tumores discutiunt & inflammationes restinguũt: Plantis pedum supposita fatigatos viatores iuuant, ob id Tabellarij folia calceis imponunt. Pulices necant Rore matutino aspersa & in cubiculis sparsa.

Interioris corticis decoctum Dentes mobiles confirmat cum modico Alumine & dolorem cohibet.

E cortice & fructu color ater conficitur.

Alsine media.

Ἀλσώνη, *Dioscor.*

Μύος ὠτὶς.

Alsine vulgatissima.

Hippia minor, *Lob.*

Auricula Muris, *Antiquor.*

Morsus gallinæ.

Hünerdarm.

Weisser Meyer/ *Sil.*

Alsinosis non modò, sed etiam parietinis & imbricamentis oblectatur. In hortis oleraceis sæpe integras areas cooperit.

Frigidæ & aqueæ est essentiæ. Citra adstrictionem refrigerat & humectat.

Herba in iure pingui decocta & deuorata Hecticis prodest.

Stillaticius liquor infantibus tabe ferè absumtis vtiliter propinatur.

Alsine minima.

Morsus gallinæ minimus.

Passerina, *Ruellij.*

Kleiner Meyer.

Vogel Meyer.

Locis asperis & ruderatis.

Auiculæ caueis inclusæ, cum escam fastidiunt hac recreantur.

Alsine maxima.

Alsine palustris.

Alsine

Alsine maior, *Dod.*
Grosser weisser Meyer.
Groß Vogelkraut.
Riuulorum & torrentium marginibus opacis ac humectis gaudet. Maio flosculos promit lacteos stellatos.

Alsine petræa.

Alsine omnium minima.
Stein Meyerlin.
Petrosis Iunio & Iulio reperitur.

Alsine spuria I.

Alsine hederacea *Tabern.*
Alsine spuria prior *Dod.*
Morsus gallinæ folio Hederulæ *Lob.*
Roter Meyer.
Roter Hünerdarm.
Iuxta sepes reptat. Primo vere flosculos edit purpurascentes.
Insipida est & odoris expers.

Alsine spuria II.

Alsine foliis Trissaginis, *Lob.*
Alsine cœrulea.
Blawer Meyer.
Blaw Hünerbiß.
In hortis oleraceis, etiam in agris demessa segete.
Plantula est vix vnciam alta, cui flosculi cœrulei Chamædryos pratensis, Aprili Mense.

Alsine foliis Veronicæ.

Hünerdarm mit Ehrenpreis blettern.
Ijsdem fruitur natalitijs.

Alsine erecta Rutafolia.

Alsine parua recta folio Alsines hederaceæ, sed Rutæ modo, diuiso *Lob.*
Veronica pratensis, *Dod.*
Hüner Kautte.
Secus vias locis graminosis, & in pratis humentibus Maio flosculos obsoleti coloris explicat.

Alsine fontana.

Brunnen Meyer.
In riuulis limpidis pigrè labentibus, folia pinguia, crassiora, Portulacæ ferè insipida habet.

Alsine palustris.

Alsine aquatica, *Lugdun.*
Alga facie Alsines.
Wasser Meyer.
In palustribus & aquis residibus.

Alsine fluuiatilis.

Alsine aquis innatans.

Flutt

Flutt Meyer.
Fluß Vogelkraut.
Aquis innatat longisſimis coliculis & folijs Alſines vulgaris.

Alſine muſcoſa.

Alſine tenuifolia muſcoſa, C. B.
Moß Meyer.
Vdis Montium inter Muſcum naſcitur.

Alſine alpina.

Alſinanthemon Ioh. Thal.
Pyrolæ ſpecies peculiaris Nonnullis.
Radix candida multis fibris gracilis coliculum promit ſingularem, rectum, teretem, gracilem, palmarem, inferna parte nudum, ſuperius verò per ambitum, quinis, ſenis, ſeptenisúe oblongiuſculis, ſeſcuncialibus, læuibus, viridib⁹, fibratis folijs donatum, è quorum medio pediculus tenuiſsimus vnicus vt plurimum, nonnunquam bini aut terni, quadrantali ferè longitudine exurgunt, in cacumine ſuo ſinguli ſuſtinentes lacteum Alſines floribus æmulum, quem capitulum ſequitur rotundũ, Coriandri ſemine minus, intus ſemina nigra tenui candidaque membrana inuoluta concludens.
Aprili, Maio, Iunio, Iulio floſculi conſpiciuntur lactei.
Gaudet locis perpetua vligine irriguis, in iugis Montium vnterm Knickholtz / in ſyluis item herbidis iuxta truncos arborum occurrit.
Siccandi vi pollet.

Anagallis rubra.

Ἀναγάλλις, *Dioſcor.*
Anagallis mas Phœnicia, *Lobel.*
Corcorus Plin. *Nonnull.*
Corallia.
Roter Meyer / *Sil.*
Roter Gaucheil / Grundheil.
Tota æſtate florem fert in Autumnum vſque in agris, hortis oleraceis, ſolo ac læto cultu.
Calidæ eſt naturæ & ſiccæ. Extergit, mundat, expellit, attrahit, mitigat.
Succus Naribus inditus aut gargarizatus Caput purgat eliciendo pituitam.
Duros abſceſſus trita & impoſita maturat, rumpit Vulgi experimento.
Aduerſus peſtem commendatur & rabidis Canibus medetur.

Anagallis lutea montana.

Anagallis lutea, *Lob.*

Nummularia syluatica vel mas, *Gesn.*

Gelber Wald Meyer/ *Sil.*

Geel Grundheil.

Floribus aureis Iunio & Iulio nemoribus montosis, vmbrosis conspicua.

Vulneraria est. Potionibus vulnerarijs additur.

Anagallis aquatica I.

Σίον, Dioscoridis, *Trag.*

Ἀναγάλλις ὑυδρος.

Anagallis aquatica maior rotundifolia.

Sion vulgare & maior, *Trag.*

Berula maior.

Becabunga *Germanis.*

Wasser Gauchheil.

Bachpungen.

Pfunde/ *Sil.*

Sectatur pratenses riuulos, in pigris aquis aut substillijs.

Gustu tota acrior Nasturtij, facultate tamen & viribus inferior. Scorbutum sanat, Calculos rumpit, & vrinam ciet.

Ad acetaria verno tempore colligitur.

Sæpe reperitur tota insipida.

Anagallis aquatica II.

Anagallis aquatica angustiore folio.

Schmalbletterichte Pfunde.

Gaudet palustribus & riuulis, in quibus tota hyeme viret.

Omni odore & sapore destituitur.

Anagallis aquatica III.

Anagallis aquatica minor.

Kleine Pfunde.

Locis ijsdem: sed rarior.

Angelica alpina I.

Angelica Silesiaca maxima.

Archangelica, *Dod.*

Grosse Berg Angelica auff der Iserwiese.

Caulem fert brachij crassitudine tricubitalem. Radix longior crassa, paucioribus fibris donata.

Ad ripam Iseræ fluuij maioris oritur.

Contra venena vsurpatur, & eadem quæ satiua præstat.

Angelica alpina II.

Angelica vera alpina.

Angelica alpina nobilior.

Angelica montana *C. Bauh.*

Brustwurtzel.

Lussta

Lufftwurtzel/ Rhizotomis *Sil.*

Satiuæ Angelicæ similis est; at tota minor: Folia ex atro virent: Radix in pauciores, sed crassiusculas fibras diuaricatur.

In præruptis Montium iugis & saxorum fissuris oritur.

Magnæ, in Pectoris affectibus, commendationis. Expurgat, abstergit, attenuat lentos & viscidos pectoris humores: Ob id Asthmaticis, & quibus Pulmones crassa & viscida pituita infarcti sunt, saluberrima. Tussi inueteratæ opitulatur & venenis resistit.

Angelica alpina III.

Angelica montana Sleſiaca vulgatior.

Angelica syluestris montana, *Camer.*

Angelicæ varietas, *Aduers.*

Berg Angelick.

Geistwurtzel/ *Sil.*

Hæc in montibus frequentior, solo pingui inter saxa herbidis locis.

Acerrimi est gustus Radix, luteo & lento turgens succo: ideo cæteris omnibus valentior.

Mansa os, linguam & fauces maximè vrit & inflammat, Calida & sicca ad quartum ferè gradum.

Corrigitur aceto macerata radix, quæ ore mansa, aëris maligni arcet contagia.

Angelica aquatica.

an μαγόδαυκος, *Theoph?*

Angelica syluestris, *Thal.*

Angelica minor aquatica, *Tabern.*

Wild Angelick/ *Sil.*

Wasser Angelica.

Wild Geistwurtzel.

Passim in pratis, secus fluenta occurrit.

Ob acrimoniam minorem cibis condiendis aptior. Corrigit prouentum saburramq; crassorum & viscidorum humorum, atque fœtidum halitum emendat tetri spiritus ex praua concoctione manantis.

Angelica erratica.

Αἰγωπόδιον, *Tabern.*

Angelicæ vitium, *Trag.*

Herba D. Gerardi, *Dodon.*

Podagraria Germanis, *Aduers.*

Gierſig/ Gieriſch/ *Sil.*

Zipperlinkraut.

Adeò restibili & importuno pro-

no prouentu iuxta ſepes hortorum & parietes vdis vmbroſisq; locis pinguibus luxuriat, vt vix inde poſsit radicitus deleri.

Odor ei ſatis fortis, multò tamen imbecillior Angelica.

Adduntur folia recentia tenera oleribus, Radix aliquot diebus ex vino pota febres putridas ſanat.

Vulneraria eſt: Podagricis optimè facit.

Anthyllis leguminoſa.

Λαγωπόδιον, *Tabern.*
Anthyllis vulneraria, *Geſn.*
Arthetica Saxonum, *Thalij.*
Beruffkraut/ } *Sil.*
Hendelweis/ }
Geel Haſenklee.

In collibus apricis & pratenſibus locis naſcitur. Flos ei Iulio & Auguſto albus & luteus. Vulneraria eſt. Manus dealbat vi abſterſoria. Contra effaſcinationes cunis Infantium imponitur anili ſuperſtitione.

Antirrhinum medium.

Φύτουμα, Dioſc. *Dodon.*
Antirrhinum ſyl. maius.
Antirrhinum, *Plinij.*
Orontium, *Archigenis.*
Wilder Orant.
Wilder Hundskopff.
Brackenheubt.

Locis cultis circa margines, & in ipſis agris. Iulio & Auguſto floret: hyeme perit.

Auriginem morbum ſeu Icterum potu diſcutit.

Antirrhinum minimum.

Antirrhinum minimum repens, *Lob.*
Klein Beruffkraut.
Hundsſchädel.

In aruis & incultis prouenit agris.

Ad philtra accõmodatur.

Aphaca.

Ἀφάκη, Dioſc. *Aduerſ.*
Pitina Theoph. *Anguillaræ.*
Orobanche, *Lugdunenſib.*
Feldwicken.
Wildewicken.
Vogelwicken.

Herba tenera capreolis ſe ſuſtinens.

In campis inter Legumina, Triticum, Secale & alias fruges enaſcitur.

Semẽ adſtringendi vi pollet: torrefactum Stomachi aliasque fluxiones ſiſtit.

Apium montanum.

Ὀρεοσέλινον Dioſc. *Cluſ. P.*
ὀρεοσέλινον ἔγχυλον ſeu ἕτοπον, *Geſn.*
Polychreſtum *Cordi.*
Polytmetum *Geſn.*
Montapium.
Vielgutt/
Augenwurtzel/ } *Sil.*
Berg Peterlin.

Amat montoſos arenoſoſque tractus. Abundè propè Cryphibergum in pratis ad Quiſſum fl.

Iulio & Auguſto flores in vmbella, cum ſemine Anethi nigricante, oſtendit.

Radix longiſsima calida & ſicca tertio receſſu. Extenuat, aperit, incidit, vrinas mouet. Calculos diſſoluit, Menſes prouocat, Iecinoris & Lienis obſtructiones ſoluit, Regio morbo auxiliatur. Manducata Dentium dolores mitigat ac ſaliuam ciet, Torminibus ventris ſuccurrit, Viſum exacuit, & alios multos vſus præſtat.

Apium Cicutarium.

Petroſelinum caninum, *Tabern.*
Cicuta minor, *Dodon.*
Apij vitium, *Geſner.*
Hunds Peterlin.
Stinckender Peterlin.

Gleiſſe Sil. à ſplendore.

Abundè luxuriat in hortis oleraceis, maximè cum Petroſelino, cuius eſt vitium.

Venenoſa & pernicioſa eſt planta.

Aquilina.

Πόθος, Theoph. *Coſtæo & Tabern.*
Λεοντοδόμιον.
Aquilegia, *Matthiol.*
Aquileia, *Dodon.*
Ackeley/ Agley.
Glockenblumen/ *Sil.*

In montibus, collibus apricis & pinguibus pratis. Maio floret & Iunio.

Temperatæ ex calore ſiccitatis, guſtu dulci, tantillum adſtringẽte. Corroborat Hepar, aperit, conducit pectori, Pulmoni, eoſq; purgat.

Decoctum ex vino & aqua addito Diacaryo inſtar gargariſmatis, ad Faucium Laryngis & Tracheæ incendium & vlcuſcula valet.

Flores Cordiales ſunt. Omnibus medicamentis cum vſu miſceri poſſunt.

Radix cum ſemine ex vino pota ἀδυναμίαν veneream corrigit.

Semen Ictericis, Lienis obſtructionib. Vertiginoſis cõ-

petit. Venenis resistit, prouocat variolas & Morbillos.

Succus instillatus, vulnera mundat & commodè sanat, Naribus inditur aduersus fistulas & vlcera Narium Fauciumq; putredines.

III.

Artemisia candida.

Ἀρτεμισία πλατόφυλλος ab Artemisia Mausoli Cariæ Regis vxore, quæ sibi hanc herbam adoptauit, ἀπὸ τῆς ἀρτεμίδος, id est, Diana; quoniã medetur Mulierum malis, quibus Diana præest.

Ἀρτεμισία πολύκλωνος *Diosc.*

Παρθένιον, *Apulei.*

Artemisia latioris folij, *Dod.*

Artemisia fœmina.

Weisser Beyfuß.

Weisse Buck.

S. Johannis Gürtel/ *Sil.*

Passim circa vrbes, ad pagos, arces, muros, in conuallibus & montibus.

Caulis ex viridi albicat; floret Augusto.

Excalefacit 3. siccat 2. gradu, modicè tenuium partiũ. Attenuat, penetrat, aperit, prouocat.

Pectus expurgat à crassis & tenacibus humoribus, tussim lenit, difficultati anhelitus succurrit. Locos muliebres calefacit, Menses suppressos ciet, secundas, partus detrahit, Puerperas purgat.

Venenis resistit, medetur morsui Animalium venenatorum & canis rabidi. Aërem pestilentem emendat.

Insessibus pro Calculosis & Hystericis commodè miscetur.

Artemisia rubra.

Artemisia vulgaris rubra.

Artemisia mas.

Roter Beyfuß.

Roter Buck.

Ijsdem prouenit locis.

Summitates ex vino rubro decoctæ Dysentericis vtiliter imponuntur & bibuntur.

Per se, vel cum verbasco vino rubro aut aqua chalybeata incocta Tenesmum sanat.

Sal Artemisiæ sudores & Menses retentos elicit, aduersus pestem efficacissimũ remedium multo facto experimento.

Arundo palustris.

κάλαμος φραγμίτης, *Diosc.*

Χαρακίαι, *Theophr.*

Arundo vallatoria seu phragmitis Dioscoridis *Lobel.*

Harundo vulgaris *Dod.*

Cala-

Calamus, Canna paluſtris.
Rohr/ Teichrohr.
Weiher Ried.

Piſcinis, lacubus & cæteris ſtagnantibus familiaris.

Iulio profert iubam ſeu paniculas aliquantum purpureas, quæ maturæ in pappos auolant.

Folia recentia Cubiculis inſperguntur, ad æſtum febrium mitigandum.

Radix per ſe, aut cum bulbis ſuis illita ſpicula aculeoſque extrahit. Luxata Lumborumque dolores cum aceto mulcet.

Asarina tussilago alpina minor.

Ἄνθηλα paniculæ lanugo, ſi aures intrauerit, exurdat. Adeo enim tenaciter adhærens affigitur, vt auelli non poſsit.

Aſarum.

Ἄσαρον, *Dioſcor.*
Νάρδος ἀγρία.
Aſarum Baccharis ſeu Baccharus, *Aduerſ.*
Nardus montana, *Cordi.*
Auricula leporis.
Haſelwurtz.
Haſenöhrlein/ *Sil.*

Delectatur Montium conuallibus ijſq; humentibus & vmbroſis, ſolo limoſo.

Maio & Autumno floret perpetuò virens.

Acris eſt radix, ſubamara & valde odora non vacans adſtrictione. Aperit, attenuat, reſoluit, prouocat, incidit, calefacit & ſiccat 3. gradu. Aluum & vomitiones ciet, vrinam elicit, Menſes mouet. Craſſos pituitoſos bilioſoſq; humores educit, Iecinoris, Fellis ac Lienis infarctus ſcirrhoſosque tumores ſoluit.

Confert Febribus diuturnis & inueteratis, Aſthmaticis, tuſsientibus, Hydropicis, Iſchiadicis. Secundas & fœtus pellit.

Lixiuio inditur ad roborandum Cerebrum & Memoriam.

Aſclepias.

Ἀσκληπιάς, Dioſcoridis *Aduerſ.*
Νικητοξικὸν, quaſi νίκη τοξων.
Vincetoxicum, *Dod.*
Hirundinaria, *Tragi.*

Aſclepias vulgaris flore albo.

Schwalbenwurtz.
Schwalbenkraut/ quoniã cum ſemen matureſcit in ſiliquis, ſiliquæ dehiſcunt & Hirundinibus volantibus ſimiles ſunt.

Colles & ſaxoſos ſectatur tractus, velut ad Goldbergam-

gam & montem Acutum, Zabothum & alia loca. Iulio floret.

Radix excalefacit, ſiccat primo ordine, digerit, aperit, reſoluit. Venenis aduerſatur totius ſubſtantiæ ſimilitudine; Hydropicos iuuat, Tormina mulcet, Tuſsi, pectoris vitijs auxiliatur. Aduerſus Peſtis ſæuitiam venenoſorumq; Animalium ictus ex vino bibitur.

Herba cum floribus tuſa Mammis à partu turgentibus cataplaſmate imponitur.

Vulneraria eſt. Sordida & putrida vlcera purgat, & ad cicatricem perducit. Genitalium vitijs & Rupturis egregiè medetur.

Aſcyrz. ō. Hypic. Aſcyron.

aurea. ō. Galizlatifol.

Aſperula I.

Aſperula flore albo odorata.

Aſperula flore odorato, *Cluſ. P.*

Matriſylua, *Trag.*

Hepatica ſtellata, *Tab.*

Gliedegenge/Gliedekraut/ *Sil.*

Waldmeiſter/Weiß Steinleberkraut.

Maio, Iunio & Iulio in ſyluis altis Montium frequens.

Tota planta odorem ſuauem Lilij Conuallij ſpirat.

Calidæ eſt & ſiccæ naturæ. Cor exhilarat: vitijs Hepatis ſuccurrit. Duros abſceſſus tuſa ac extrinſecus impoſita emollit ac diſcutit. Eius decoctum fotu Articulos firmat. vulg. experimẽto.

Vulneraria eſt cephalica, ad capitis vulnera efficaciſſima.

Aſperula II.

Ἀπαρίνη *Dioſcor.* ἀπὸ τοῦ ἅμα παρὰ ἴναι à ſimul prætereundo.

Φιλάνθρωπος, Plin.

ὀμφαλόκαρπος.

Aſperula Plin. *Dod.*

Aparine, *Lob.*

Kleber. *Sil.*

Klebkraut.

Aeſtiuis menſibus viget. Vbiuis ferè obuiam prope ſepes, ſcrobes, inter ſentes, in agris maximè Lini & hortis oleraceis, inuitis Hortulanis.

Abſtergit & ſiccat modicè, nonnihil habens ſubtilium partium.

Sanguinis abundantiá ex vulnere impoſita, folia reprimunt. Cum axungiâ trita ſtrumas diſcutiunt.

Succus Aurium doloribus medetur, vulnera recentia gluti-

glutinat & papularum rimas.

Aqua ſtillaticia Calculos frangit & Renes à ſaburra liberat.

Asperula aurea, vide Galij laßf.

Aſplenij ſyl. ☉. Lob. *Aſter Atticus.* ☽. Conſa. med.

Aſplenium ciliter lobis.

Ἀστὴρ ἀττικὸς, *Dioſcor.*

Βουβώνιον, quòd inguinum tumoribus medeatur.

Aſter Atticꝰ flore cœruleo.

Inguinaria ſeu Inguinalis.

Blaw Scharten kraut.

Stern kraut/Bruchkraut.

Naſcitur circa Opeliã aſperis & incultis, Auguſto floret.

Sapor foliorum aſper ac ſubamarus. Miſtæ facultates vti Roſa. Modicè calefacit, digerit & reſiccat.

Herba tuſa rabioſi canis morſib. auxiliatur. Turgentia guttura diſcutit & Inguinibus illinitur.

Aſter Conyzoides.

Aſter Atticus purpureus minor.

Conyza cœrulea.

Conyzoides cœrulea *Geſn.*

Blaw Dürrwurtz.

Beruffkraut/*Sil.*

Floſculi Iunio, Iulio & Autumno emicant purpurocœrulei, aſperis ſiccis & apricis locis ſecus itinera, montoſis locis.

Calefacit, ſiccat, digerit, diſcutit.

Contra effaſcinationes à vetulis ſuperſtitioſè vſurpatur.

Aſter luteus montanus.

Aſter flore luteo, *Matthiol.*

Aſter Italorũ, *Lob. & Cluſ. P.*

Aſter Atticus, *Dod.*

Bubonium luteum, *Tabern.*

Geel Sternkraut.

Geel Bruchkraut.

In dumetis & collibus ſaxoſis.

Radix odorata ſubadſtringens & ſiccans amarore aromatico modicè ad Cinnamomi ſaporem accedit, ſubacri.

Hernijs & Inguinum tumoribus vtilis.

ſyl. verng. ☉. Ordbg.

Aſtragalus aruenſis.

Ἀστράγαλος à radicum cum talis conuenientia.

Pſeudapios *Matt. Cam.*

Terræ glandes, *Dod.*

Chamæbalanus, quod in glandis effigiem radicis extremum turbinetur.

Erdnüſſe/Ackernüſſe.

Sewbrod/Schweinßbrod *Sil.*

Acker/Grund Eicheln/Knollenwurtz.

In agris frumentaceis ſub Zabotho monte. Sapor illi

subdulcis, glandis aut Castaneæ adstringens.

Ad fluxus Mulierum immodicos, & sanguinis profluuium ex Vesica efficax.

Post messem eruuntur ac colliguntur.

Atriplex caninus.

Χρυσολάχανον, *Nonn.*

Bonus Heinricus, *Tabern.*

Tota bona Spinaciæ facie, *Aduers.*

Rumex vnctuosus.

Backenschar/ } *Sil.*
Lungwurtz/ }
Schmerbel.

Guter Heinrich.

Incultis & ruderatis secus vias, veteres muros & agrorum sepimenta luxuriat. Viget tota æstate.

Excalefacit, siccat, aperit; detergit magis quàm Mercurialis, resoluit, digerit.

Quam proximè ad Spinaciæ naturâ accedere videtur, in cibo Mercuriali gratior.

Cocta cum oleribus esitata lubricam Aluum reddit.

Bibitur tabidis & phthisicis plebeculæ experimento.

Vulneraria est & ad Animaliũ venenosorũ ictus commendatur. Vlcera recentia, sordida & vetera expurgat & vermes in ipsis interimit.

Fabris ad Equorum apostemata in vsu.

Atriplex syluestris I.

Ἀτράφαξις ἄγρια, *Dioscor.*

Atriplex agrestis, *Trag.*

Atriplex syl. sinuata, *Lob.*

Wilde Mölten.

Scheiß/Schißmölten/*Sil.*

In hortis oleraceis & circum mœnia vrbiũ plurima.

Minus refrigerat & humectat satiuâ, aliquanto plus digerens.

In cibum venit vt satiua.

Folia recentia tusa Podagricos dolores leniunt.

Atriplex sylu. II.

Χλωβατος, *Plin.*

Atriplex sylu. latifolia laceris lacinijs, *Lob.*

Atriplex fimetaria maior, *Thal.*

Atriplex syl 1. *Mattiol.*

Chenopodium, *Tabern.*

Mist mölten/ *Sil.*

Sewtod/Gensefuß.

Circa vrbium, pagorum, hortorum fimeta enascitur.

Hanc Tragus lethalem asserit & pestiferam. Sues interimere creditur.

Atriplex sylu. III.

Atriplex fimetaria minor, *Thal.*

Atri-

Atriplex syl. 3. *Mattiol.*

Atriplex olida, pusilla, hircina & Vuluaria garum olens, *Aduers.*

Garosmos *Cord. & Dodon.*

Kleine Mistmölten/ *Sil.*

Bocksmölten.

Schamkraut.

Loca amat habitata, vt plurimum vbi lotium effunditur.

Tota vehementer fœtet instar putridi Halecum gari.

Atriplex syl. IV.

Atriplex sylu. Polygoni aut Helxines folijs, *Lob.*

Atriplex sylu. 2. *Dod.*

Kleine wilde Mölten.

Atriplex sylu. V.

Atriplex palustris polycaulis.

Wasser Mölten.

In fossis ad oppida Iulio & Augusto conspicua.

Auricula Vrsi.

Vide Sanicula.

Balsamina spuria.

Mercurialis sylu. 2. & Esula sylu. *Tragi.*

Persicaria siliquosa, *Lob.*

Delphinium, *Craton.*

Noli me tangere, *Vulgo.*

Scorpioides, Saltarella.

an Aeschinomene, *Plin?*

Wild Balsamkraut.

Hirschmölten/ } *Sil.*
Springkraut/ }

Tota facies & virgulta Balsaminam alterã exprimunt. Flores lutei penduli, quos sequuntur siliquæ teretes, graciles longæ, pendulæ Galegæ: semina parua subrotunda Balsaminæ claudentes, quibus turget simul: ac tantillum tangitur in vultum proximi cuiusq; quasi impetu vindicabunda & se tangi queribunda excluditur.

Oritur frigidis, humidis, vmbrosis Montium locis. Ad riuulos ex montibus decurrentes multa.

Vulneraria est. Vomitiones prouocat, vrinas ciet & calculum pellit.

Artus luxatos cum Agrimonia Agricolarum vsu restituit.

Liquor stillaticius Podagricis & pedibus tumentibus competit.

Bardana maior.

Ἀρκτειον, *Dios.*

Προσώπιον ἢ προσωπὶς.

Personata *Aduers. & Mattiol.*

Lappa maior vulgaris.

Grosse Kletten/ } *Sil.*
Ohmbletter/ }
Butzen Kletten.
Roß Kletten.

Nimis quàm frequens & vulgaris, secus vias & vrbium pomeria.

Iulio Mense caulis assurgit altero ex quo nata est anno: flores purpurei Iulio conspicui cum lappulis.

Folia moderatè resiccant, discutiunt, nonnihil adstringunt.

Radix nonnullæ caliditatis particeps; pota ad Calculum & dysenteriam vtilissima, purulenta & cruenta extussientibus auxiliatur trita cum modico salis, morsui canis rabidi medetur.

Folia inueteratis vlceribus vtiliter imponuntur. Luxatis & confractis membris prosunt.

Bardana montana.

Arctium montanũ, *Aduers.*
Lappa maior, *Dod.*
Bergkletten/Waldkletten.

Celsis & syluosis Montium opacis familiaris.

Eiusdem cũ priori naturæ.

Bardana minor.

Ξάνθιον *Diosc.* παρὰ τὸ ξανθίσεται, quòd flauos reddat Capillos.

Φασγάνιον, *Galen.*
Xanthium *Fuchs. Mattiol.*
Lappa minor, *Offic.*
Lappa inuersa.
Strumaria.
Kleine Kletten.
Igel Kletten.
Bettlers Leuse.

Iuxta loca habitata secus vrbes, mœnia & scrobes arefactas solo læto & pingui gignitur.

Iulio & Augusto lappæ vigent.

Gustu est amaro & subacri. Calefac. siccat, digerit.

Radix vti & semen tumorum strumarumq́ue pertinaciã frequenti admotu delet.

Fructus Capillos luteos efficit ex aqua tepida madefactus & illitus.

Herba Cancrorum ardori extinguendo efficax.

Bellis maior.

Bellis maior candida.
Primula veris maior.
Consolida media Herbarior. *Lob.*
Weisse S. Johanns blumẽ.
Gense blumen.
Grosse Maßlieben.

Vbiuis obuiam, pratis aridioribus.

Becabunga, vide Anagallis aquatica I.
Bechiz, vid. Tussilago vulg.
Bella donna, v. Solanz montanz.
Bedegauris, v. Rosarz spongiola.
Beenaltz. v. Lychnis sylu. cand: 2

Memorabile ē, q. de Bellitz folijs recentibus ꝓdicatz. Dicunt n. cz oleo et aceto acetarij vicem comesta mirabiliter mederi cruciatui, quia æstus tpre post validz potz oritz.

dioribus, pascuis, agris incultis, collibus, cognitu facilis. Vulneraria est. Folia commansa sanant cùm Oris tum linguæ exulcerationes pustulasque exulceratas.

Flores præstant ad strumas & Caluariæ fracturas: item ad Thoracis vlcera quæ in eius cauitatem penetrarunt. In quem vsum potionibus additur.

Bellis maxima.

Bellis montana maxima.
Grosse S. Johannis blum.
Hæc duplo maior: sed inuentu rarior.

Bellis minor.

Bellis media, *Cl. P.*
Bellis sylu. *Dod.*
Consolida minor, *Offic.*
Primula Veris, *Trag.*
Angerblůmlein.
Sommerthierlein.
Weisse Frůeblůmlein.
Kleine Maßlieben.

In pascuis pratis & hortis graminosis max. primo verè conspicitur flore albo, rubro, variegato.

Herba adhuc tenera Veris initio cum sale, oleo & aceto aluum strictam lubricam reddit.

Decoctum collutu fauciũ ardorem in febribus ardentibus temperat.

Cum symphyto pota sanguinẽ excreantibus prodest.

Inditur Clysterib. non sine fructu in calida intemperie.

Betonica purpurea.

Κέστρον, *Diosc.*
Βετονικὴ.
Ψυχότροφον παρὰ τὸ τρέφεσθαι ἐν ψυχοῖς τόποις, quòd in frigidis locis nascatur.

Betonica nemoralis.
Vetonica.
Braun Betonien.
Battenien/ } *Sil.*
Zehrkraut/ }

Vulgatissima in pratis & alijs herbidis Montium, Maio folia leguntur & Iunio.

Iulio præcipuè floret.

Amariuscula est, subacris & odorata. Incidit, aperit. Calefacit & sicc. 2. ordine. Multi vsus. Pulmonem, Thoracem, Hepar expurgat, abstergit, à putridis & vitiosis humoribus liberat; vnde Tabidis & Hæmoptoicis conueniens remedium. Icterum sanat: fastidia abstergit & Stomachicos recreat. Vrinas ciet, Calculos Renum frangit. Vteri strangulatui medetur.

detur. Ex vino veteri ruptis & ab alto deuolutis succurrit. Alui & Inteſtinorum tormina remouet.

Acidum ructantibus, Iſchiadicis, Epilepticis & cæteris Capitis affectibus frigidis vtiliſsima. Vulneraria eſt.

Viatoribus longo itinere defatigatis vires mirificè reficit.

Aduerſatur venenis, venenoſorum rabidorumq́; Animalīū quorumcunq; morſibus ſumta & impoſita.

Lixiuio induntur folia ad Cerebrum roborandum.

Betonica alba.

Betonica candido flore.
Weiſſe Battenie.
Pari pollet facultate.

Betula.

Σημὺς πάπυρος, *Theoph.*
Betulla.
Bircke/ Birckbaum.
In montib. frequens, Pueris nota.

Semen paleaceum in iulis, Iulio à vento diſpergitur, ſiccantis naturæ.

Folia amara ſunt, Excalefaciunt, ſiccant, reſoluunt, attenuant, abſtergunt, aperiūt. Adduntur lotionibus contra ſcabiem. Cum alumine & aqua decocta colorem luteum dant Pictoribus.

Succus coagulo admiſtus Caſeum à teredine & vermibus præſeruat.

Liquor verno tempore elicitur vulnerato cortice limpidiſsimus. Potus Renum & Veſicæ Calculos eijcit, & Regium curat: illitus faciei nitorem conciliat & maculas delet ſcabiemq́; ſanat. Gargarizatu Oris, faucium vlceribus medetur.

Ex trunci medij ſubſtantia aliquando naſcūtur Fungi flaui, Rhabarbaro ſimiles.

Adſtrictoria vi pollent, ad ſanguinis fluxus compeſcendos vtiles.

Cremati ligni emanans liquor oculorum albugines & cicatrices delet.

Bifolium maius.

Ophris, *Plin.*
Ophris bifolia maior.
Pſeudorchis bifolium *Dod.*
Groß Zweyblat.
Wild Durchwachs.
Zweyblat / *Sil.*
In montibus & conuallibus, Vdis & opacis locis.
Maio & Iunio reperitur.
Calidæ & humidæ eſt naturæ. Ad fracturas ſanandas & vulnera glutinanda.

Bifoli-

Bifolium minus.

Ophris bifolia minor.
Pseudorchis, *Dod.*
Alisma Dioſc. *Cord.*
Perfoliata ſylueſtris.
Ijſdem natalibus gaudet.
Vulneraria eſt.

Bifolium III.

Ophris trifolia.
Dreyblatt.
Tribus interdum folijs, ſed rarius, deprehendere licet.

Bipinella, vide Sanguiſorba min.

Biſtorta maior.

Βετονικὴ Dioſc. *Aduerſ.*
Britannica, *Lob.*
Serpentaria, *Mattiol.*
Colubrina, *Trag.*
Dracunculus Plin. *Dod.*
Natterwurtz.
Schlangenwurtz.

Maio & Iunio flores ſpicatos erigit, in pratis & paſcuis frigidis humectis Montium.

Radix veluti contorti introque reflexi pollicis digiti Manus, intus ruffeſcit, ſaporis perquam auſteri, adſtringentis quadantenus Tormentillæ.

Refrigerat, ſiccat, cohibet, roborat, adſtringit, ſanguinem ſiſtit, Venenis aduerſatur: vulneraria eſt.

Pota fluxiones Alui, Dyſenterias, ſanguinis eruptiones, Menſes immodicos cohibet; Abortum reprimit, Vermes puerorum enecat.

Contra Peſtilentiam febreſq; peſtilentes vtiliter bibitur.

Sanguinis grumos ex caſu, contuſione aut alia cauſſa diſcutit.

Additur vulnerarijs potionibus.

Puluis Melle affrixus, ſcorbutum ſanat.

Biſtorta minor.

Serpentaria mas, *Fuchſ.*
Biſtorta vulgaris, *Cluſ. P.*
Klein Natterwurtz.

Radix minor & nullis penè fibrillis, formâ ſerpentem aut vermem imitatur.

Succus aceto permixtus linteo circa collũ impoſitus, Narium hæmorrhagiã ſiſtit.

Dentium dolores mulcet recens admota vel cum Alumine & pyrethro decocta, fluxionesque eò decurrentes ſiſtit, Agricolarũ vulgato vſu.

Biſtorta alpina maxima.

Groſſe Berg Natterwurtz.

Quadruplo maior vulgari Radix, Caulis ad duorum cubitorũ aſſurgit altitudinẽ.

Secta-

Sectatur altissima, Suditorum iuga, velut ad Gigantæum, Albis fontes Schneegruben.

Pari cum prædictis pollet facultate.

Blattaria lutea.

Χρυσόγονον Diosc. *Aduers.*

Blattaria Plin. *Lob.*

Verbascum leptophyllon. *Cordi.*

Schabenkraut.

Goldknöpfflin.

Wilder wöllig/ *Sil.*

In marginibus campestribus lutosisque aggeribus. floret Iunio.

Amara est calidaq; & sicca gustanti.

Blitum album.

Βλίττον λευκὸν, *Diosc.*

Blitum maius, *Dod.*

Beta insipida seu fatua.

Weisser Meyer.

In campis, hortis & areis secus itinera. Sine sapore & acrimonia vlla, frigidæ & humidæ naturæ, Stomacho inutile.

Blitum rubrum.

Blitum minus rubrũ, *Mattiol.*

Blitum rubens, *Dod.*

Blitum rubrum supinum, *Lob.*

Olus rubrum.

Blutt Kraut/ *Sil.*

Roter Meyer.

Sponte in hortis oleraceis.

Refrigerat, humectat, emollit. In cibum venit Nonnullis instar Atriplicis: sed nullum dat nutrimentum.

Suffitus herbæ Menses remorantes prouocat, Molas & Secundas educit.

Ad Pecorum hæmorrhagiam vulgi medela.

Blitum syluestre.

Βλίττον ἄγριον.

Πολύσπορον.

Polyspermon, *Anguil.*

Fischmölten.

Wild Meyer.

Wild Traubenkraut. Boleti. v. Fungi

Passim secus vrbes, etiam in hortis oleraceis oritur.

Brassica syl. Napifolia.

Bong Heinricus, vid. Atriplex caninus. Branca ars. alp. vid. Panax Her. Branca leonina, v. Pastinaca sylv. lat.

Brassica syl. 2. *Dod.*

Brassica campestris 1. *Clus. H.*

Perfoliata siliquosa, *Aduers.*

Perfoliata Napifolia, *Tabern.*

Wilder Durchwachs.

Durchwachs mit steckrüben blettern.

Brassica leporina. Inter
o. Sonchus levis angustif.

Inter ſegetes in Guß-mansdorff.

Oleracea eſt guſtu neutiquam acris.

Braßica ſyl. Glaſtifolia.

Braſsica ſylueſtris virgata, *Cord.*

Sinapi album, *Lugdun.*

Turrita, *Cluſ. P.*

Glaſtifolia ſiliquoſa, *I. B.*

Wilder Kohl.

Thurnkraut.

Paſsim ad muros & ſecus itinera montoſis occurrit.

Iunio floret, ſemine in ſiliquis longis ſuccreſcente.

Britannica, vid. Biſtorta maj.

Bromos Steril: 2. Lob: v. Ægylops. 1.

Bryonia.

Ἄμπελος λευκὴ, *Dioſcor.*

Βρυωνία, *Galen.*

Bryonia alba baccis nigricantibus.

Vitis alba Fuchſ. *Aduerſ.*

Stickwurtz.

ZaunRüben/ GichtRüben/ *Sil.*

Propter ſepes & ſecus itinera. Aeſtate floret.

Radix moderatè calida deſiccat & abſtergit cum partiũ tenuitate. Purgat bilem & ſeroſos humores, vrinam trahit, Cerebrum mundat, Pectus & Neruos à pituitoſis putridisque excrementis liberat. Viſcerum obſtructiones aperit. Renes à Calculo expedit. Comitialibus, Attonitis, Vertiginoſis, Paralyticis vtiliter datur. Corrigitur Maſtice, Cydonijs, &c.

Ex vino pota vtero ſuffocatas mirificè reſtituit.

Corpus abſtergit, Cutim erugat, vitia Cutis in facie emendat, ſuppurationes rumpit, ſugillata tollit, & reduuias committit.

Folia, fructus vlcerũ phagœdenis, Cancrenis, putrentium tibiarum tædio efficaciter cum ſale illinuntur.

Bubonis, v. Aster.

Bugloſſum germanicum.

Bugloſſa maior, *Trag.*

Bugloſſa vulgaris, *Dod.*

Bugloſſum anguſtifolium germanicum.

Bugloſſum vulgare, *Officin.*

Deutſch Ochſenzunge.

Gemeine Ochſenzunge.

In agris frumentaceis & ſecus itinera circa Vratiſlauiam.

Flores purpurei, aliquando rubri, rarò candidi à Maio vſque in Æſtatis finem viſuntur.

Cordiales ſunt, triſtitiam depellunt, mœrorem excutiunt, hilaritatem excitant,

voluptatem afferunt & Corroborant.

Bugloſſum ſyl. ſpinoſum.

Bugloſſum erraticum aſperum Echioides, *Aduerſ.*

Echium germanicum ſpinoſum, *Fuchſ.*

Wild Ochſenzung.

Lieb Engelin / *Sil.*

Folijs eſt aſperis oblongis, at multò minoribus, floſculis eleganter cœruleis, ſed exiguis.

Per totam æſtatem in agris tam cultis quàm incultis reperitur.

Flores Cordiales ſunt & primo aſpectu ſuaui colore oculos exhilarant.

Bugloſſum ſyl. nothum.

Bugloſſæ ſylu. ſpecies, *Thal.*

Alyſſon germanicum Echioides, *Lob.*

Aparine, *Plin.*

Blaw Kleber.

Groß Klebekraut.

Locis apricis aſperis iuxta ædificia areas & pagos.

Burſa paſtoris maior.

Paſtoria burſa, *Dodon.*

Thlaſpi fatuum, *Geſn.*

Sanguinaria, Capſella.

Teſchelkraut/ } *Sil.*
Sachſenkraut/ }
Bluttkraut.

Vbiuis obuiam & vulgo nota herba. Locis incultis, ſecus vias, ſepes & in Oppidorum areis.

Aprili, Maio & Autumno floret.

Inodora ſaporisq; expers, præter leuem adſtrictionem & ſiccitatem. Refrigerat, exiccat, adſtringit, reprimit.

Aduerſus Dyſenteriã, cruentas excreationes, vrinam ſanguinolentam, Menſtruorum profluuia, omnesq; internorum viſcerum quaſuis eroſiones ex vino rubro pota ſeu admota efficaciſsima.

Trita & illita inflammationibus & ignibus ſacris prodeſt.

Succus vulnera glutinat recentia & Auribus purulentis infuſus medetur.

Peſſo hæmorrhagiam vteri & Menſium abundantiam ſiſtit.

Pedibus nudis preſſa auriginem tollit.

Burſa paſtoris minor.

Burſa paſtoris folio perfoliato.

Thlaſpi pumilum.

Klein

Klein Teschelkraut.

Montosis apricis & aridioribus agri Hirsbergensis.

Bursa pastoris minima.

Paronychia vulgaris, *Dod.*
Paronychia Alsinifolia, *Lob.*
Pilosella siliquata minima, *Thal.*
Gensekraut.
Hungerblümlein/ *Sil.*

Aprili floret in multam æstatem succrescente interim semine.

Arenosis agris & hortis plurima.

Vulgus credit eius vberem prouentum annonæ caritatem denotare.

Bursa pastoris Myagrifolia.

Pilosella siliquata maior, *Thal.*
Paronychia Myagrifolia, *Camer.*
Vlagelkraut.

Agris prouenit aridiorib.

Calendula agrestis.

Calthula.
Acker Ringelblumen.
Ringelblumen.

In agris & ruderatis locis.

Flos ex vino potus cit Menses, & secundas etiam educit, & arida suffitibus admota.

Succus mira proprietate ad Carbones pestilentesque Bubones valet.

Caltha alpina.

Alisma alpinum, *Thal.*
Nardus Celtica 2. *Lob.*
Doronicum 4. *Clus.*
Solidago buphthalmica.
Geel S. Johannisblumen.
Schmerblumen.
Laugenkraut.
Mutterwurtz.
Marientranck.

Luxuriat passim in pratis humidioribus Montium. Circa solstitium floret.

Sapore Radix constat nõnihil amaro, acri, penetrante, sed aromatico. Calefacit, siccat, vrinam pellit, Menstrua ducit; decocta ex vino demorsis à Bufonibus potu prodest.

Ciet sternutamenta & pituitam è capite elicit.

Lixiuio flores vulgo incoquũtur aduersus Capitis dolorem, Capillosque fractos, quibus etiam flauum seu aureum conciliant colorem.

Caltha palustris.

Chamæleuce, *Plinij.*
Populago, *Tabern.*

Amellus Virgilij putatus, *Thalij.*

Schmirgeln / Kühschmirgeln / *Sil.*

Schmaltzblum.

Sotterblum.

Flos verno tempore vliginosa prata riuulosque luteus decorat, quibus nihil notius aut frequentius.

Apum ictui foliorum succus illitus succurrit. Infantium torminibus decocta, insessu, Mulierc̃ularum experimento medetur.

Camelina I.

Μύαγρον *Dioscor.* παρὰ τὸ μύας ἀγρεύειν, à Murium captura.

Cameline Myagrum, *Lob.*

Sesama, *Trag.*

PseudoMyagrum, Matt. *Cam.*

Leindotter.

Sotterkraut.

Finckensamen.

In campis inter Linum & frumenta nascitur.

Herba inflammationibus & doloribus oculorum prodest imposita.

Semen modicè calefacit & humectat. Cibus auiculis gratus.

Camelina II.

Myagrum Turcicum, *Hortulanis.*

PseudoMyagrum 2. Matt. *Camer.*

Paronychia 2. *Tabern.*

Wild Sotter.

Knöpflin Sotter / *Sil.*

Finger Nagelkraut.

Multa inter segetes arenosas Hirsbergensis agri.

Iunio & Iulio flosculi in summo scintillant lutei, semen in capitulis rotundis, Milij magnitudine relinquentes.

Campanula angustifolia cærulea maior.

Φύτευμα, Dioscor. *Mattiol.*

Campanula Persicifolia nostras, *Lob.*

Waldglöcklin / Wald Cymbeln.

Taube glocken.

Grosse Schellen.

In collibus apricis & frutetis Iunio & Iulio floret.

Vsus neglecti.

Campanula minor angustifolia flore albo.

Weisse Waldglöcklin.

Campanula minor rotundifolia.

Campanula sylu. minima, *Dod.*

Campanula minor alpina, *Clus. P.*

Rapunculus syl. minor 2. *Tabern.*

Kleine Milchglöcklin.

Kleine wilde Rapuntzeln.

In rupibus & præcipitijs. Ad mœnia item vrbium, Iulio & Augusto flosculos exponit.

Tota lacteſcit.

Campanula minor rotundifolia niueo flore.

Kleine weisse Milchglöcklin.

Campanula minor pratensis.

Campanula minor 2. *Casp. Bauh.*

Wiesenglöcklin.

Schellen.

Hæc integra sæpe tegit prata.

Succus ex flore cœruleo expressus viridem efficit colorem.

Cannabis syl. spuria I.

Cannabis spuria facie Vrticæ, *Lobel.*

Cannabina alba, *Tabern.*

Wilder Hanff.

Weiß Hanff kraut.

Wilde Taubnessel.

Ackernessel.

Inter segetes enascitur.

Cannabis syl. spuria II.

Cannabis sylvest. spuria 2. *Lobel.*

Vrtica fatua syl. aculeata, seu ἀκανθοκνήστυλος, *Thal.*

Sideritis 2. *Mattiol.*

Stachelichte wilde Taubnessel.

Stachlichte Ackernessel.

Segetum pernicies.

Lamij vires imitatur.

Cannabis syl. spuria III.

Vrtica fatua syl. aculeata minor.

Kleine wilde Taubnessel.

Cardiaca.

Sideritis 1. *Dod.*

Marrubium mas, *Brunfels.*

Palma Christi, *Parisiens.*

Melissæ species, *Nonn.*

Hertzgesperr.

Hertzgespan.

Wolffstope.

Prouenit passim prope vrbium mœnia iuxta sepes & veteres muros, in pagorum areis.

A Iunio in multum vsque Autumnum durat, floret ac semen perfert.

Amara est, Calidæ & siccæ naturæ. Vires Melissophyllo suppares.

Omnibus Cordis affectibus amica & familiaris, vt Palpitationi, Cardiacæ, item

pectoris, vt Asthmati, Tussi. Præstat ad conuulsos & resolutos.

Aqua destillata ægrè parturientibus opem fert, & Ictericiam discutit.

Cardopatium Off. v. Carlina maior

Ad pecorum morbos vulgò adhibetur.

Carduus viarum vulgatior.

Carduus spinosissimꝰ vulgaris, *Lob.*

Onopordeum 1. *Tabern.*

Distel/ Wegedistel.

Secus itinera & in areis pagorum nihil vulgatius.

Semen potum Laterũ doloribus remedio est. Cardueles eo delectantur.

Interdum etiam albo conspicitur flore.

Carduus palustris fruticans.

Carduus palustris procerus tricubitalis, *Franci.*

Grosse Wasserdistel.

Humectis montium locis, pratisque syluosis vdis. Iulio floret.

Carduus palustris minor.

Kleine Wasserdistel.

Flores in summo caulium ostentat purpurascentes Augusto & Septembri, humidis secus fluenta locis.

Carduus leucanthemus.

Ακανθα λευκὴ, *Dioscor.*

Leucacantha.

Spina alba, *Aduers.*

Acanthium vulgare.

Weisse Distel.

Weisse Wegdistel.

In montibus & syluis Iunio & Iulio floret.

Radix desiccat & modicè adstringit.

Stomachicis & cruẽta expuentibus competit. Semen aduersatur venenis, maximè à serpente demorsis, conuulsisq; infantibus auxiliatur.

Carduus lanceolatus.

Spina lanceam referens.

Sperdistel.

Radix fibrosa, Caulis spinosus ramosus capitulis in summo rotundis aculeis paruis detortis; è quibus molles bombycini purpurantes flores cum semine paruo enascuntur. Folia lancem referunt. In montibus & rariùs quidem occurrit.

Carduus aruensis.

Carduus auenarius, *Thal.*

Carduus segetalis.

Aculeo-

Aculeosa Gazæ, *Aduers.*
Ackerdiſtel / Haberdiſtel.
Klein Margendiſtel.

In campestribus inter segetes, Auenam maximè. Æstate floret.

Carduus pratensis.

Ἀκανθα ἀγρία, *Dioscor.*
Acanthus syluestris.
Carduus Acanthi facie, *Aduersariæ.*
Carduus sylu. Dioscor. *Tabern.*
Geele Diſteln / *Sal.*
Wieſen kõl / Graſekõl.

Carduus omnium ferè tenerrimus.

In pratis montosis nonnihil humectis. Iulio & Augusto floret.

Folia tenerrima à Mulieribus in Cibis vt reliqua olera expetuntur.

Carduus fullonum.

Δίψακος *Dioſc.* à δίψα quasi ſiticulosa.
Dipsacus syl. *Dod.*
Virga pastoris, *Offic.*

Lauacrum Veneris à concinnato foliorum ambitu, quæ anfractuosa ambage peluis seu labri figuram exprimit.

Kartendiſtel.
Weberdiſtel.
Weberkarten.
Tuchmacherkarten.

Nascitur humectis locis secus itinera & prope sepes in pagorum areis ac scrobium marginibus.

Iunio ac Iulio florent echinata capitula. Autumno leguntur.

Radix impensè amara est, calida 2. recessu: siccat, abstergit nonnihil. Viscera infarctu liberat. Tertianis nothis decocta medetur.

Folia capiti imposita Phrenesin mitigant.

Aqua foliorũ concauis reperta, caliginosis & rubentibus oculis prodest. Eadem maculas faciei maximè oculorum emendat.

Echinorũ vermiculi è collo contra Quartanas suspenduntur.

Carduus fullonum minor.

Virga pastoris minor.
Dipsacus minor, fatuus.
Wild kleine Weberkart.

Prouenit vmbrosis & humidis ad sepes.

Carlina maior.

Χαμαιλέων λευκὸς, Dioſc. *Lob.*
Carlina *Herbarior.*

Cardopa-

Cardopatium *Officin.*
Chamæleon albus.
Eberwurtz.
Weisse Eberwurtz.

Asperis & incultis montosis, arido solo oritur ad vias & margines agrorum, florem promit Iulio & Augusto.

Excalefac. 2. sicc. 3. gradu, cum partium ac substantiæ tenuitate, sudores mouet, ventris lumbricos ac tineas pellit; venenis omnibus resistit, Pestis contagia arcet, Iecinoris ac Lienis obstructiones aperit, vrinas ciet, Menses prouocat. Datur & ex alto deuolutis lapsis ac cæsis. Dysenteriæ populari, torminibusq; Intestinorum vulgatum remedium.

Occîdit Canes & Sues, Mures item necat subacta cum polenta.

Vulgo persuasum est, eam gestantibus vires augere, comitibus verò adimere.

Carlina minor.

Carlina syl. *Dod.*
Scolymꝰ sylvestris, *Matthiol.*
Attractylis vulgaris minor, *Fuchs.*
Heracantha, *Tabern.*
Dreydistel.
Sewdistel.
Schönhärle.

In asperis & aggeribus secus itinera montosis integra ætate conspicua.

Capitula fœminæ lixiuio indunt ad capillos abluendos, qui inde flaueſcunt & pulcriores efficiuntur, & à pediculis & lendibus immunes redduntur.

Carum.

Κάρος καὶ κάρον.
Κάρεον, *Aëtij.*
Careum.

Carui. Officin.
Cyminum pratense.
Feldkümel.
Wiesenkümel.
Fischkümel.
Carwi.

Integra prata camposque montium sæpe conuestire solet. Iunio floribus & semine prægnans.

Optimum est Semen, non pauperum modò sed & diuitum, in cibis condimentum.

Semen modicè acre. Calefacit, exiccat 3. recessu. Aperit, incidit, digerit, concoquit, prouocat, flatus pellit, corroborat.

Stomacho & ori gratum accommodumq;, concoctionem iuuat. Colicæ flatuosæ ventrisque torminibus inprimis vtile.

Lotium

Lotium euocat, & Renes ab arenulis liberat. Antidotis & oxyporis vtiliter miſcetur.

Radix elixa Paſtinacæ modo cibo vtiliſsima.

Caryophyllata vulgaris.

Caryophyllata, *Trag.*
Herba Benedicti, *Offic.*
Benedix. Sil.
Benedicten wurtz.
Neglinkraut.

Gaudet magis opacis ac vmbroſis, quàm patentibus & apricis, iuxta vias in dumetis & ſyluulis nonnullis.

Floret Maio & Iunio.

Radix ſuauiſsimum Caryophylli ſpirat odorẽ, Cordi amicum & gratum.

In vino pota Cor exhilarat, Cerebrum roborat, ſpiritus cum animales tum vitales recreans. Hepatis obſtructiones aperit, Ventriculi, inteſtinorumq; dolores à flatibus ſubortos lenit, concoctionem prouocat, & contra omnia venena plurimum vtilis.

Puluis epotus prodeſt Cœliacis, Dyſentericis, ſanguinem expuentibus, ab alto deuolutis.

Tam intus ſumta quàm foris adhibita Enterocelis auxiliatur.

Caryophyllata alpina lutea.

Caryophyllata alpina aureo flore, *Cluſ.*

Caryophyllata montana, *Dodon.*

Caryophyllata maior rotundifolia, *Lob.*

Groſſe Benedicten wurtz.
Berg Neglinkraut.
Alp Benedix wurtz.

In ſummis duntaxat Suditorum iugis herbidis, ſolo læto: veluti ad Gigantæum & alijs alpinis tractibus humidioribus. Iulio flos aureus erigitur, ſemen Auguſto maturum.

Radix ſæpe ſeſquicubitum longa, digitum craſſa, odorata & adſtringens.

Eiuſdem cum vulgari naturæ & vſus.

Menſtruorũ profluuia immodica in puluere ſumta cohibet.

Caryophyllata montana purpureo flore.

Caryophyllata alpina nutante flore, *Cl. P.*

Benedicta ſylueſtris, *Trag.*
Berg Benedicten wurtz.
Waſſer Benedictenwurtz.

Vdis Montium receſsibus Iulio floret.

Radix craſſa longa inodora, guſtanti adſtrictionem imprimit.

Dyſentericis opitulatur.

Caryophyllata alpina minor.

Caryophyllata Veronenſium flore Saniculæ vrſinæ, *Aduerſ.*

Sanicula alpina ſiue montana 2. *Cl. P.*

Sanicula alpina, *Tabern.*
Cortuſa, *Matthiol.*
Campanula vulneraria.
Wundglöcklin.
Heilglöcklin.
Berg Sanickel.

Folia huic Maluæ pumilæ, ſed duriora ex atro virentia, per extremum ſerrata, hirſuta, guſtu adſtringentia. Pediculi è medio foliorum prodeunt dodrantales, ſingulares, nudi vnicum florem ſuſtinentes candidum ex ſex, ſeptemúe foliolis, luteis intus inſtar Roſarum ſtaminibus, quibus capitula ſuccreſcunt trifida exiguum nigricans ſemen claudentia. Radiculæ tenues oblongæ per terram ſparſæ.

Humidis & vmbroſis Sudetorum conuallibus.

Tota recēs gratiſsimo fragrat odore.

Radix guſtu adſtringit cū partium tenuitate. Ad vulnera vtilis.

Caryophyllus ſylueſtris I.

Caryophyllea ſylu. *Thaliꝰ.*
Betonica altilis ſylu. *Fuchſ.*
Armerius flos 1. *Dodon.*
Feld Negelin.
Sonner Negelin.
Wilde Negelin.

Vbiuis ſponte prouenit in petræis, montoſis & ſyluoſis marginibus.

Satiuo calidior cenſetur. Succus cum aq. Ononidis & flor. Lilij Conuallij calculum atterit & Comitialibus prodeſt.

Caryophyllus ſylu. II.

Caryophyllꝰ πολυχιδὴς *Geſn.*
Superba maior, *Lob.*
Feder Negelin.
Pfiaum Neglin.
Mutwillen.
Bohmut.

Variat colore. Candido aliquando, interdum purpuraſcente reperitur.

In monte D. Georgij ad Stregomium.

Caryophyllus ſyl. III.

Caryo-

Caryophyllus pratensis, *Tabern.*

Armerius sylu. *Dod.*

Armeria pratensis syl. *Lob.*

Flos Cuculi, *Cl. P.*

Ἰξόκαυλον 2. *Thal.*

Pechblumen.

Pech Negelin.

Kuckuckblumen.

In pratis nihil vulgatius Maio & Iunio. Venenis cõmendatur.

Caryophyllus syl. IV.

Caryophyllus viscosus.

Lychnis syl. purpurea, *Tabern.*

Ἰξόκαυλον rubrum, *Thal.*

Kleber Negelin.

Pech Negelin.

Wilde Purpur roth/ Marienröslin.

Apricis & aridis delectatur collibus. Iunio floret.

Caryophyllus syl. V.

Caryophyllus petræus albo flore.

Lychnis syl. 1. *Clus.*

Cuculi flos 2. *Trag.*

Polemonium petræum.

Weisse Stein Negelin.

Weisse Kleber Negelin.

Petrosis & asperis in Gußmanßdorff nascitur. Iunio flores vigent.

Caryophyllus syl. VI.

Caryophyllus montanus seu mediterraneus, *Lob.*

Gramen marinum maius, *Tabern.*

Gramen polyanthemon maius, *Dod.*

Neglingras.

Meer Neglin.

Sectatur campestria & prata aridiora agri Lignicensis & Vratislauiensis. Augusto & Septembri floret.

Caryophyllus syl. VII.

Caryophyllus marinus omnium minimus, *Lob.*

Gramen polyanthemon minus, *Dod.*

Ψευδομώλυ graminis species, *Eidem.*

Klein Neglingras.

Klein Meergras.

In aggeribus secus itinera frequens. Augusto cũ flore.

Cassuta.

Cassuta Lupulorum.

Cuscuta, *Officin.*

Linodesmus, *Gesner.*

Podagra Lini.

Κασύθα, *Græcis.*

Seide.

Flachs Seide.

Hopffen Seide.

Prope sepes, inter Lupulos

etiam & Linum luxuriat, id ſtrangulans & corrumpens. Alba eſt & ruffa, mas & fœmina. Iulio & Auguſto max. viget.

Eligitur quæ Lupulos & Hyſſopum apprehendit.

Amara eſt, viſcera infarctu liberat. Bilem deijcit, ſanguinem purgat & regium morbum pellit.

Febribus auxiliatur, Tertianis impuris ac longioribus, item Quartanis.

Ad quaſuis Melancholicas affectiones vtiliſsima. Corrigitur Mace, Zingibere, Aniſo.

Catanance.

Κατανάγκη 1. *Dioſc.*

Eruum ſyl. Herbarior. *Aduerſ.*

Vnguimiluia.

Amatoria.

Buler kraut.

Bulen Eruen.

Circa Vratiſlauiam Æſtate floſculos edit.

Præſtigioſis & faſcinatricis inſaniæ amatorijs illecebris commendatur quaſi amoris illicium neceſſarium, anili ſuperſtitione.

Caucalis aruorum.

Δαῦκος ἄγριος.

Caucalis albis floribus vulg. *Lob.*

Lappa agreſtis, *Trag.*

Daucus ἀκανθόκαρπος ſeu ἐχινόκαρπος, *Thal.*

Apium ſeu Petroſelinum aruenſe.

Ackerkörfel.

Klettenkörfel.

Inter ſegetes Iunio floret, dein ſemen ſuccedit.

Crudum & coctum editur.

Vrinas & Menſes cit. Calculos & Arenulas diſſoluit.

Caucalis Dumetarum.

Daucoides minor, *Cordi.*

Caucalis ſemine aſpero floſculis ſubrubentibus, *Caſp. Bauh.*

Lappula Dumetarum.

Hecken Klettenkörffel.

Naſcitur paſsim frutetoſis locis ſecus vias. Floſculi æſtate ex albo rubent in paruis vmbellis, ſemen ſuccedit. Aniſi minus aſperum & Lapparũ inſtar veſtibus adhæret.

Centaurium minus.

Κεντάυριον μικρὸν, *Dioſc.*

Λεπτόφυλλον.

Centaurium paruum.

Panax leptophyllon Plin. *Dodon.*

Febrifuga, Fel terræ.

Erdgalle/ Biberkraut/ *Sil.*

Tau-

Tausentgüldenkraut.
Laurenkraut.

Planta est maximè laudata veteribus, nulli non cognita, In pratis, pascuis, collibus & campestribus Iulio & Augusto cum flore oritur.

Amara est vehementer. Aluum purgat, Bilem crassam pituitamq; educit, sanguinem trahit. Iecinoris ac Lienis obstructiones & durities tollit. Tertianas Icterumq; sanat, putredini resistit, diuturnis ac prorogatis febribus auxiliatur.

Alui tineas pellit, & Menstrua mouet. Vulneraria est recens tusa. Vulnera glutinat, vetera vlcera purgat & cicatrice obducit.

Succus instillatur Auribus vermiculosis & illinitur contra papulas & manantia Capitis vlcera.

Clysteribus inditur in affectibus Neruorum, Apoplexia, Paralysi, &c.

Centaurium minus album.

Centimorbia Fieberkraut mit weissen blumen.

Ijsdem locis, at rarius occurrit.

Κερασὸς.

Wilder Kirschbaum.
Cerasa Actiana, *Tragi.*
Cerasa Cæciliana, *Plin.*
Cerasa Amaralia & Laurea.
Wilde kirschen.
Vogelkirschen.

In proceris gignuntur Arboribus ad sepes hortorum, in montibus, syluis.

Rubra sunt & nigra, duriuscula, satiuis multò minora, nonnihil amaricantia, gustu non iniucunda.

Liquor stillaticius ex integris tusis nucleis Epilepticis summopere & Paralyticis commendatur. Loquelam deperditam restituit. Melancholicis etiam & calculosis salubris.

Cerasus montana racemosa.

Cerasus Auium racemosa, *Lobel.*
Padus, *Theophr.*
Pseudoligustrum, *Dod.*
Olantbaum.
Olterkirschen.
Oelbaum, *Sil.*

Sectatur ripas fluuiorum in Sudetis. Arbor procera valde, etiam pueris nota, qui verno tempore ramos cum floribus decerpentes in con-

clauia Odoris cauſſa tranſportant.

Fructus in racemis nigricans, cibus auiculis gratus, quo & pueri delectantur.

Dulces ſunt bacculæ, ſed ingratæ & facilè nauſeam mouent. Vehementer adſtringunt & aluum cohibent.

Cerinthe maior.

Λευκογαφὶς.

Maru herba, *Dod.*

Cynogloſſum montanum maius.

Telephium montoſum.

Fleckenkraut.

Gecle Hundszunge.

Lætis ac herboſis collibus, tum ſecus vias & agros. In vineis Boiemiæ.

Aeſtate floret.

Refrigerat & adſtringit.

Cerinthe minor.

Maru minus.

Klein Fleckenkraut.

Eadem amat loca.

Chamædrys vera

Χαμαιδρυς, *Dioſc. & Gal.*

Chamædrys maior repens *Dodon.*

Chamædrys legitima maior, *Cluſ.*

Chamædrys vera mas, *Fuchſ.*

Teucrium minus.

Braun Menderlin.

Klein Gamanderlin.

In Boiemiæ aſperis collibus, in monticulis ad Poidebradum plurima.

Iulio & Auguſto, cum floret, colligitur. Vincentem habet amaram qualitatem. Acris eſt quodammodo & tenuium partium. Incidit, aperit, abſtergit, prouocat, Lienem colliquat, vrinam & Menſes mouet. Humorum craſsitiem incidit & viſcerum obſtructiones expurgat. Aduerſus venena efficax. Præſtat ad omnes Capitis frigidos morbos.

Chamædrys vulgaris.

Teucrium pratenſe & ſpurium, *Lob.*

Chamædryoides.

Gamandrea.

Specklilgen/ *Sil.*

Blaw Menderlin.

Schaffkraut.

Frequens in collibus, pratis, ſcrobibus & ſecus fruteta.

Triplex eſt. Maior, minor & latifolia.

Flos Iunio & Iulio conſpicuus cœruleus, interdum candidus, nonnunquã obſoletus.

Amara eſt guſtu, particeps & caliditatis & ſiccitatis. Aperien-

periendi & expurgandi vi integrè non destituitur.

Miris & certissim. viribus pollet ad viscerum obstructiones, Cacochymiam virginumq; fœdos colores. Oculis etiam haud ingrata.

Chamæmelum vulgatius odoratum.

Χαμαίμηλον, quoniam flores μήλου odorem habent.

Ἄνθεμις, *Diosc.*

Anthemis vulgatior, *Aduers.*

Leucanthemis.

Hermelin/ } *Sil.*
Römerey/ }

Hermüntzel.

Camillen.

Huius maximus in segetibus prouentus. Iunio & Iulio colligitur ad Balneorum vsum.

Calefacit & siccat cũ partium tenuitate. Digerit, laxat, emollit, lenit, rarefacit, discutit, anodynum est, ad lassitudinem confert.

Pota Anthemis secinoris & Lienis obstructiones ex vino soluit, bilem suffusam expurgat, Menstrua pellit, partus, vrinam, calculosq;. Aduersus inflationes Coli & Ilei tormina bibitur. Matricis internos dolores mulcet, Laterumq; dolores lenit. Eodem modo phthisicos sanat, suspiriosis prodest, Lienteriam cohibet & Stomachum frigidum excalefacit.

Extrinsecus in fotu, insessu aut sacculis adhibiti quosuis dolores sedant Chamæmeli flores. Renum, Vteri, Iliorum, Vesicæ, Ægilopis illitu medentur. Duros tumores emolliunt, & crudos discutiunt humores.

Lixiuio induntur ad Capitis & Cerebri corroborationem.

Chamæmelum fatuum.

Χαμαίμηλον ἄγριον.

Chamæmelum 4. *Trag.*

Chamæmelum leucanthemum agreste.

Anethum vaccinum.

Wilder Hermel.

Kühdille/ *Sil.*

Totos agros interdũ cooperit, tam cultos, quàm quiescentes. Æstate floret.

Odorem spirat grauiorẽ, minus gratum vulgari.

Additur Insessibus ad Renum, Intestinorum, Vteri & Vesicæ affectus.

Vulneraria est.

Chamæmelum caninum fœtidum.

Παρθέ-

Παρθένιον, *Dioſc. Aduerſ.*

Chamæmelum album ſeu fœtidum, *Thal.*

Parthenium vel Virginea, *Aduerſ.*

Amaracus fœtida.

Anethum caninum.

Cotula fœtida, *Officin.*

Hundsdille.

Hillige dille.

Stinckende Camillen.

Sectatur oppida & pagos. In areis pagorum & nobilium frequens.

Iulio & Auguſto floret.

Odore graui, fœtido, ſubuiroſo vulgo notum, guſtu amarum.

Bilem atram & pituitam haud ſecus atq; Epithymum per inferna ducit.

Aſthmaticis, Melancholicis, Vertiginoſis atq; Calculoſis prodeſt.

Vino decoctum bibitur aduerſus Hydropem Cachexiam & vteri ſtrangulationem vulgi experimento. Ex Cereuiſia Icterum curat. Eadem præſtant *Succus & Aqua ſtillaticia.*

Lotio Pedum ex florũ decoct. Capiti cõfert, Melancholicis & Vertiginoſis feminis quæ vteri ſuffocationem patiuntur, competit.

Chamæmelum caninum inodorum.

Βόφθαλμος, quòd flores boũ Oculis ſimiles.

Buphthalmum 2. folio & facie Cotulæ fœtidæ, *Aduerſ.*

Cotula, *Tabern.*

Cotula alba non fœtida, *Dodon.*

Rindsauge.

Wilde Hundsdille.

In agris incultis & ſecus itinera, nec non hortis oleraceis, Iulio & Auguſto floret, Ad vulnera cõmendatur.

Chamæmelum rubrum.

Ἐρύθιμον, Dioſc. *Nonn.* an φλὸξ *Theoph?*

Chamomilla rubra, *Geſn.*

Anemone agreſtis, *Trag.*

Adonis flos.

Rote Camillen / rote Feldrößlin.

Marienrößlin / Margenblümlin / *Sil.*

Maio & Iunio paſsim inter ſegetes viget. Subamarum eſt, & herbaceum quid redolet. Sudores in balneis mirificè prolicit. Semen Calculum frangit efficaciſsimè.

Chamæpitys.

Χαμαιπίτυς mas, Dioſc. *Lob.* Χαμαιπίτυν.

Iua

Iua moschata Arthetica, *Officin.*

Pinus pumila.

Aiuga, Abiga.

Erdkyfer / Erdweyrauch.

Schlagkreutlin.

Aridis arenosis & incultis.

Gustu amarus sapor acri validior, Pinum redolet.

Magnæ in Neruorum affectib. commendationis. Confert Apoplecticis, Epilepticis, Vertiginosis, Artheticis, Paralyticis & alijs capitis frigidioribus affectibus.

Ex aqua Scabiosæ purulenta excreantibus & Phthisicis alijsq; vitijs Pulmonum salutaris.

Viridis rec. vulnera magna glutinat, putrescentia sanat, Mammarum durities discutit, & Articulorum vitia adiuuat.

Aconiti antidotum.

Chelidonium maius.

Χελιδόνιον μέγα, *Dioscor.*

Chelidonia, *Officin.*

Hirundinaria maior.

Schwalbenwurtz.

Schölkraut/ } *Sil.*

Bluttkraut/ }

In parietinis muris & vetustis ædificijs inter cætera herbarum vitia luxuriat. Toto viret anno. A Maio in multam Aestatem floret, siliquæ interea perficiuntur. Succo prægnat sanguineo.

Feruidiore acrimonia est, & fœtidiore minimè gustu aut odore gratum.

Excalefac. sicc. 3. recessu. Extergit, mundat, soluit, aperit, digerit validè.

Rariùs intrò sumitur, commodius foris ad Impetigines & psoras adhibetur.

Radix cum Aniso ex vino pota Hepatis obstructos meatus adaperit, & Regio morbo medetur, vrinas mouet, Hydropicos sanat. Aceto decocta aduersus Pestem bibitur. Mansa dentium doloribus confert. Herba recens tusa Nuchæ & pedibus imis cum sale alligatur in Paraphrenitide & febribus ardentibus.

Succus ineunte æstate extrahitur & Sole siccatur ad Oculorum vitia.

Chelidonium minus.

Χελιδόνιον μικρὸν, *Dioscor.*

Malococissus minor, *Fuchs.*

Scrofularia minor, *Officin.*

Hirundinaria minor.

Amellus Virgilij, *Nonn.*

Klein Schwalbenkraut.

Feigwartzkraut.

Frue Schmirgeln/*Sil.*

Gignitur vbiq; vliginosis tractibus, in pratis, hortis & limitibus humidis. Circa Martij Calendas oritur; paulò pòst floret; Aprili deficere incipit; Maio integrè perit.

Acrimonia omni prorsus caret, contrà quàm veteres scripserunt.

Recentiores radiculis in exterendis Ficubus, Marisicis, Strumis singulari experimẽto, naturæ ductu vtuntur.

Cherefolium syluestre.

Cerefolium asininum.
Onoselinum.
Wilder Kórffel.
Eselskórffel.

Sponte in hortis graminosis ac pomiferis.

Chondrilla viminea.

Χονδρίλλη.

Geeler Sonnenwirbel.
Acker Chondrillen.
Geel Feldwegwart.

Ad margines agrorum, Iunio & Iulio floret.

Parem cum Cicherio vim obtinet.

Chondrilla minor.

Chondrillæ species 3. *Dod.*

Chondrilla Coronopi aut Cyani tenuifolia lutea vinearum, *Aduers.*

Sesamoides paruum Matt. *Cam.*

Kleine geele Chondrillen.

In aggeribus secus vias.

Semen amarum est, multum excalefacit, rumpit, extergit.

Cicercula.

Vide Eruum.

Cichorium syluestre.

Σέρις, πικρὶς, *Galen. & Dioscor.*

Κιχώριον ἄγριον, παρὰ τὸ κίνως εἶναι χωρεῖν, ab errando.

Intubum syluestre.
Intubus erratica.
Sponsa Solis, *Pet. Crescent.*

Cicorea, *Officin.*

Solisequium cœruleum.
Wegelendhte.
Lindleuffre.
Feld Wegwart.
Blaw Sonnenwirbel.

Nusquam non obuium, sed circa eius itinera & margines agrorum. Aestate in Autumnum vsque floret.

Gustu amara Radix. Refrigerat, siccat, cum moderata adstrictione, ita tamen vt non ventriculum lædat.

Hepar roborat & venarum oscula extergit, obstructionesq; aperit.

Eius vsus in febribus ardentibus, & omnibus alijs inter-

internis calidis affectib. Hepatis, Renum, Lienis: præcipuè in Ictero, Alui fluxionibus, dolore Renũ, in Menstruorum retentione, malignis febrib. & Lue Venerea.

Radix & herba comesta opitulatur à rabioso cane demorsis.

Succus recens linteo duplicato impositus mirum in modum Hepar inflammatum temperat.

Radices tenellæ, antequã caulis exeat, & flores saccharo condiuntur ad eosdẽ vsus.

Cichorium syluestre albo flore.

Cichorium album.

Weisse Hindleuffe.

Wegwart mit weissen blumen.

Ijsdem natalibus, sed rarò.

Radix, si certo tempore effodiatur, ab Obstetricibus peritis creditur partum accelerare substrata parturientibus.

Cichorium luteum.

Cichorium luteum pratense. syl. luteum, *Dod.*

Cicorea lutea, *Trag.*

Geel Wegwart.

In pratis montanis.

Sapore amaricat, Cichorij instar.

Cicuta.

Κώνειον, *Diosc.*

Cicuta.

Schirling / Bluttschirling.

Wütterich.

Luxuriat vberrimo prouentu locis incultis, vmbrosis, sordidis prope vrbium & oppidorum mœnia.

Ingratum grauẽ fœdumque tota spirat odorem; facultatis extremè refrigerantis & lethale venenum.

Lac extinguit Mammis imposita vulgato vsu. Mammillas virginibus cohibet & increscere non patitur.

Sanguinem reprimit.

Oleum auribus instillatum Otalgiam vehementissimam mulcet, quasi incantamento, multorũ experimento. Cautè agendum tamen, cum frigidum sit Cerebro & Neruis inimicum.

Cicuta fatua.

Cicuta fatua minus fœtida, *Aduers.*

Cicutaria.

Wilder Schirling.

Minus fœtet.

~~*Cicutaria palustris.*~~

Phellandrium Plin. *Dod.* & *Lugdunensib.*

Cicutaria Anglica minor. Sion.

Frosch Peterlin.

Froschkraut.

Wasser Schirling.

Non nisi palustribus & stagnantibus aquis enascitur. Caulis aliquando brachium crassitudine æquat, ramulis multis brachiatus.

Odorata est, calida & sicca. Vrinam & Menses prouocat. Ad Vesicæ frigidos affectus vtile, & calculum quemuis comminuere potest.

Cicutaria Montana.

Cicutaria maxima Brancionis *Lob.*

Berg Schirling.

In montibus, humidis locis.

Circæa domestica.

Circæa Lutetiana *Lob.*

Herba D. Stephani *Taber.*

Ocymastrum verrucarium an Κιρκαῖα *Diosc.* ?

S. Stephans Kraut.

Humidis & vmbrosis ad oppida nonnulla locis ad arcem Lehnhaus. & alibi.

Circæa syluatica.

Helxine syluestris siue fluuiatilis, *Tab.*

Wald tag vnd Nacht.

In syluis opacis & humidis montium ad Quissum fluuium.

Minor est tota, & flosculi tantillum rubent. Solani naturam æmulatur.

Cirsium montanum I.

Κίρσιον *Diosc.* ἀπὸ τῶν κύρσων à varicibus quibus medetur.

Schardistel / Schartendistel. *Sil.*

Weicher zarter Bergdistel.

Passim altis Suditorum pratis floret Iunio.

Cirsium montanum II.

Cirsium 2. siue Britannicum *Clus.* P.

Cirsium 3. siue maius *Lob.*

Cirsium maius singularibus capitulis *Lugd.*

Breitbletterte Schardistel.

Weiche Bergdistel mit breiten blettern.

Ad ripam Iseræ fluu. & alijs montosis & humidis locis.

Pabulum dum tenellum & recens, Pecori gratum.

Cistus humilis germanicus I.

Cistus paruus *Clus.*

Hyssopus campestris *Trag.*

Flos

Flos Solis *Dod.*

Panax Chironium *Mattiol.* Sophia aurea *Paracelſ.* Conſolida aurea.

Eliſabethblůmlein *Vratiſ.*

Sonnenblůmlein.

Sonnengunzel.

Amat campeſtria & apricos colles. In monte D. Georgij ad Stregomium floret Iunio & Iulio.

Omni prorſus odore deſtituitur, adſtringendi vi pollens, minimè acris.

Vulnera glutinat ac ſanguinis fluxus cohibet. Menſium redundantiam inſeſsu ſiſtit.

Datur cruenta expuentibus & Dyſentericis.

Ciſtus humilis II.

Ἡλιανθεμὸς λεπτόφυλλος.

Panax Chironium minus.

Flos Solis minor.

Klein Steingunzel.

Locis incultis apricis.

Clinopodium maius.

Origanum minus *Trag.*

Origanum verticillatum *Thal.*

Acinos *Aduerſ.*

Heuptdoſten *Sil.*

Wirbeldoſt.

Wilddoſt.

Montoſis paſsim, in dumetis & frutetoſis.

Florem habet album & purpuraſcentem.

Odoratum eſt nonnihil guſtanti ſiccius tantillo caloris ſubadſtring. vt Betonicæ.

Calefacit, ſiccat, digerendo modicè repellit.

Caput, viſcera roborat.

Additur Inſeſsibus. Menſes ſiſtit & partes imbecilles confortat.

Clinopodium minus.

Κλινοπόδιον, ἀπὸ τοδῶν τῶν κλίνων, quòd multos habeat circa caulem verticillos rotundos lectorum pedibus ſimiles.

Clinopodium vulgare *Lob.*

Pulegium petræum *Geſn.*

Lectipes *Aduerſ.*

Polium montanum Offic. *Nonnullis.*

Kleine Bergmunzel.

Wild Kirch Iſop.

Steinpoley.

Gaudet incultis & apricis petroſis in alto ſitis.

Guſtu acrimoniam quandam præ ſe fert permixtam leui amaritudine. Odorem ſpirat ſuauem Serpylli quadantenus.

Calefacit, siccat 3. recessu. Aperit, prouocat, discutit, venenis resistit, roborat. Tenuium est partium. Menses & partus pellit. Ex vino potum Melancholicos restituit.

Colchicum.

Κολχικὸν καὶ ἐφήμερον *Dioſc.*
Strangulatorium *Lob.*
Hermodactylus Off. *Fuchſ.*
Crocum pratense syluestre.
Wilder Safran.
Spinnblumen.
Michelsblumen.
Michelswurtz.

In pratis solo pingui Autumno floret, circa solstitium semen maturat.

Radix sapore dulcis, simulq; amara tenuis, saliuam prouocans & nonnihil nauseam. Odor totius herbæ grauis & nauseabundus.

Calefacit & sicc. 2. recessu: facultatis deleteriæ. In cibo acceptus strangulando enecat. Pediculos abigit.

Consolida regia aruensis.

Flos regius syluestris *Dod.*
Consolida regia segetum strigosior *Lob.*
Wild Ritterſporn.
Acker Ritterſporn.

Iunio & Iulio inter segetes, flore cæruleo incarnato & albo quandoq; conspicitur.

Siccat & mediocriter calefacit, simulque refrigerat cum leui quadam adstrictione.

Auxiliatur ardoribus, tussi, inflammationibus, venenis, vomitionibus, bilioſis affectibus. Vulnera sanat.

Conuoluulus maior.

Σμίλαξ λεία *Dioſc.*
Volubilis maior læuis *Dod.*
Smilax læuis *Matthiol.*
Funis Arborum.
Weiſſe Winde *Sil.*
Groſſe Winde
Zaunglocken.

Prouenit iuxta sepes & arbores. Aestate floret. Linguam amaritudine vellicat, calidæ naturæ & digerentis.

Melancholiam purgat cum Helleboro & Epithymo; Pectus cum Helenio & Capill. Veneris.

Semen è vino Stranguriæ medetur.

Conuoluulus niger.

Μελοκάκιος *Democriti.*
Helxine Ciſsampelos 2. Atriplicis effigie *Aduerſ.*
Orobanche vera *Geſn.*

Volu-

Volubilis media seu nigra *Thal.*

Conuoluulum nigrum.

Schwartze Winde *Sil.*

Buchwinde. Grosse Winde.

Olerum pestis & vitium, quæ circumuolutione sua enecat & strangulat.

Gustu est glutinoso subacido.

Aluum, velut Atriplex, lubricare creditur.

Vulgus eius decocto contra tormina ventris vtitur.

Aqua Infantibus ad eosdem vsus propinatur.

Conuoluulus minor.

Ἑλξίνη κισσάμπελος *Dioscor.* παρὰ τὸ ἑλίσσειν à circumuoluendo. ὀροβάγχη Theoph. *Nonnull.*

Conuoluulus aruensis roseo flore *Tabern.*

Smilax lævis minor *Dod.*

Helxine Cissãpelos *Fuchs.*

Volubilis minor *Trag.*

Zorn Winde/ } *Sil.*
Kleine Winde/ }

Acker Winde/ Erd Winde.

Kleine Glocken.

Alumn⁹ est satorum, quascunq; plãtas arripit, strangulat & in terram deprimit, neglectus & inuisus Agricolis.

Flores ostendit Aestate albos leui purpura perfusos calathi figura, è quibus semen nigrum.

Succus foliorum potus aluum subducit.

Cum sale & aceto illitus, cutis sorditates, & scabiem delet.

Folia miscentur Insessibus ad calculũm & stranguriam.

Conyza maior.

Κόνυζα Dioscor. *Matthiol.*

Βάκχαρις aut πάκχαρις *Aduersar.*

Conyza Helenitis *Cordi.*

Baccharis Monspelienſium *Lobel.*

Grosse Sũrwurtz.

Gros flöhkraut.

Geele Müntze. *Sil.*

Locis apricis aridis ruderatis, in Talckenstein am Lehnberge, auffm Spitzenberge.

Graui odore non admodum ingrato prædita, sed haudquaquam glutinosa, gustu amara & acris.

Decocta Menses suppressos & Secundas potenter trahit.

Suffitu Serpentes fugat, Culices abigit & necat.

Conyza media.

Conyza 3. *Matthiol.*

Calaminthe 3. genus *Fuchs.*

Aster Atticus luteus *Alijs.*

Sonnerwurtz.

Geele Müntze.
Sürwurtz.

Aestate floret, humectis ac riguis pagorum areis.

Halitum virosum & quiddam Cimicum aut Cotulæ fœtidæ spirat.

Ex vino rubro Dysenterici auxiliatur.

Ictericos iuuat cum radicibus Cichorij, Menses trahit; Stranguriam cum Aniso soluit.

Conyza minor.

Κόνυζα μικρά.
Cunilago *Plin.*
Pulicaria seu Psyllium *Cord.*
Conyza minima *Aduers.*

Ad loca irrigua circa prædia & pagos.

Augusto & Septembri flores extrudit.

Amara est & acris. Odorem exhalat grauem subacrem; præsertim flores.

Calefacit & siccat, tenuis essentiæ.

Aperit, penetrat, extergit. Cerebrum purgat & pituitam è capite elicit: sternutamenta mouet. Pulices necat.

Coriandrum.

Κόριον ἢ κορίαννον *Dios.* ἀπὸ τ κόριον, à fœdo, quo Cimices refert, odore.

Coriandrum off.
Anethum cimicarium.
Wantzendille.
Coriander / Coliander.

Extra oppida circa fimeta. Seritur etiam in hortis. Floret sub Canis exortum. Autumno semen matureſcit.

Planta viresens grauem emittit Cimicum putorem.

Semen siccum exutâ graueolentia odoratum euadit, & ad multa vtile.

Calefac. 1. & sicc. 2°. recessu, cum leui quadam adstrictione.

Corrigitur maceratum per noctem in aceto, & rursus siccatum. Stomacho salubre. Ructus acidos emendat, saliuationem prohibet, vaporum sursum eruptionem flatuumq; impetum sistit. Cerebrum roborat. Largiùs tamen sumtum Mentem mouet.

Corneola, vid. Lysimachia purp. spic.

Corniolus.

Δρυοκαρύα *Theoph.*
Cornus femina. *Aduers.*
Cornus syluestris *Dod.*
Virga sanguinea *Matthiol.*
Pseudocrania *Cord.*
Sanguis *Pet. Cresc.*
~~Schirabeeren Sil.~~
Faulbaum
Hartriegel *Sil.*

Spin-

Spindelholtz.

In frutetis, sepibus saxosisque collibus floret Iulio initiò.

Gustus baccarum acerbus amarus adstringensque, nullius, quod sciam, vsus.

Corylus sylvestris.

Corylus.

Καρύα, καρύα ποντικὴ.

Haselstrauch/ Haselstaud, Haselbaum.

Arbuscula notissima, in montibus, collibus, syluis frequens.

Flosculi rubri staminibus Croci perbreuibus similes, & juli Februario, Martio & & Aprili erumpunt & propendent, Augusto nuces maturæ.

Iuli refrigerant & siccant cum adstrictione, Ventris fluxiones sistunt.

Simplex obseruauit Rusticitas, Serpentes & viperas obtorpescere, si Coryli caudice vel surculo icti aut percussi fuerint, & tandem emori.

Vulgus Metallicorum ad virgulam diuinam, vt vocant, qua venas Metallorum inquirit, præ cæteris furcam eligit colurnam: Verùm cùm ex impuris fontibus Incantatorum primò in Metalla defluxerit, Metallicus vtpote vir bonus & grauis ac Naturæ peritus, eâ non vtitur, sed alia naturalia signa venarum obseruat.

Nux auellana candida.

Λιπτοκάρυον.

Nux prænestina.

Abellina nux. Inde forsan germanicum paucis mutatis literis:

Haselnüß.

Weisse wilde Haselnüß.

Auellanæ plus habent terreæ & frigidæ substantiæ quàm iuglandes.

Cibis in Ventriculo supernatant, & largiùs esitatæ capitis dolorem creant.

Immaturæ comestæ facilè dysenteriam gignunt.

Cyanus vulgaris.

Κύανος.

Cyanus minor *Mattiol.*

Flos Frumentorum *Dod.*

Flos Siliginis.

Blaptisecula, Baptisecula.

Blaue Kornblumen.

Rockenblum / Zachariasblum.

Ziegenbärte *Agricolæ.*

Importuno sæpe luxu segetes, Secales maximè, in montanis propemodum enecat.

Variat flore, qui aliquando ruber, cœruleus vtplurimum, purpureus nonnunquam, interdum candidus obseruatur.

Refrigerat, repellit, siccat, glutinat. Venenis resistit. Præstat ad pestilentiales & perniciales febres.

Aqua in Oculorum inflamationibus magnæ commendationis.

Cynoglossum maius.

Κυνόγλωσσον.

Cynoglossum vulgare.

Lycopsis Lacunæ *Ruell.*

Cynoglossa maior.

Hundszunge / Liebeuglin *Non.*

Nascitur in areis prope sepes & muros in pagis passim, locis nonnihil humentibus.

Iunio & Iulio floret lappis subinde succedentibus.

Manifestè refrigerat & siccat. Emollit, incrassat, dolorem lenit & maiorem affluxum prohibet.

Radix sanguinem excreantibus ex aqua Plantaginis aut Prunellæ cocta exhibetur.

Fotu dolorem Hæmorrhoidum demulcet egregiè.

Folia igni sacro medentur, ad canis rabidi morsum valent.

Flores saccharo conseruantur aduersus Pleuresin & Hæmoptoisin.

Cynoglossum pumilum.

Cynoglossum pusillum Narbonense *Lob.*

Cynoglossa minor.

Ackerkletten.

Kleine Hundszunge.

Inter segetes.

Cynosorchis maior.

Cynosorchis prior. *Dod.*

Cynosorchis nostra maior *Lob.*

Orchis mas latifolia *Fuchs.*

Testiculus canis maior.

Gros Knabenkraut.

Gauchblume.

In pratis humidioribus montosis Maio exoritur.

Cynosorchis morio.

Orchis mas angustifolia *Fuchs.*

Testiculus morionis mas *Dodon.*

Gesprenget Knabenkraut.

Sprenglichter Kuckuck *Sil.*

Locis ijsdem. Vires eædem cum Orchide.

Cyperus gramineus I.

Cype-

Cyperus longus inodorus fyl. *Lob.*

Cypergraß.

In pratis vdis.

Cyperus gramineus II.

Pseudo Cyperus *Lob.*

Falsch Cyperwurtz oder Wildergalgen.

Humida sectatur loca.

Cyperus gramineus III.

Cyperus aquaticus Septentrionalium *Lobel.*

Wild Galgengraß.

In piscinis & alijs palustribus.

Damasonium latifolium I.

Ἐπιπακτὶς *Dioscor.*

Ἄλισμα βοτρυῶδες seu racemosum *Thal.*

Helleborine *Dod.*

Epipactis *Recentior.*

Damasonium montanum flore atrorubente.

Wild Nisewurtz.

Nemorosis vmbrosis familiaris. Iunio & Iulio floret.

Gustu amaricat. Iecinoris vitijs vtile, & contra venena pollet.

Damasonium latifolium II.

Damasonium montanum minus flore purpurascente.

Wild Knabenkraut.

Folia ei subrotunda, flores purpurei.

In pratis irriguis montosis.

Vulnera glutinat.

Damasonium angustifolium purpureo flore.

Damasonium angustifolium montanum purpurascente spica *Casp. Bauh.*

Helleborine angustifolia flore carneo.

Ἄλισμα κυμβαλιώθιμον rubenti flore *Thalij.*

Leibfarben Cimbelblümlin.

In syluis montosis & pratis nemorosis.

Iunio floret.

Damasonium angustifolium candidum.

Ἄλισμα κυμβαλιώθιμον album *Thal.*

Helleborine flore albo *Tabern.*

Elleborine I. *Clus. P.*

Schneeweis Cimbelblümlin.

Maio & Iunio in montibus iuxta castrum. Kynast floret.

Radix profundè in terra delitescit.

Daucus Seseli pratensis facie.

Saxifraga Anglicana facie Seseli pratensis Monspeliensis *Lob.*

Wild Berg Mörn.

In pratis nonnullis montosis.

Daucus montanus Boiemicus.

An Daucus 3. *Dioscor.*?

Bömischer Saucus.

Ad Poidebradum in monticulo amœnissimo Iulio floret.

Radix candida in fibras crassiusculas diuaricata. Folia Saxifragæ Anglicanæ latiora humi accumbentia: semen Septembri in vmbella Dauci Cretensis oblongum candicans, odoratum, aromatici saporis.

Dens Leonis.

Ἀφάκη Theoph. *Matt.*

Hieracium maius *Tragi.*

Hedypnois *Fuchs.*

Dens Leonis vel Caput Monachi *Matthiol.*

Taraxacon *Offic.*

Vrinaria.

Rörlinkraut / Wegelattich.

Wild Gensedistel.

Geel Sonnenwirbel.

Geel Meyenblume.

Pappenblum / Poppenblum.

Pompelblumen *Sil.*

Vbiuis in campis, pratis, hortis, agrorum marginibus oritur. Flores Maio lucent, paulò post vnà cum semine in pappum fatiscentes. Radix oblonga digitum crassa lacteo turget succo.

Adstringit, roborat, amaricat, abstergit.

Hepatis & primarum venarum obstructiones reserat. Vrinas ciet, & somnum conciliat in acetarijs deuorata radix.

Cocta Stomachum dissolutum adstringit.

Corrigit Iecinoris intemperiem. Ictericis, febricitantibus decoctum auxiliatur.

Herba contrita & imposita omnem inflammationem nigricantium & adurentium pustularum compescit.

Liquor stillaticius cum succo Violarum à fœminis Vratislauiensibus Epilepticis infantibus instillatur. Medetur Pleuriticis & tussientibus, ac somnum conciliat.

Dentaria maior *Matt.*

Anbla-

Anblatum *Cordi.*
Squamaria radix.
Schupenwurtz *Sil.*
Blumenkraut.
Freisam kraut.

Aprili & Maij initio floret sine folijs, dein aresçit, in syluis montium opacis.

Resiccans est radix gustu acerba.

Aqua ex tota herba cum radicibus destillatur, ad fluxus & puerorum Conuulsiones magnæ commendationis.

Dentaria πενταφυλλος.
Viola Dentaria 1. *Dodon.*
Nemoralis alpina Herbarior. Alabastrites *Aduers.*
Sanicula Dentaria.
Symphytum dentarium.
Weisse Haselwurtz *Sil.*
Grimwurtz/ Zahnkraut.
Weisser Sanickel.

Saltubus vmbrosis Suditorum frequens.

Aprili flores promit. Maio semen in siliquis succrescit, Iulio, Augusto emoritur.

Gustu tota amaricat & calefacit, non vacans acrimonia.

Radix abstergit, glutinat, cohibet, roborat.

Datur ruptis & ad interna vulnera cum Thoracis tum Intestinorum. Puluis Herniosis salubris. Ouibus datur à Pastoribus.

Dentaria ἑπτάφυλλος.
Coralloides *Cordi.*
Dentaria septifolia.
Zahnwurtz mit sieben blettern.

Dentaria ἐννεάφυλλος.
Eine ander art der Zahnwurtz mit neun blettern.

Foliorum numero à priori solummodo differunt. Iisdem fruuntur natalibus.

Dentaria baccifera.
Rhizo Corallum *Thal.*
Symphytum Coralloides
Sanicula corallina.
Corallen wurtz.
Oreyocker wurtz.

Sectatur opacos altissimorum montium saltus.

Maio ostendit flores, qui odorati ex candido purpurascunt: semen in siliquis. Radix serpit dentata candida, velut Corallum album splendens.

Ad exortum foliorum, quæ coliculum ambiunt, nascuntur bulbuli Lilij rubri

feri, veluti ex squamis compacti, initio virides, dein nigri aut pulli, ingrati admodum saporis.

Radix Maio eruitur. Contra venena & ventris tormina vulgi medela.

Diapensia, vid. Sanicula.

Digitalis Lutea.

Digilatis flore albo.
Campanula lutea.
Geele Fingerhütlin.
Geele Glöcklin.
Præruptis & asperis Montium saltubus.
Aestate floret. Vsus incognitus.

Dipsacus sylv: v. Cardus fullonz.

Doronicz 4. Clus: v. Caltha Alp.

Draco syluestris.

Ptarmica *Mattiol.*
Ptarmica syl. Germanorum *Thal.*
Tarchon aquaticum *Gesn.*
Tanacetum album *Trag.*
Pyrethrum *Brunfels.*
πταρμικὴ *Diosc.* à πταιρέω id est sternutamentum prorito.

Wild Dorand / Niesekraut.

Ad fruteta & margines pratorum. Radix longiùs vagatur per summum cespitem exigua.

Iunio, Iulio flores ostendit.

Sapore nonnihil amaricat. Folia recentia tenera Lactucis alijsque acetarijs adduntur; quarum frigiditatem corrigunt ac temperant: ob id in hortos recipitur.

Radix restibilis longè lateq; serpendo se propagat.

Flores sternutamenta efficacissimè mouent.

Dracunculus minor.

Aron *Trag.*
Serpentaria minor *Officin.*
Luph planum seu minus.
Ἄρον *Diosc.* Zingiber putatz Rhizotomis Silesiæ.
δρακοντία μικρὰ.
Veronicken wurtz. *Sil.*
Wilder Ingwer.
Deutscher Ingwer.
Klein Schlangenkraut.

Nascitur opacis syluis. Erumpunt folia mox post hyemem: Pistillus & vaginula Iunio exit folijs marcescentibus. Vua Iulio & Augusto maturescit.

Radix acris, tenuis essentiæ. Incidit, attenuat lentos & crassos humores. Pectus expurgat. Asthmaticis vtilis. Stomachum Phlegmate & atra bile infestum maximopere iuuat. Venenis resistit & Pesti medetur.

Farina faciem abstergit & claram reddit.

Dracunculus palustris.

Aron palustre *Gesn.*

Hydro-

Hydropiper rubeum *Fuchs.*
Anguina aquatica seu Dracunculus *Aduers.*

Dracontium palustre.

Froschlöffel *Sil.*
Froschkraut.
Löffelkraut.
Wasser Aron.
Wasser Schlangenkraut.

In vliginosis & palustribus territorij Hirsbergensis frequens.

Augusto baccæ rubent.

Fructus ex vino contra Viperarum ictus bibitur.

Ebulus.

Χαμαιάκτη *Diosc.*
Ἀκτὴ ἀγρία.

Sambucus humilis.

Sambucus humilis seu pumila herbacea

Feldholder / Ackerholder.
Attich / Ottich *Sil.*

Campestria sectatur. In agris circa Kauffungam plurima. Floret Iunio & Augusto.

Grauis est & tetri odoris.

Radici purgandi vis vegetatiua. Mirificè enim pituitam & aquas ducit: vnde singulari experimento Hydropicis propinatur.

Vterum emollit & affectus circa vesicam corrigit ad insessum decocta.

Rusticæ feminæ herbam seu folia porcis aduersus scrofulas & grandinem substernunt.

Echium cæruleum.

Ἔχιον *Diosc.* παρὰ τὸ ὁμοιοῦσθαι σπέρμα κεφαλῆς ἐχίων; vel quòd ictus à viperis sanet.

Echium siue Buglossum syl. *Lob.*

Anchusa syluestris *Thal.*
Buglossum viperinum.
Natterkraut.
Wild Ochsenzung.
Frawenkrieg. *Sil.*

In campestribus agris incultis inter segetes sicco & exoluto solo, integra æstate luxuriat.

Præstantiss. est ad lethalium ferarum inprimis Serpentum & Viperarum morsus, potum & impositum.

Florem interdum candidum exhibet.

Equisetum nudum.

Ἵππουρις ἄφυλλος.

Hippuris nuda sine folijs.

Polygonum fœmineum ἀφυλλόκαυλον *Thal.*

Schafthew.
Schlotten.
Holgraß *Sil.*

Palustribus & humentibus lætatur locis.

Refri-

Refrigerat, siccat. Sanguinem è naribus & vulneribus erumpentem reprimit. Ruptis, Vesicæ & Intestinorum dissectionibus & Enterocelis vtilis. Contra Scorbutum efficax.

Equisetum II.

an Ἱππουρις *Dioscor.*

Hippuris *Lobel.*

Equisetum 1. *Matthiol.*

Equisetum aquaticum longioribus foliis *C. B.*

Wasser Roßschwantz.

Pferd Schwantz.

Gaudet vdis & humentibus.

Equisetum III.

Equisetum longius *Fuchs.*

Equisetum palustre maius *Tabern.*

Hippuris fontalis.

Groß wasser Roßschwantz.

In piscinis & palustribus vliginosis.

Equisetum agreste maius seu IV.

Hippuris aruensis maior *Tabern.*

Hippuris segetalis maior.

Cauda Catti.

Katzenwadel/Katzenzagel.

Reibisch/Kreibisch. *Sil.*

Schafthew halm.

Acker Schafthew.

Tannenfraut.

Agris delectatur macilentis.

Fœminæ hoc stanneam suam suppellectilem elegantiss. abstergunt.

Pictoribus in vsu.

Equisetum agreste minus seu V.

πολύγονον ἕτερον *Dioscor.*

Hippuris aruensis minor seu 5. *Tabern.*

Polygonum fœmina *Dod.*

Sanguinalis fœmina.

Klein Katzenzagel.

Tannenwadel.

Vliginosas Conualles & quas riuuli interluunt crepidines sectatur.

Siccat & adstringit validè. Eapropter ad vulnera commodum. Ad sanguinis reiectionem, ad profluuium muliebre potissimum rubrum, ad Dysenterias & alios ventris fluxus generosum medicamentum.

Equisetum syluaticum seu VI.

Hippuris syluatica.

Cauda equina syluarum.

Wald Roß Schwantz.

Folia circum Caulem cubitalem prædictis tenuiora, sub-

subtiliora, capillacea.

Amat vmbrosa & humida syluarum loca.

Equisetum iunceum seu VII.

Equisetum iunceum foliis nudum.

Equisetum non ramosum, C. B.

Hippuris iuncea.

Bintzen Roßschwantz.

Vliginosarum piscinarum alumna.

Erica vulgaris purpurea.

Ἔρεικη Dioſc. παρὰ τὸ ἐρείκειν, à multiplici foliorum incisura.

Erica maior floribus purpurantibus, *Lob.*

Heide.

Rote Heide.

Plusquam notissima in aridis campestribus, collibus & syluis.

Aestate floret & autumno.

Calefacit & siccat, digerit per halitum.

In Lienis affectibus, Calculo & Colica commendatur.

Additur Balneis ad sudorem ciendum: Insessibus itē Podagricorum & Paralyticorum. Floribus apes delectantur: sed mel fit reprobū.

Liquor stillaticius Ophthalmiam mulcet.

Erica candido flore.

Erica vulgaris flore albo.

Weisse Heide.

Flores ex vino rubro poti, album Menstruorum fluxum immodicum absumunt, mulierciarum experimento.

Eruca palustris maior.

Eruca aquatica maior.

Eruca palustris lutea maior.

Grosse wasser Raucken.

Geeler weisser Senff.

Ad ripas torrentium & fluuiorum.

Nasturtium sapore æmulatur aquaticum.

Eruca palustris minor.

Kleine wasser Rauckelen.

Ijsdem locis.

Eruilia.

Eruilia seu Ochrus, *Dod.*

Aracus Mattiol. *Cam.*

Ochrus syl. seu Eruilia, *Aduersa.*

Kleine wilde Wicken.

Esels ohren.

Nascitur campestribus.

Semen abstergit, desiccat. Cum melle pulu. vlceribus

bus & vulneribus illinitur.

Eruum syl. latifolium.

Λάθυρος.

Cicercula syl. *Tabern.*

Lathyrus syl. maior seu purpureus, *Thal.*

Pisum angulosum.

Wild Eruen.

Wolffs Schotten/ *Sil.*

Wilde Wicken.

Altis delectatur incultis & macris locis, inter arbusta & vepres.

Iulio & Augusto floret.

Semen amaritudinis particeps, extergit, incidit, obstructiones expedit.

Eruum syl. angustifolium.

Pisum Græcorum syl. *Trag.*

Lathyris angustiore gramineo folio, *Lob.*

Lathyris leguminosa angustifolia, *Tabern.*

Lathyris syl. floribus luteis, *Thal.*

Λάθυρος ξανθὸς ἄγριος.

Vogel wicken.

Geele Wicken.

Passim locis cæduis & pratensibus, Iulio & Augusto floret.

Erygeron maius.

Senecio maior, *Matthiol.*

Iacobea Senecio, *Aduers.*

Iacobea vulgaris *Cl. P.*

Arthemisia πολύκλωνος, *Dod.*

S. Jacobskraut.

Groß Creutzkraut.

Zehrkraut/ Spinnenkraut/ *Sil.*

In collibus lætis passim secus itinera.

Amarum est subadstringens. Odor nullus.

Ad anginas tonsillarumque inflammationes vtile gargarismate, quas discutit & persanat. Aranearum ictui opitulatur.

Erygeron minus.

Ἠρυγέρων Dioscor. *Aduers.* παρὰ τὸ ἐν ἦρι γηράσκειν.

Senecio Herbar.

Erygeron minus seu 2. *Dodon.*

Saliuaris.

Creutzkraut.

Sew wurtz.

Grindwurtz.

Baldgreyse.

Speykraut/ *Sil.*

Nascitur in macerijs, parietibus & circum oppida. In hortis, item olerarijs locis cultis, æstus & frigoris patiēs.

Mixtam obtinet facultatem simul refrigerantem, & modi-

modicè digerentem. Sapore est insulso & oleraceo.

Folia hyeme inter acetaria recipiuntur, nec ori ingrata. Saliuam cient.

Phlegmonum initijs atq; Erysipelatibus optimè facit.

Trita Cataplasmate, Mammarum inflammationibus & duritiei vtiliter à feminis imponuntur.

Aqua stillaticia infantibus Epilepticis commendatur.

Erygeron tomentosum.

Erygeron maius siue 1. *Dodon.*

Senecio maior 2. *Tabern.*

Wollecht Creutzwurtz.

Cæteris maius, folia paulatim habet hirsuta & graueolentia.

In syluis cæduis frequens & secus vias Augusto floret.

Erygeron alpinum.

Senecium montanum.

Iacobea latifolia 2. *Clus. P.*

Conyzæ alpinæ genus, *Gesn.*

Amat altissimos & humidos montium saltus.

Flores fert Iulio & Augusto aureo colore radiantes.

Eryngium vulgare.

Ἠρύγγιον, *Dios.*

Eryngium campestre, *Dod.*

Centumcapita, *Plin.*

Iringus, *Officin.*

Brackendistel.

Wallendistel.

Manßtrew/ob multa globosa capitula in eminentes spinas aculeata.

In asperis campestribus, incultis Boiemiæ: apud Silesios non ita frequens.

Consistit in terrena essentia, calefaciens & siccans. Aperit, digerit, vrinas mouet, Menstrua prouocat, Lienis & Iecinoris farctus expedit.

Radix cocta & pota Colicos sanat & Calculos rumpit magno experimento.

Contra stranguriam præstat pota.

Condita saccharo senibus impotentibus vtilis.

Eryngium nothum.

Crithamum montanum vel terrestre, *Matthiol.*

Eryngium montanũ recentioribus, *Lob.*

Crithmus aruensis.

Sichelkraut.

Sichel Möhren.

Feld Bacillen.

Ad agrorum margines, in vineis Boiemiæ passim. Aestate floret.

Odore & sapore Eryngium refert.

Radix longa altè in terram subacta, dulcis, subacris, odorata.

Aperit, calefacit, digerit, siccat, vrinas trahit, & Menstrua pellit, Calculum eijcit.

Euonymus.

Εὐώνυμος, Theoph. *Aduers.*

Τετραγωνία, Theoph. *Dalechamp.*

Anonymos, *Cordi.*

Carpinus Theoph. *Trag.*

Fusamum.

Spindelbaum.

Tzweckholtz/ } *Sil.*

Pfaffenröβlin/ }

In sepibus, dumetis & syluis montosis vulgo nota. Maio floret, Octobri fructus consequitur.

Materies verrunculis culinarijs aptandis commoda, ad carnes ligulis transfigendas apta.

Fructus oues enecat.

Lixiuium ex eo capillos splendidos facit. Furfures abstergit, & pediculos necat.

Eupatorium Græcorum.

Εὐπατόριον Dios. ἀπὸ τοῦ πατέρος.

Eupatorium, *Tabern.*

Agrimonia, *Officin.*

Lappula hepatica.

Marmorella.

Concordia.

Odermenig.

Leberkletten.

Planta vulgatæ notitiæ in pratis siccioribus ad sepes & colliculos pagorum.

Floret Iunio & serius vsq; ad Octobrem.

Eligatur ad vsum odoratior, Betonicæ ferè odorem emittens: altera inodora minus vtilis.

Tenuium est partium. Aperit, incidit, abstergit, citra manifestum calorem exiccat & moderatè adstringit.

Obstructiones reserat viscerum, Hepatis præsertim, intemperiemq; omnem corrigit.

Neruos luxatos restituit vulgato vsu, vrinas ciet & menstrua prouocat.

Recens vel sicca cum furfuribus Triticeis in vappa decocta luxatos articulos imposita emendat.

Eupatorium adulterinum.

Hepatorium vulgare. *Dod.*

Pseudohepatorium mas, *Thal.*

Origanum palustre.

Cannabina aquatica.

Tugent-

Tugentblumen/
Drachenkraut/
Wasser Ottich/ } *Sil.*
Albkraut/
Wasser Dosten.
S. Künigundißkraut.

Ad scrobes riuulorũ, stagnantium aquarum margines fluuiorumq́; ripas Iulio & Augusto viget.

Amaricantis est gustus, odoris non minus suauis, quàm Agrimonia odorata, cui viribus proximè accedit.

Herba viribus insignis; quamuis ab antiquis silentio fuerit prætermissa.

Hepatis ac Lienis affectibus, tumoribus ac obstructionibus citra calefactionem mirè prodest. Datur Tertianâ & Quartanâ laborantibus, nec non bile suffusis post principia.

Suffitus animalia fugat venenata.

Additur balneis ad vteri affectus & lixiuijs aduersus iuueteratos capitis dolores.

Eupatorium Conyzoides I.

Eupatorium Cannabinum femi. Septentrionalium stellato & odoro flore, *Lob.*

Eupatorium Cannabinum Chrysanthemum Auic. & Mes. *Dodon.*

Pseudohepatorium femina, *Thal.*

Hydropiper Pseudepatorium fem. Dodon. *Lugd.*

Conyza aquatica max. serratifolia.

Geel Ferberkraut.

Wasser Sternkraut.

Staubars/ *Sil.*

Vbiuis fermè humectis vdis & squalidis circa oppida & pagos multum.

Amarum est, grauis odoris. Calidæ & siccæ naturæ. Sternutamenta ciet.

Eupatorium Conyzoides II.

Eupatorij Cannabini 2. species.

Hydropiper 2. *Lugdun.*

Bidens folio non dissecto, *Cæsalp.*

Ein ander art mit vnzerteileten blettern.

Ijsdem locis.

Euphrasia candida.

Εὐφροσύνη.

ὀφθαλμοδουλία.

Euphrasia, *Dod.*

Euphragia, *Mattiol.*

Oculorum lumen, solamẽ.

Augentrost/ Augendienst.

Weisse Leuchte.

Tage Leuchte/ *Sil.*

Pratis gaudet ſtrigoſis, ſecus agrorum margines ac vias, vbiuis nota.

Floret Iulio, Auguſto, Septembri.

Guſtu nonnihil amara. Excalefacit parum & deſiccat magis. Abſtergit, cohibet, roborat. Ad oculorũ caligines, & morbos pituitoſos peruagatæ commendationis, quoquo modo ſumta.

Ex vino pota Icterũ tollit.

Additur vtiliter Cephalicis decoctis & Pedũ lotionib.

Vinum Euphragiatum reiuuenescere facit aufertq́; omne Oculorum impedimentum, viſusq́; defectionem, præſertim putridis crudisque humoribus redundantibus.

Euphraſia cærulea I.

Auricula Muris Dioſc. *Matthiol.*

Myoſotis ſcorpioides partim repens, partim erecta, *Lob.*

Echium ſcorpioides maius & aquaticum. Heliotropium paluſtre.

Blawer Augentroſt.
Blawe Leuchte.
Vergiß mein nicht/
Suſannenkraut/ } *Sil.*
Krötten Euglin/

In pratis iuxta profluentes aquas & riuulos à Maio in multam æſtatem floret.

Temperatè refrigerat & humectat.

Floſculi viſui gratiſsimi Maio ad corollas à virgunculis colliguntur.

Euphraſia cærulea II.

Μυὸς ὠτίον Dioſc. *Aduerſ.*

Echium ſcorpioides minus, *Geſn.*

Cynogloſſa minor, *Brunfelſ.*

Auricula Muris Dioſcor. *Aduerſar.*

Blaw Acker Augentroſt.
Blaw Meußöhrlin.
Klein vergiß mein nicht.

Inter ſegetes æſtate obuiã.

Siccat 2. ordine abſq; manifeſtą calefactione.

Fagus.

Φηγὸς, *Dioſcor.* παρὰ τὸ φάγειν.
Ὀξύα, Theoph. *Aduerſ.*

Fagus vulgaris, *Aduerſ.*

Ein Buche/ Buchbaum.

Ruſticis nota arbor in montibus, collibus, & ſyluis montoſis nonnihil humentibus. Theophraſtus diſtinguit in Marem & fœminam. Alij à colore ligni in albam & nigram.

Flores Maio Iunio ſunt iuli

iuli rotundi, sublutei, quibus subnascuntur fructus.

Folia refrigerant, adstringunt, siccant. Calidis tumoribus & inflammationibus incipientibus prosunt, imbecillas neruorum partes roborant.

Fructus, faginæ Glandes, nucleis similes, triangula cute inclusæ, Buch Ecker/ cum leui adstrictione dulces, calidæ & humidæ. Vehementer tentant Caput & inebriant quasi, si nimium edantur.

Porci eo saginantur Nouembri mense.

Oleo ex Nucibus expresso paupercula plebs tempore Quadragesimali loco butyri vtitur.

Filipendula pratensis.

Filipendula vulgaris Cl. P.

Saxifragia rubra Offic.

Vitiflora.

Roter Steinbrech.

Filipendelwurtz.

Baarstrang. Sil.

In pratis altis & herbidis locis, Iunio & Iulio frequens in monte D. Georgij ad Strigomium.

Flores suaue quiddam redolent Labruscæ. Radix amara est, abstergit cum leui adstrictione, vrinas ciet. Calefacit & siccat 2°. gradu.

Pota dysuriæ ac vrinæ stillicidio laborantibus prodest. Renum item & Calculi doloribus. Stomachi inflationes discutit, Tormina & Intestinorũ flatus resoluit. Singulare, naturæ ductu, contra Ficarias remedium.

Filipendula palustris.

Filipendula palustris.

Oenanthe aquatica repens Matt. *Cam.*

Wasser Filipendelwurtz.

In palustribus, Iunio.

Filipendula montana.

Oenanthe seu Filipendula 2. montana *Aduers.*

Alectorolophus 1. Cl. P.

Alectorolophus alpinus.

Berg Rodel.

Berg Filipendelwurtz.

In montibus: circa giganteum Iulio floret.

Folia tenuia quasi crispa. Radiculæ pluriniæ candidæ, circa exortum foliorũ coniunctæ instar Phthoræ V Valdensis.

Filix mas vulgaris.

Πτέρις Dioſc.

Filix

Filix mas *Matthiol. & Lob.*

Filix monocaulis.

Farrenkraut.

Wald Farren.

S. Johannis Farbe *Sil.*

Apertis & patentibus locis delectatur.

Amara est radix paululum adstringens, valenter desiccat.

Lumbricos latos cũ Mulsa pellit. Lienosis prodest pota, nec non Hepatis obstructione laborantibus.

Stomacho inutilis.

Filix mas alpina maxima.

Grosser Berg Farren.

Berg Farbe.

Notissima in montibus humidis & saxosis locis. Ad trium cubitorum proceritatem assurgit.

Filix femina vulgaris.

Πολυπόδιον *Dioscor.*

Νυμφαῖα πτέρεις.

Filix ramosa.

Farrenkraut Weiblin.

Waldfarbe Weiblin.

Roßfarren.

Circa margines agrorum sub sentibus, in syluis etiam restibili vbertate luxuriat.

Similem cum Mari vim obtinet.

Folia tenella adhuc decocta ac comesta, aluum soluunt, primò bilem, mox aquam trahentia.

Feminis data sterilitatem faciunt & grauidis abortum.

Cimices necant, Serpentes non recipiunt.

Farina radicis humidis vlceribus & cicatrici repugnantibus inspergitur. Rimas labiorum sanat, Iumentorum Ceruicibus medetur.

Folia recentia in pileo vel capite gestata caput graui dolore afficiunt.

Vtraq; flore & semine destituitur, tota sterilis.

Aduersæ Filicum frondes pubescunt plumata quadam ferruginea lanugine, in qua veluti mollicellis cubiculis nutant & nitent semina nigra lucidaque æstiuo solstitio matureścentia ruptis vesiculis.

Filix muraria seu minor.

Filix pumila saxatilis mas & femina.

Filix petræa.

Steinfärlin.

Maurfarbe.

In præruptis inter saxa.

Adstringentis est saporis.

Filix spinosa seu aculeata.

Filix

Filix aspera mas & femina.

Spitziger Farren.

In montibus opacis altissimis.

Filix fontana.

Brunnenfarb.

Ad puteorum & fontium muros.

Filix arborea.

Δευοπτερὶς *Dioſc.* & *Gal.*

Filix querna *Lobel.*

Pteridion femina *Cord.*

Baumfarbe.

Eichfärrlin.

Caudicib⁹ muscosis Quercuum vetustarum aliarumq; arborum adnascitur.

Psilothrum est cum radicibus trita & illita.

Fistularia lutea.

Λευκοϊόλοφος.

Alectoroloph⁹ lutea *Thal.*

Crista Galli *Dod.*

Pedicularis campestris.

Geeler Rodel.

Taschenkraut.

Klaffer *Agricolis.*

Nullis non pratis & agris humidis frigidisque multa. Aestate pluuiosa & humida Secale in hanc degenerare solet inuitis Agricolis.

Gustu subadstringit non nihil amaricans.

Semen Siligini permixtum panem obscurat & atrum reddit, saporeq; amarum.

Fistularia purpurea.

Pedicularis *Aduers.*

Alectorolophus 3. *Clus.* P.

Ruta pedicularis.

Braunrodel.

Fistelkraut.

Rodel/Hundskott/*Sil.*

Vliginosis & muscosis pratis multa.

Herba noxia & pratorum vitium pabulumque pecori ingratissimum.

Ad fistulosa & sinuosa vlcera vtilis.

In vino rubro decocta fluorem nimium feminarum inhibet.

Fœnugræcum syluestre.

Polygalon, *Cord.*

Glycyrrhiza syluestris, *Gesner.*

Glaux vulgaris, *Aduers.*

Securidaca maior, *Guiland.*

Stein Wicken.

Beeren Schotten/Wolffs-Schotten/*Sil.*

In montibus inter arbusta, & syluis cæduis. Radix longissima & alte subacta non facile intermoritur. Iulio floret.

Semen siccat, emollit, digerit, discutit, quàm proximè viribus ad Fœnugræcum accedit.

Foliosa v. Phyllitis.
Fontalis crispa. D. Lapath. *Fragraria.*
fontale crispi.

Fragula, *Cordi.*
Herba Fragi.
Erdbeerkraut.

Montibus, syluis, collibus & viarum marginibus familiaris.

Viret toto anno herba. Vere latiùs expatiatur fibris, dein flores facit, Iulio fructus maturescit.

Folia gustu modicè amara, adstringunt, refrigerant, siccant.

Radix cum folijs muliebres fluxiones & dysenteriam cohibent, vrinas cient, & Lieni conferunt in cibo sumta.

Potu præstant ad Iecinoris inflammationes, Renum vesicæq; sordes.

In ore retentũ decoctum gingiuas roborat, commotos dentes stabilit & destillationes sistit.

Succus vlcusculis in facie à caliditate prouenientibus mirificè medetur: itemque varos & Oculorum nubeculas calidasque defluxiones impositus tollit.

Fraga rubra.

Mora terrestria, *Seruij.*
Erdbeeren.

Refrigerant. Alimentum conferunt exiguum tenue & aquosum. Bilioſis æstuantibusque ventriculis prosunt.

Rob Fragorum, Erdbeeren safft/ siticulosis opem fert, febrientibus gratissimum & suaue. Eadem præstat *stillaticius Liquor.*

Fraga subalbida.

Fraga candida.
Fraga montana.
Manßbeerē/ Breßlinge/ *Sil.*
Weisse Erdbeeren.

Subalbida sunt, maxima & longa.

Folia habet hispidiora.

Frangula.

Auornus, *Petri Crescent.*
Alnus nigra, *Lugdun.*
Arbor fœtida.
Hundsbaum.
Schießbeeren/ *Sil.*
Zapffenholtz.
Faulbaum.

In syluis humidioribus vliginoso solo fruticat. Folia lætum bobus ac vaccis pabulum, quæ horum pastu lac reddunt copiosius.

Cortices interiores crocei

Vere

Vere delibrantur & in vmbra ſiccantur, multæ virtutis.

Expellunt bilem & pituitam ſeroſosque educunt humores, ſoluunt aluum, bellè Iecur expurgant & roborant, aperiunt viſcerum obſtructiones: verùm nauſeam & vomitum cient ventriculumque perturbant. Corriguntur Cinnam. Zingibere ſpica, macere, aniſo.

Decoquuntur cum aperientib. medicamentis ad Cachexiam, icteritiam, Aquam intercutem & lienis affectus: at Ruſticis; non vrbanis aut delicatis.

Vulgus corticem luteum flore lactis incoquit, contra ſcabiem præſentiſsimum remedium. Noui attamen, eius vſu Agricolas hydropicos factos & penè ſuffocatos fuiſſe, repentina malignæ materiæ repercuſsione. Ea propter ab eius vſu abſtinendum ſuadeo, niſi prius fuerit probè euacuatũ corp⁹.

Flores apibus grati.

Fraxinus frugifera.

Μελία, *Theoph. & Dioſcor.*

Fraxinus anguſtioribus folijs, *Cord.*

Fraxinus, *Herbar.*

Aſchbaum / Eſchbaum.

Eſche.

Paſsim in montibus & cliuoſis. Ad arcem Greiffenſtein / quotannis fert fructũ. Aprili ſiliquæ prodeunt, Autumno ſemen matureſcit.

Folia vino decocta Hepaticis & Spleneticis conferunt, viperarumq; morſibus auxiliantur.

Cortices Lienem ex vino abſumunt.

Morbum Regium tollunt. Calculoſis & Hydropicis proſunt.

Radix vulnera recentia ſanat.

Fraxinus ſerpentibus adeo inimica, vt & vmbra eos abigat, Plin.

Bibenti ex poculo huius ligni abſumitur Lien, & potus aduerſatur venenis.

Expertus refero, ſi fronde ea gyro claudatur ignis & ſerpens, in ignem potius quàm in fraxinũ fugere ſerpentem. Ambroſius Par. lib. 21. cap. 20.

Orneogloſſum.

Ὀρνιθόγλωσσον.

Lingua auis, *Officin.*

Semen Fraxini.

Eſchſahmen.

Eſchen miſpel vulgò ſed falsò.

Racematim cohæret in siliquis membranaceis, semen oblongum Auium lingulas repræsentans. Autumno spontè decidit. Gustu acre est & amarum. Calefac. & siccat 3. recessu: vrinas ciet, Venerem stimulat.

Potum auxiliatur Calculosis, Hepaticis; Aquam, quæ cutim subijt, extrahit.

Fraxinus sterilis.

Ὀρεομελία.
Ἀγρία μελία.
Ornus, *Trag.*
Ostrya Cordi, *Thal.*
Fraxinus latifolia, *Cordi.*
Fraxinus fago similis, *Thal.*
Hanbuche.
Hagenbuche.
Buch Esche.
Weisse Buche.
Montium alumna.

Materies eius candidissima, omnium lignorum durissima solidissimaque. Ad cochleas Tinctorum & alia instrumenta, quæ pondus magnũ sustinent, expetitur.

Fraxinus dura.

Fraxinus λιθόστεος, *Thal.*
Fraxinus petræa.
Stein Asche/Stein Esche.

Petrosis & præruptis montium locis saltem nota.

Fraxinus crispa.

Flader Asche.

Eius materies vndulata, ab Arcularijs ad mensas, tabulas & alia colligitur.

Fumaria Herbariorum.

Καπνὸς, *Dioscor.*
Καπνίον.
Fumus terræ, *Officin.*
Cerefolium felinum.
Erdrauch.
Feld Rautte/*Sil.*
Acker Rautte.
Taubenkropff.

Sponte inter segetes & hortis oleraceis enascitur citissimè quasi effumans. Integra æstate viget.

Acris simul & amaræ qualitatis. Abstergit, aperit. Educit bilem, omnesq; salsos & adustos humores. Vis non modò ad Iecur, sed ad venas permeat; quare sanguinem expurgat.

Scabiem, impetigines, Morbum gallicũ & alias cutis infectiones curat, nec nõ aduersus venenosos & immodicos sudores prophylacticum est haud pœnitendũ.

Succus acris est, visum acuit, lachrymas trahit.

Conseruantur flores saccharo,

charo, Melancholicis affectibus salutares & Cachecticis.

Fumaria bulbosa maior albo flore.

Καπνὸς χελιδονίας.
Capnos bulbosa.
Capnos phragmites, *Plin.*
Radix caua Herbarior. *Lob.*
Aristolochia vulgaris rotunda, *Trag.*
Holwurtz.
Runde Holwurtz.
Hertzwurtz/Donnerflug.

In vmbrosis decliuibus & nemorosis saltubus Aprili floret, Maio semen maturat, ac tum tota planta arescit, sola radice superstite.

Radix naturæ miraculo rotunda quasi hemicylindros est, adulta verò excauatur. Gustu cum amaritudine quadam austera. Calefac. siccat, abstergit, mundat, adstringit nonnihil, sudores ciet, diuretica est.

Hepati succurrit & sanguinem purgat, Morbum regium curat. Vulneraria est, ad sinuosa vlcera & apostemata vtilis: item ad veteres diuturnosque tonsillarum ac faucium tumores.

Aduersus Hæmorrhoides cum dolore tumentes cum Populneo permixta illinitur.

Fumaria bulbosa maior flore rubente.

Radix caua purpureo flore.
Holwurtz mit roten blůmlein.
Hanensporn.
Locis ijsdem nascitur.

Fumaria bulbosa minor.

Radix caua minor, *Dod.*
Radix tuberosa minor.
Capnos 2. fabacea radice, *Aduers.*
Aristolochia fabacea.
Kleine Holwurtz.
Kleiner Hanensporn.

In syluis & frutetis vmbrosis passim obuiam.

Radicis exilitate, nulla insignita cauitate, à priori discrepat: flores purpurei. Puluis eius contra lumbricos prædicatur.

Fumaria bulbosa viridi flore.

Radix caua viridi flore.
Holwurtz mit grünlechten blumen.

Inter alias aliquando occurrit.

Fungi.

Μύκητες.

Schwemme.

Fungi fauaginosi.

Ὕδνα Dioſc.

Fungi ſpongioſi *Lugdun.*

Tubera terræ.

Morcheln / Erdmorcheln.

Aprili prodeunt in paſcuis.

Duplices ſunt. Latiuſculi, vulgo Morcheln / & acuminati ſeu turbinati, Lauerchen appellantur.

In delitijs ſunt diuitum, à quibus vel frixi in butyro, vel decocti cum lactis flore, ouis pipere & butyro præparati comeduntur.

Stomachum refrigerant & praui ſunt ſucci.

Boleti Bouini.

Groſſe Kühbölze.

Maximi ſunt & molles, eſu minus ſuaues.

Boleti nobiles.

Herren Bölze.

Duriores ſunt & palato gratiores.

Boleti petroſi.

Stembölze.

Stemkappen.

Maiores ſunt & duri, ſuperiori parte ſeu capitulo vtplurimum rubent.

Petroſis naſci gaudent.

Palato non ingrati. Duriores ſunt capitulis rubentibus.

Boleti adipoſi.

Schmerbölze.

Naſcuntur Boleti in ſyluis ſub Pinaſtris, Pineis, Fagis, Betulis, &c. à Iunio ad Septembrem vſq; pluuia & humida cœli conſtitutione.

Hi detracta tunica & à ſordibus mundati inciſi minutim cum butyro, additis cœpis, Petroſelino, Pipere, Zingibere in ſartagine friguntur pro quotidiano vſu.

Exiccantur pro hyeme, quos cum Pipere, Cœpis, aceto, butyro addito decoctos vt ſuaue edulium Sileſij comedere ſolent abſque vlla noxa. Cum ab exteris pro malignis & venenoſis reijciantur tanquam inutiles. Nutrimentum dant exiguum idq; minus probum.

Fungi Capreolini.

Rhelinge.

Reiſcken.

Paſsim in pratis & paſcuis.

Luteoli ſunt & orbiculares, luteum prorſus fundentes ſuccum ; palato cæteris gratiores.

Aſsi

Aſsi cum butyro & ſale deuorantur.

Fungi punicei.

Fungi Columbini.
Teublinge.
Blawlinge.
Candidi ſunt, punicei & cœrulei.

Fungi Betularum.

Birckenſchwemme.
Birckſlinge.
Lutei ſunt & lati, ſucco turgentes luteo, Capreolinis ferè ſimiles.
Sub Betulis vtplurimùm proueniunt.

Fungi piperini.

Fungi amaricantes.
Bitterlinge.
Pfifferlinge.
Fungi ſunt prorſus candidi, rotundi, qui fracti ſuccum manant lacteum, feruentiſſimi ſaporis, vt Piper.

Aqua feruenti ſæpe macerati lacti incoquuntur, & addito butyro & ſale parantur ad cibum.

Calefaciunt, ſiccant, aperiunt, abſtergunt, comminuunt.

Succus recens cum ſyr. violato aut alio appropriato potus Calculum frangit, deturbat, & vrinas potenter pellit ſingulari experimento.

Fungi lutei.

Fungi digitelli lutei.
Geele Schwemme.
Kölgen/ Kelinge.
In ſyluis ad radices & truncos Picearum & Abietum vbertim luxuriant.
Minores ſunt cæteris, toti lutei, eſu haud ingrati.

Fungi Arborum.

Stock Schwemme.
Opinckel.
In caudicibus Betularum & Abietum leguntur.
Molles ſunt & lubrici tactu.

Fungi ſagini.

Buchſchwemme.
Habichtſchwemme.
Fagis adnati, Autumno leguntur ad Ciborum vſum.
Phthiſicis commendantur. Conſolidant & glutinant vlcera.

Frequens eorum vſus ſuccum gignit prauum.

Fungi digitelli.

Fingerſchwemme.
Hendelſchwemme.
In digitos videntur diſsecti,

cti, Musco qui antiquis arboribus adhæret, simillimi quamplurimi coniuncti partim lutei, partim candidissimi, partim rubri.

Nascuntur juxta putrida ligna & arborum truncos putrescentes.

Prorsus sunt insalubres.

Fungi non edules.

Fungi Sambucini.

Auriculæ Iudæ.
Aures Iudæ.
Holderschwemme.
Holunderschwemme.

Caudicibus veterum arborum aut fruticum Sambuci Maio adnascuntur. Cuti elixę aut Corio similes.

In aqua mollescunt & tument veluti spongiæ.

Gustu penè insipidi. Adstringendi & resiccandi vim habent.

Ex vino decocti contra Anasarcam bibuntur. Angnis certissimo experimento vtilissimum, & tumoribus intus forisq; nunquam satis laudatum medicamentum.

In aqua Sambuci aut Barbæ pratensis sicci præmacerati, maximo doloris leuamento Podagris imponuntur.

Fungi ceruini.

Boleti ceruini.
Hirschschwemme.
Hirsch Brunst.

Tubercula sunt rotunda omnino inæqualia, putamine scabro tecta, pulpa, seu fuligine potius nigra repleta.

In altissimis montibus passim sub Musco terrâ quasi cortice inuoluti nascuntur.

Gustanti nauseam mouent, haud intra corpus sumendi, quemadmodum veri & solidi, quibus Silesia nostra destituitur.

Ad Venereos vsus vulgo commendantur. Fuligo sanguinem vulneribus insperſa cohibet.

Fungi Ouales.

Fungi orbiculares.
Spongiæ terrestres.
Lupi crepitus.
Buben fist / Phalen fist.

Hi terræ cohærent nullo fulti pede in globum circinati, nec vlla sui parte dehiscunt, quorum interior medulla, laxa, candida & præhumida. Qui dum resiccati rumpuntur, atram fuliginem eructant toto callo in fumum abeuntes.

Passim

Passim in campis graminosis & pratis siccioribus gignuntur.

Impositi Hæmorrhoidibus nimium fluentibus non modò sanguinem fluentem sistunt: verumetiam partes illas exulceratas meliùs quàm vllum aliud medicamentum sanant.

Fungi Igniarij.

Zunder Schwemme.

Fewer Schwemme.

Fungi sunt Fagorum aliarumq; arborum, qui decocti cum Nitro, sulphure & alijs, vt ignem facilè concipiant, præparantur.

Fungi pernicioſi.

Fungi Suilli.

Fungi porcini.

Sew Schwemme.

Rostri suilli formam quadantenus referunt. Aprili & Maio reperiuntur.

Ex aqua ad serpentis morsus illinuntur.

Fungi Fimetarij.

Fungi lethales.

Giftige Mistschwemme.

Variant figura & colore. Alij virides, alij fusci, alij cærij.

Butyro frixi illinuntur contra scabiem Capitis malignã, vulgo den bösen grind.

Fungi Muscarij.

Muscipordæ.

Fliegen Schwemme.

Mücken Schwemme.

Fungi sunt capitulis gibbis rubentibus, punctis albicantibus insigniti, aspectu elegantes.

Lacte triti ad Muscas enecandas tabulæ imponuntur; quos si gustauerint, citissimè moriuntur.

Exiccantur & aceto imbuti tuberculis pestilentialibus haud inutiliter imponuntur.

Galega sylueſtris.

SEcuridaca minor *Cortus.*

Securidaca Pannonica 2. *Cl. P.*

Vogela Wicken.

Wilde Geiß Raute.

In agris inter segetes Iulio & Augusto floret.

Galium tenuifolium.

Galium *Dod.*

Galium luteum Matt. Lob. *Lugdun.*

γάλα *Dioſc.* à coagulando lacte.

Megerkraut, Labkraut.

Walstroß, Wegestroh.

Butterstiele *Sil.* Gliedekraut.

Sectatur aridiores agrorum limites. Iunio & Iulio floret.

Subacris est & desiccatoriæ facultatis, boni odoris.

Flos tusus & impositus sacris ignibus & ambustis Igni medetur, sanguinis profluuia sistit. Contra Cancrum & cancrosa vlcera maximopere commendatur.

Coma in lacte macerata, illud coaguli modo condensat.

Miscetur acopis. Fotu articulos luxatos restituit.

Galium latifolium.

Cruciata *Dod.*

Cruciata herniaria *Thal.*

Crucialis *Cæsalpin.*

Asperula aurea.

Gülden Waldmeister.

Geele Gliegegenge. *Sil.*

Gelb Creutzkraut.

Iuxta fossas aquarum, riuulos & quandoq; agrorum margines.

Flores lutei odorati Iunio apparent.

Folia sunt amara, abstergunt, calefaciunt & siccant.

Vulneraria planta, inprimis Hernioſis vtilis. Pota Thoraci, Ventriculo, Venis Mesaraicis & viscеribus obstructis prodest, excrementa pituitosa foràs propellit; ideo appetitum iuuat.

Genista fruticosa.

Genista maior.

Genista scoparia.

Gienst/ Pfriemen.

Incultis parietibus iuxta syluarum & agrorum limites fruticat. Vere flores ostentans luteos.

Virgularum ac cymarum decoctum Hepar, Lienem & Renes expurgat ac aperit.

Aquosos humores per aluum trahit; idcirco Hydropicis auxiliatur.

Flores vomitum cient, contriti strumas discutiunt.

Genista humilis.

Chamægenista 1. *Clus. P.*

Genistella infectoria *Lob.*

Ferula *Trag.*

Geele Ferbblumen.

Holheide/ Rhorheide *Sil.*

Mägde Krieg.

Abunde incultis & aridis pratis collibusq; luxuriat.

Iunio & Iulio flores colliguntur ad tincturæ vsum.

Tota gustu amaricante.

Calida

Calida & ſicca 2°. ordine.

Ad ſudorem prouocandum balneis additur.

Geniſtella ſpinoſa.

Geniſta pumila ſpinoſa.

Geniſtella aculeata *Aduerſ.*

Strechende oder kleine Holheide.

Strechende Pfriemen.

Erdpfriemen

Hanc nutriunt exucti colles ſqualidaq; montium ericeta.

Adſtringit cum amaritudine, ac proinde valenter ſimulque citra mordacitatem exiccat.

Foliorum decoctum Menſtruorum profluuium ſiſtit: idem potum ventris fluori ſuccurrit.

Gentiana Sileſiaca maior.

Τετράνθη.

Gentiana Aſclepiadis folio, ſeu 2. *Cluſ. P.*

Gentiana cœruleo flore.

Entzios.

Klein Entzian.

Folia ei mucronata Aſclepiadis ferè, ſed colore dilutius virente; flores oblongi colore cœruleo ſaturatiore. Radix digitalis craſſitudinis, lutea, multis oblongis craſsis fibris donata.

In montibus excelſis Sudetis, herbidis locis Auguſto floret: ſemen paleaceum.

Radix amara quidem ſed minus quàm vera ſeu maior Gentiana: aperit, abſtergit.

Febricitantibus, Aſthmaticis, Calculoſis, & bile ſuffuſis vtilis. Venenis reſiſtit.

Gentiana Sileſiaca maior niueo flore.

Entzian mit ſchneeweiſſen Blumen.

Priori prorſus ſimilis præter flores, qui prorſus candidi.

In valle Gigantum ad Otpam fluuium.

Gentiana cruciata.

Τετράνθη μικρὰ.

Gentiana minor *Dod.*

Cruciata gentianella *Thal.*

Phyteuma Græcorum *Tabern.*

Radix Sibyllæ *Offic.*

Creutzwurtz.

Modelgeer.

Sibyllenwurtz. *Sil.*

In collibus & monticulis apertis & gramineis; tum pratis ſiccioribus maximè Boiemiã verſus. Floret Iulio.

Radix cum herba amariſsima eſt, magni apud plebeculam nominis, calida & ſicca. Incidit, aperit, abſtergit.

Menſes prouocat, comitiali prodeſt, febribus putridis competit, Lumbricos ventris enecat. Contra Peſtilentiæ contagia Antidotis additur: vitia Pectoris expurgat. Vulneraria eſt præſtantiſsima. Rupturas & Strumas exulceratas ſanat.

Ex aceto ruptis, ab alto deuolutis propinatur, communi vſu.

Gentiana punctato flore.

Gentiana 7. Cluſ. 12. & punctata *Pinnei.*

Gentianella flore atrocœruleo punctis nigris notato.

Klein Entzies mit ſchwartz-blauen geſtirnten Blümlin.

Radix ex pallidolutea, tenuis, fibroſa, coliculum promit ſeſquidodrantalem & altiorem. Flores ſtellati ex cœruleo nigricant, punctis nigris inſigniti, Iulio & Auguſto conſpicui. Folia Plantaginis ferè. Amat petroſa & humida altiſsimorum montium loca: veluti in Schneegruben, ad lacum maiorem & alibi.

Tota amara eſt inſtar Gentianæ, Venenis medetur pota.

Gentiana anguſtifolia pulcerrimo flore.

Gentiana anguſtifolia pratenſis.

Campanula autumnalis in pratis proueniens *Dod.*

Schmalblettericht Entzian.

Circa montem D. Georgij ad Strigam.

In paſcuis & pratis Boiemiæ copioſiſsimè, hilari & jucundo cœruleorum florum aſpectu viſum recreat.

Radix oblonga, candida, in fibras diducta, impenſè amara.

Efficax habetur aduerſus peſtilentes morbos, & ad virulentorum animalium ictus & morſus. Tineas ventris pota necat.

Gentiana fugax.

Gentiana anguſtifolia 2. *Cl. P.*

Campanula autumnalis *Dod.*

Pneumonanthe *Lob.*

Viola Calathiana ſeu autumnalis 1. *Thal.*

Lungen Entzian.

Lun-

Lungenblümle.

Autumno passim in campestribus, pratis, pascuis, areis pagorum & alijs incultis.

Flos ex cœruleo purpurascens sursum hiat. Amaricat abstergit, aperit.

Ex hydromelite pectus purgat, Hepatis & Lienis obstructiones tollit, Icterum soluit & Menstrua mouet.

Radix tusa & imposita vmbilico Lumbricos expellit.

Gentiana fugax Polyanthos.

Gentiana fugax siue annua 1. vel Gentiana 7. *Cl. P.*

Gentiana minor polyanthos.

Viola Calathiana 2. siue πολυάνθεμος *Thalij.*

Klein Lungenblümle.

Ad Landeshuttum in pago Reusendorff multa Autumno.

Geranium Robertianum.

Γεράνιον χελιδόνιον.

Geranium Chelidonium siue Hirundinarium, *Turneri.*

Sideritis 3. Dioscor. *Nonn.*

Ropertiana.

Gratia Dei.

Gottes gnad.

Blutkraut.

Rotlauff kraut.

Storckenschnabel.

Duplex est. Viride omninò, quod femina dicitur, & rubens quod mas, & præfertur.

In muris, pomœrijs, tectis & alijs vmbrosis locis notissimum.

Tota hyeme viret, à Maio in multam æstatem florens.

Odore est graui satis atq; haud iniucũdo. Mediocriter calef. refrigerat, siccat, cum adstrictione, abstergit, consolidat.

Recens tritum peculiariter commendatur, ad Erysipelata, Mammarum inflammationes, oris & pudendorum vlcera.

Aquæ incoquitur, & pecori cruenta mingenti potui datur.

Geranium Columbinum.

Γεράνιον ἕτερον, *Dioscor.*

Pes Columbinus, *Dodon.*

Geranium Maluaceum.

Taubenfuß/Scartenkraut.

Secus itinera, campis incultis, cœmiterijs & hortis olera-

oleraceis notum. Floret plurima æstatis parte.

Mediocriter calefacit & siccat cum leui quadam adstrictione.

Vsus eius est ad vulnera & fracturas, fistulas & vlcera sananda.

Balneis percommodè ad Intestinorum tormina additur.

Fotu Articulorum dolores iuuat.

Geranium myrrhinum inodorum.

Geranium gruinum.

Geranium 3. & 4. *Tabern.*

Kranich schnabel.

In ruderibus circa sepes, secus itinera. Agris quinetiam incultis, arenosis & saxosis flore albo & purpureo æstate occurrit.

Vulneribus commodum.

Geranium hæmatôdes.

Geranium sanguineum, *Tabern.*

Geranium hæmatôdes supinum.

Bluttwurtz.

Bluttkraut.

Nascitur secus itinera locis incultis & ad pratorum margines.

Geranium bulbosum Silesiacum.

Γερανιον βολβαχοειδες.

Geranium bulbosum Pennæi seu 3. *Clus.* P.

Geranium sanguinarium, Sanguinaria radix.

Bluttwurtz/ Bluttrôßlin.

Rote Hünerwurtz/ } *Sil.*

Nabelwurtz/ }

Flos roseus æstate & Autumno prodit.

Ad pratorũ margines humidioribus locis territorij Hirsbergensis passim occurrit.

Radix ex multis oblongis bulbis Sisari instar, rubentibus constat, siccandi & adstringendi vi prædita.

Datur ruptis, conuulsis, dysentericis.

Ad sanguinem vndequaque emanantẽ compescendum haud quicquam præstantius Chirurgis in vsu & vulgo notum.

Geranium petræum.

Geranium saxatile.

Geranium hygroscopelon, *Thal.*

Stein Storckenschnabel.

In asperis & petrosis montium.

Geranium alpinum.

Γερα-

Γεράνιον ἀμπελῶδες.
Ἰχάιμον.
Geranium montanum.
Geranium 6. *Fuchs.*
Geranium 13. *Tabern.*
Berg Schnabelkraut.
Gottes gnade.

Radix magna in multa capita rubentia protuberat, multas fibras spargẽtia. Flores purpurocœrulcos Maio & Iunio promit, montibus altissimis saltem notum.

Refrigerat, siccat, adstringit. Ea propter sistit sanguinem, glutinat & consolidat.

Geranium alpinũ fuscum.

Glaux exigua.

Γλαυξ quasi γάλαξ.
Glaux exigua marina, *Lob.*
Glaux marina minor, *Tabern.*
Klein Seemelck kraut.

Herbula exigua circa Gryphibergam secus itinera solo fabuloso reperta.

Rara & incogniti vsus.

Gnaphalium vulgare.

Γναφάλιον *Dioscor.* à γναφάλλω, tomento.
Filago seu Impia, *Dod.*
Centunculus Romanis.
Khurkraut.
Kätzlin/ Feldkatzen.
Schimmelkraut/ *Sil.* à colore. Tota enim incana apparet.

Vbique aridis & sterilibus multum Iunio & Iulio floret.

Adstringit, siccat, Dysenteriam, Diarrhœam Menses̃que mulierum immodicè fluentes potum sistit.

Succus lacte & vino permixtus gargarizatu Anginis prodesse creditur.

Gnaphalium tenuifolium.

Γναφάλιον λεπτόφυλλον.
Filago minor.
Cotonaria minor.
Klein Schemelkraut.

Agris demessa segete, hortisq; oleraceis familiaris.

Eiusdem cum priori naturæ; sed mollicella tota & pusilla.

Gnaphalium virgatum.

Gnaphalium Anglicũ vel Belgicũ folio longiore, *Lob.*
Pseudoleontopodiũ, *Matt.*
Groß Khurkraut.

Prouenit in syluis cæduis, collibus aridis & secus itinera.

Nonnihil amaricat multum exiccans.

Gnapha-

Gnaphalium minus album.

Gnaphalium montanum album, *Aduerſ.*

Lagopus 2. *Trag.*

Weiſſe Katzenpfötlin/ *Sil.*

Weiſſe Engelblümlin.

Haſenpfötlin.

Aridis collibus & ſterilibus apricis, Aprili & Maio floribus conſpicuum.

Adſtringit & exiccat guſtu inſulſo.

Gnaphalium minus purpureum.

Piloſella minor, *Dod.*

Lagopus flore ſubpurpureo, *Trag.*

Rote Haſenpfötlin/ *Sil.*

Rote Engelblümlin.

Pueris notum, quorum floſculis colludere ſolent.

Gnaphalium minus ſuaue rubens.

Gnaphalium montanum ſuaue rubens, *Aduerſ.*

Piloſella minor flore carneo, *Cluſ. P.*

Lagopus ex candido & rubeo aſperſis colore, *Trag.*

Leibfarben Katzenpfötlin/ *Sil.*

Leibfarben Engelblümlin.

Radix cal. & ſicc. aperit, extenuat, pota venena pellit per ſudores, Morſibusq; venenoſis auxiliatur, Stranguriam tollit, Renes expurgat, calculum comminuit & Renes ab arenulis liberat.

Vulgo ad pecorum Morbos nota.

Lilium montanum.

Κρίνον ὀρεσφυὲς.

Lilium ſyluestre, *Dod.*

Lilium purpureum radice lutea.

Martagon Chymiſtis, *Matt.*

Goldwurtz.

Berg Lilgen.

Braunlilgen.

Amat montoſa herbida, colles & prata. Iulio floret.

Calefacit & ſiccat 2. gradu. Vrinam & Menſes prolicit, Icteritiæ ſubuenit pota & amuleto.

Impo-

Impoſita Oedemata & durities emollit, maturat.

Lixiuio capillos flauos reddit, & defluentes replicat.

Lilium conuallium.

Καλλιώπυμος, *Geſn.*

Πόθος, *Theoph.*

Lilium conualliũ vel vernum Theoph. *Lob.*

Ephemerum non lethale, *Fuchſ.*

Thal Lilgen/ Springauff.

Zaucken/ Zautſchen.

Zweyblat.

Circa Maij calendas cum floribus in montibus & eorum conuallibus conſpicitur. Flores guſtu amari, odoris eximij & perquam iucundi. Exiccant, calefaciũt, attenuant, digerunt, prouocant.

Cor iuuant & cerebrum, omnesq; principes facultates. Idcirco reſolutis, comitialibus, conuulſis, vertiginoſis, animi deliquio laborantibus auxilio ſunt.

Venenis aduerſantur: tormina ſedant & Menſtrua euocant.

Succus oculorum inflammationibus vtilis. Aqua ex floribus cum Maluatico in vitreis organis elicitur præſtantiſsima & maximi vſus in conuulſionibus, Apoplexia, Paralyſ. Syncope, vteri ſuffocatione, Cordis palpitatione, vertigine. Aegrè parturientibus certum auxilium prædicatur.

Lilium conuallium rubrum.

Lilium conuallium, floribus ſuauè rubentibus, *Lob.*

Leibfarben Thal Lilgen.

Interdum iiſdem locis floribus rubentibus conſpicitur, ſed minus frequens.

Linaria.

Ὄονις Dioſc. *Aduerſ.*

Linaria 1. *Dod.*

Oſyris maior, *Tabern.*

Vrinaria.

Frawen Flachs.

Marien Flachs.

Wald Flachs.

Kröten Flachs.

Catharinen blumen.

Frequens in campeſtribus, agrorum aggeribus, dumetis, hortorum ſepimentis.

Amara illi qualitas, calefaciens, ſiccans, aperiens & abſtergens. Aluum turbat, vrinas, Menſes trahit.

Ex vino hauſta vrinam retentam elicit, Hepatis obſtructiones ſoluit, Icteritiam & Hydropicos iuuat.

Cutim & maculas faciei exterget, leuigatq;.

Sudores in balneis pellit; inſeſſu infantibus vrinam retentam prouocat vulgato experimento.

Succus vulnera, vlcera & fiſtulas curat.

Linaria adulterina.

Σεσθιόγλωσσον.

Lithoſpermum ſyl. 2. *Trag.*

Paſſerina Linariæ folio.

Lingua paſſerina.

Spatzenzunge.

Apricis naſcitur.

Linum ſylueſtre.

Λίνον ἄγειον.

Linum ſylu. *Dod.*

Linum ſylueſtre flore cœruleo.

Wild flachs.

In campeſtribus, incultis locis & ſecus itinera Iunio & Iulio floret.

Herba cum floribus decocta & butyro recente illita, tumores reſoluit, & inflammationes lenit, quinetiam induratos emollit, addita Althææ radice & gallinaceo adipe.

Linum ſylu. perpuſillum.

Chamælinum.

Linum ſylu. 1. *Cluſ.*

Klein wilder flachs mit weiſſen blümlein.

Ad margines pratorum humidos Iunio floſculos promit.

Lithoſpermum legitimum.

Λιθόσπερμον μικρὸν, παρὰ τὸ ὅμοιον τοῖς σπέρμα λίθοις.

Lithoſpermũ minus, *Dod.*

Milium Solis, *Officin.*

Milium ſoler, id eſt, Montium.

Steinhirſche.

Waldhirſche.

Steinſamen.

Naſcitur incultis, ſtrigoſis, aſperis & ſolitudinibus.

Semen calefacit & ſiccat, abſtergit, aperit, & nonnihil acrimoniæ habet, vrinas pellit, cum vino albo potum vrinam deijcit, calculos frangit & ſtranguriam diſcutit.

Lithoſpermon nigrum.

Λιθόσπερμον ἄγειον.

Lithoſpermum ſylu. aruenſe vel nigrum *Matt.*

Anchuſa degener facie Milij Solis *Lob.*

Anchuſa aruenſis alba *Thal.*

Schwartz Steinhirſche.

Inter ſegetes Maio floret.

Incul-

Incultis etiam & ruderatis plerisque occurrit.

Semen Calculosis ex vino propinatur.

Lolium.

Αἶρα *Dioſc.*

Ζιζάνιον.

Triticum temulentum *Aduerſ.*

Dollkraut/ Donkraut *Sil.*

Taubkorn/ Dollkorn.

Hordei & Auenæ vitium, in quod pluuioſa æſtate degenerant.

Excalefacit, ſiccat, attenuat, reſoluit, abſtergit, inebriat, ſtrumas diſcutit, oſſa extrahit. Ex aceto & ſulphure viuo varos, Lichenes & Lepras ſanat.

Lolium non ſolùm pani mixtum ſed multò magis Cereuiſiæ additum & feruefactum tepore & temulento veterno Cerebrum opprimit & opacat, reliquaque membra torpida reddit. Capiti dolorem, Oculis caliginem adfert; quia vaporoſos humores in Cerebrum defert.

Lonchitis læuis.

Lonchitis 2. femina *Tabern.*

Lonchitis 2. *Neotericor.*

Λογχῖτις λεῖα *Dioſc.*

Aſplenum ſylueſtre *Lugdun.*

Caterach maius.

Miltzfarren *Sil.*

Wald Hirſchzunge.

Gros Miltzkraut.

Folia integra virent hyeme humi procumbentia.

Opaca & humida occupat montium loca.

Siccat, adſtringit cum mediocri calore, vrinam ciet.

Ex vino decocta & pota morbo regio prodeſt, meatus Iecinoris & Lienis aperit, Calculos Renum & Veſicæ comminuit, febri Quartanæ auxilio eſt.

Atram bilem diſcutit & ſanguinem ex caſu aut contuſione concretum à Corde ſubmouet.

Lonchitis aſpera maior.

Λογχῖτις τραχεῖα ſiue 2. *Dod.* παρὰ τὴν λόγχην à lancea, quam ſcabræ foliorum inciſuræ referunt.

Lonchitis aſpera *Mattiol.*

Lonchitis 2. mas *Tabern.*

Lanceolaris.

Spicant.

Gros Miltzfarren.

In altiſsimis Suditorum aſperis & ſalientibus veluti

am Rieſenberge: alibi minus occurrit.

Splenetica eſt. Ex aceto Lienes induratos ſanat. Vulneribus mirum in modum prodeſt. Ea namq; glutinat & inflammationes in eis excitari non patitur.

Lonchitis aſpera minor.

Lonchitis aſpera Maranthæ *Matt.*

Lonchitis adulterina *Tabern.*

PſeudoLonchitis aſpera.

Klein Milzfärrlin.

Naſcitur aſperis & ſaxoſis montibus.

Lunaria minor botryitis.

Lunaria minor *Cluſ. P.*

Lunaria racemoſa *Aduerſ.*

Ruta Lunaria *Tabern.*

Ἡμινῖτις ἑτέρα καὶ Σελινῖτις.

Monrautte/ Monkraut.

Weiſſer Widerthon. }
Der rechte Widerthon } *Sil.*
Leber Rautte.

In pratis nec non colliculis gramineis montium Maio conſpicua: quæ breui perit.

Refrigerat & ſiccat, guſtu præſicca & adſtringens.

Egregia vulneraria eſt. Pota intrinſecus corporis ſanat fracturas & dyſenterias: extrinſecus illita magni ad Puerorum Enterocelas commodi.

Albas vteri fluxiones ſupprimit.

Plebecula ſimplex ad quoduis faſcinum abigendum ſuperſtitioſè celebrat.

Lunaria botryitis minor πολύφυλλος.

Lunaria minor ramoſa *Cluſ.*

Groſſe vielbletterichte Leber Rautte.

Rarior inuentu. In horto meo inter gramina, vbi prior copioſè creſcit, reperta fuit.

Lunaria græca perenni radice.

Lunaria longa *Geſn.*

Lunaria græca ſiliquis oblongioribus *Thal.*

Lunaria raphanitis ſ. Bulbonac radice rediuiua *Lob.*

Viola lunaris 2. *Tabern.*

Monveil.

Waldveilen/ *Sil.*

Humidis & opacis montium ſaltubus perennat.

Flores fert Maio odoratos, ſuccedunt ſiliquæ foliaceæ oblongiuſculæ, continentes ſemen, quod abſtergit & vrinas prouocat.

Lupulus spontaneus mas.

Lupulus syluestris.
Lupus salictarius.
Wilder Hopffen *Sil.*
Dorn Hopffen.

Vbiuis ad sepes, dumeta & margines pratorum humentium luxuriat.

Turiones primo vere aqua feruenti macerati & frigida abluti, cum aceto & oleo communi, addito sale in acetaria veniunt. Cichorij sapore non ingrato, calore temperato ad aluum emolliendam.

Lupulus flore & semine calefacit, exiccat, extenuat, aperit, abstergit, sanguinem purgat.

Bibitur contra venena, scabiem, luem gallicam, & cæteros affectus, qui cutim extimam inficiunt. Datur etiam contra febres ab infarctu prouenientes.

Semen Lumbricos ventris necat, vrinas prouocat & menstrua educit.

Lupulus spontaneus sterilis.

Lupus syluestris femina.
Wilder Femel Hopffen.

Folia mare rotundiora, nec tam profundis incisuris dissecta, & iuxta radicem potiss. sine incisuris spectantur.

In sepibus & dumetis vt prior nascitur.

Luteola.

Lutea *Plin.*
Lutum herba, *Dod.*
Pseudostruthium *Matt.*
Gelbe Kraut.
Sterck Kraut.
Streich Kraut.

Incultis secus itinera & agrorum margines prouenit. Vbi inaruit, tota pallescit colore.

Excalefacientis & siccantis est facultatis. Contra venenosorum animalium ictus & pestem commendatur.

Lychnis syl. purpurea.

Lychnis syl. rubello flore *Lob.*
Ocymastrum flore rubro *Matthiol.*

Ocymoides purpureum.
Wilde rote Veilröslin.
Roter Widerstoß.
Je lenger je freundlicher.

Herbidis & humidis montium tractibus plurima æsta-

æstatis parte in Autumnum floret.

Lychnis sylu. alba.

Λύχνις ἀγρία.

Lychnis sylu. flore candido *Dod.*

Ocymastrum siue Ocymoides *Matthiol.*

Polygonatum *Trag.*

Wild Margenrößlin.

Weis Wiederstos.

Gliedekraut.

Nascitur prope septa & agrorum margines. Iunio & Septembri floret.

Semen ex vino potum viperarum morsibus medetur.

Lychnis sylu. alba noctuflora.

Ocymoides noctiflorum *Cam.*

Lychnis syluestris noctuflorens.

Wild Nacht Margenrößlin.

Flores ei candidi & similes prædictæ Lychnidi; nisi quòd huius flores circa crepusculum aperti conspiciantur magis quàm die.

Lychnis sylu. candida II.

Papauer spumeum *Lob.*

Been album Monspeliensium.

Herba articularis *Tabern.*

Μύκων ἀφρώδης.

Saubenkropff.

Wandelkraut. } *Sil.*

Teschelkraut. }

In herbosis ac lætis collibus multa.

Emollit fotu artus luxatos & neruos stupidos.

Succus Ophthalmiam calidam tollit & dolores Oculorum mulcet.

Semen pituitam purgat, Comitialibus datur. Supposita Ægris nescientibus Crisin moliri vulgus credit.

Lychnis segetum.

Μελάνθιον ἐκ τῶν πυρῶν *Hippoc.*

PseudoMelanthium *Lobel.*

Githago *Trag.*

Nigellastrum *Dod.* & *Fuchs.*

KornRosen.

KornNegelin.

KornRaden.

Nascitur in aruis inter segetes, Maio & Iunio cum flore viget.

Semen excalefacit, siccat, abstergit.

Herba cum stercore Columbino & semine Lini vino permixta, strumas digerit, aliosq; duros tumores maturat ac resoluit.

Lysimachia purpurea spicata.

Λυσιμαχία à Lysimacho rege inuentore.

Lysimachia purpurea fortè Pliniana *Aduers.*

Pseudo Lysimachium purpureum 2. *Dodon.*

Corneola.

Weidenkraut.

Braun geärter Weiderich.

Occurrit cum flore Iulio in riuulis pigrè fluentibus, & paludinosis lacunis.

Saporis est acerbi & austeri, frigidæ & siccæ naturæ. Adstringit, refrigerat, cohibet.

Pota ad omnes fluxiones sanguinis narium, Intestinorum, vteri commodissimum auxilium: Serpentibus & Muscis aduersatur, easq; nidore fugat.

Flores decoquuntur in aqua ad faucium inflammationes.

Lysimachia speciosa latifolia.

Lysimachia siliquosa latifolia maior.

Chamænerion seu 5. species Lysimachiæ *Gesn.*

Antoniana siue S. Antonij herba maxima.

An ὄναγρα *Dioscor.*?

Eberkraut *Sil.*

Fewerkraut.

Humidis montosis ad pratorum & agrorum margines in dumetis fruticat, integra æstate Nerij purpureos exhibens flores ex quatuor latiusculis folijs purpureis & totidem angustis oblongis intermedijs intensè rubentibus constantes, semine in siliquis oblongis tandem fatiscentibus cum pappo auolante: Radice longa, albida, subter humum reptante sese propagans.

Ex diuersis constat partibus, nonnullis euidenter astringentibus, alijs verò modicè abstergentibus.

Lysimachia siliquosa palustris.

Braun Brunnen Weiderich.

Rapuntzel vulgo.

Nascitur in palustribus & fonticulis montium cum Anagallide aquatica.

Vere primo ad acetaria colligitur.

Iulio & Augusto flores exeunt dilutè purpurei, postmodum semine cum pappo auolante.

Lysimachia palustris roseo flore.

Rosen Weiderich.

Caulis digitum crassus duorum, quandoque trium Cubitorum altitudinem assurgit ramosus: flores Augusto & Septembri pulcri, rosei, ex quatuor foliolis constantes In siliquis oblongis semen fert.

Ad riuulos aquarum iuxta Fanum Bulconis, alibi non item.

Lysimachia siliquosa minor.

Pseudo Lysimachia purpurea 1. *Dodon.*

Delphinium Dioscor. *Lugdunens.* à foliorum figura Delphinem repræsentante.

Salicaria cornuta.

Filius ante patrem, quòd siliqua semen continens ante enatum florem appareat. Ἐπιβούλιον *Thal.*

Braun Schotten Weiderich.

Gehörnter Weiderich.

Iisdem natalibus gaudet, sed multò vberiore & variato prouentu oritur.

Lysimachia lutea.

Ἀνημάχιον seu λίπιον *Dioscor.*

Geeler Weiderich.

Eßwurtzeln.

Marginibus & ripis minus vdis atq; mersis, Iunio & Iulio flores gignit.

Gustu adstringit & siccat, vlcera glutinat.

Pota omnes sanguinis reiectiones supprimit & dysentericis auxiliatur.

Suffitu acerrimum nidorem redolet. Eapropter Serpentes & venenata fugat, & Muscas in conclauibus interimit.

Succus in pesso abundantiam Mensium supprimit.

Flores capillis flauitiem conciliant.

Lysimachia galericulata.

Lysimachia flore cœruleo.

Lysimachia Siderititidi congener 3. *Thal.*

Gratiola cœrulea.

Tertionaria.

Blauer Augentrost/

Fleckenkraut.

In fossis circa piscinas, vbi effluunt aquæ, & alijs humectis frequens. Aestate flores exeunt. Amara valde est, calida, sicca, aperiendi vi prædita.

Ex vino decocta Tertianas sanare experimento constat.

Malua

Malua syl. pumila albo flore.

Μαλάχη ἀγρία, *Dioſc.*

Malua ſylu. repens pumila, *Aduerſ.*

Malua, *Officin.*

Kleine weiſſe Pappeln.

Haſen Pappeln.

Käßlinkraut.

Notiſsima eſt prope rudera, incultis vrbium & pagorum delectatur.

Durat tota æſtate.

Digerentis paululum & emollientis eſt facultatis. Calidæ & humidæ naturæ.

Tenera folia in iuſculo pingui aluum emolliunt & veſicam exulceratã iuuant.

In ſumma Thoraci, Pulmonibus, Veſicæ, Renibus, Inteſtinis mirè prodeſt, nedum folio, ſed & flore & radice.

Additur Clyſteribus Aluum lubricantibus. Folia & flores recentia lacti caprillo incocta & cataplaſmatis inſtar, Collo extrinſecus calidè appoſita, Anginæ ex acri deſtillatione magnum præſidium.

Malua ſyl. procerior.

Μαλάχη χερσαία.

Ἱπποκαλάχη.

Malua ſylu. recta, *Cordi.*

Malua ſylueſtris procerior vulgaris *Aduerſ.*

Roß Pappeln.

S. Johannis Pappeln.

Wilde rothe Pappeln/ *Sil.*

Vbiq; viarum & arearum prope vrbes luxuriat, Iunio & Iulio floret.

Calorem quendam moderatum ac tepidum habet, leuiter mollit ac diſcutit.

Decocta omnibus lethalibus venenis auxiliatur, lapides conterit, ſomnum conciliat, facilemq; partum præſtat.

In ſorbitionibus Phthiſicis vtilis: illita apum, veſparum ictibus medetur, ac continuò dolorem mulcet.

Additur inſeſsibus, clyſteribus, fotubus ad calculum Renum & Veſicæ præſcriptis.

Malua ſylu. Alcea dicta.

Ἀλκέα *Dioſc.* παρὰ τὴν ἀλκὴν à robore, quod firmiter dyſenteriæ & ruptis medeatur.

Alcea.

Alcea vulgaris, *Aduerſar.*

Sieginarßkraut.

Rothe Pappeln.

Herß Leuchte.

Ruri nota incultis campestribus, agrorum scrobiumque marginibus iuxta vias, sepes & semitas.

Floret Iunio & Augusto.

Minus muccaginis dat, magis digerit, vim Emplasticam obtinet.

Dysenteriæ, aluo citæ, ruptis & conuulsis auxiliatur.

Malua syl. seu Alcea querna.

Dens Leonis.
Augen Pappeln.
Fälriß.

Eadem cum priori, loco natali solummodo differens, quòd sub Quercubus nascatur. Oculorum nebulas & caligines discutit.

Malus syl. maior.

Μηλέα ἀγρία.
Gros wilder Apffelbaum.
Holtz Apffelbaum.

Ex cortice mediano luteo, addito Alumine, decoquitur color flauus, quo pictores vtuntur.

Malus syl. minor.

Klein wald Apffelbaum.
Sew Apffelbaum/vulgò.

Locis campestribus, syluis & collibus vbiq; nascitur.

Mala agrestia.

Μῆλα ἄγρια.
Ἀγριόμηλα, *Dioscor.*
Holtzäpffel.
Waldäpffel.
Sewäpffel.

Acerbi sunt & adstringentis saporis. Refrigerant, siccant, cohibent. Frigidum enim habent succum, terreũ omninò & flatulentum.

Cœliacis ac Dysentericis prosunt.

Aqua ad eosdem vsus destillatur.

Rustica gens è tusis & aqua perfusis, expressis potum conficiunt, quem Apffeltranck vocant.

Marrubium candidum.

Πράσιον, *Dioscor.*
Prasium, *Offic.*

Marrubium album seu femina.

Weisser Andorn.
Gottes vergeß/
Helffe kraut/
Wilder Taurant/ } *Sil.*

Oritur propter ædificiorum ruinas & rudera. In areis pagorum notum.

Calefacit gradu 2. siccat 3. gustu amarum est & odoratum, Aperit, digerit, abstergit.

Iecur

Iecur ac Lienem obstructione liberat, Thoracē Pulmonesq; expurgat, Menses prouocat, Morbum regium discutit, Laterum dolores lenit.

His qui venena hauserunt, difficilè parturientibus mulieribus, & à partu non purgatis: item ruptis, conuulsis & neruorum contractionibus salutare.

Balnea inde fiunt contra malas scabies, porrigines ac papulas sanant.

Marrubium nigrum.

Βαλλώτη, *Dioscor.*
μέλαν φράσιον.
Marrubium spurium.
Marrubiū fœtidum, *Offic.*
Schwartz Andorn.
Stinckender Andorn.

Secus parietes & sepes occurrit, vmbrosis locis.

Tota fœtida est. Amara, acris & absterſoriæ facultatis. Aestate floret.

Vis eius efficax aduersus Canis rabidi morsus, folijs ex sale illitis.

Lixiuium ex herba vlcera capitis puerorum sanat.

Marrubium aquaticum.

Marrubium aquaticum vulgo, *Aduers.*
Marrubium aquatile, *Dod.*
Scordium Plinianum, *Tabern.*

Sideritis 1. seu Heraclea Matt. *Cam.*
Weisser Andorn.
Glied kraut.

Viget & floret æstiuis mensib. ad riuulorum margines & secus fossas.

Odorata est. Refrigerat & vnà validè adstringit.

Succus nigricante colore quæuis inficit, adeò pertinaciter inhærens, vt elui aut abstergi nequeat, adeò vt telæ lineæ hoc infectæ eum perpiò retineant.

Matricaria.

Παρθένιον, Dioscor. *Matricl.*
Arthemisiæ ramosæ 2. species, *Fuchs.*
Arthemisia tenuifolia, *Tabern.*
Mettram/Metter/ *Sil.*
Mutterkraut/Fieberkraut.

Locis gaudet ruderatis, secus muros veteres, & hortorū margines hyeme viret.

Gustu constat perquam amaro, odoris ingrati. Excalefacit insigniter, siccat 2. aperit, penetrat, absstergit, resoluit.

Bilem & pituitam trahit

cum Mulsa pota. Menses & secundas ciet & mortuos fœtus educit; suffocationi vteri medetur. Melancholicos, Colicos & Nephriticos iuuat. Erysipelatibus & inflammationibus cum flore vtiliter imponitur.

Rustici folia tenella recentia cum sale ieiuno stomacho deuorare solent, aduersus nauseam & ἀνορεξίαν vẽtriculi, Colicosq; dolores.

Matri sylva, vide Asqula I.

Medesusiz, vide Ægopogon sylv.

Melampyron purpureum.

Triticum vaccinum, *Trag.* Parietaria sylu. coma dilutè rubescente.

Μελάμπυρον, *Theophr.*

Kühweitzen.

Wachtelweitzen.

S. Petersblum.

Floret Maio & Iunio inter segetes.

Vitium est Tritici & comes importuna; vaccis pabulum gratum & innocuum.

Melampyron purpuro-violaceum.

Triticum vaccinum 2.

Parietaria sylu. cœrulea coma s. 2. *Cl. P.*

Blawgeel Tag vnd Nacht.

Ringelscheis vulgò corruptè, potius dicendum Rinderweitz.

In syluis & aggerib. montosis Iunio & Iulio frequentissimum.

Sapore est subdulci & nonnihil acri, simulque adstrictionis alicuius particeps. Vlcera sanat & liuores discutit.

Melampyron luteum.

Κραταιόγονον Diosc. *Lobel.*

Melampyron 2. *Thalij.*

Triticum vaccinum 3.

Milium syluaticum, *Tab.*

Parietaria sylu. flore luteo seu 2. *Cl. P.*

Waldhirsche.

Wild Tag vnd Nacht.

Abundat in syluosis collibus, apricis ac arboribus destitutis. Iulio floret.

Sapor acris ac vehemens.

Reperitur nonnunquam flore candido. Melanthiz, vid. Nigella.

Melilotus germanica lutea.

v. est Trifolij corniculati.

Μελίλωτος Offic. à fragrante odore, vel colore Melleo.

Λῶτος ἀγρία, *Diosc.*

Melilotus vulgaris.

Trifolium odoratũ, *Dodon.*

Sertula regia.

Teutscher gelber Steinklee.

Gemeiner Steinklee.

Geeler

Geeler Klee/ *Sil.*

Floret tota æstate circa aruorum margines nec non inter segetes.

Flos luteus siccus, odoratus, exiguam amaritudinem gustu refert, habens & quiddam adstringens: sed & discutit & maturat. Emollit, digerit tantillo calore peptico naturæ amico, & adstrictione moderata. Hepatis tollit obstructiones ex vino decocta, cum Arthemisia & Chamæmelo vterinos tollit dolores. Pleureticos iuuat. Apes floribus delectantur.

Melilotus germanica alba.

Melilotus alba siue 2. *Dod.*

Melilotus maior candida, *Trag.*

Weisser Steinklee.

Weisselkraut/ *Sil.*

Passim in agrorum lapidosis limitibus, Iulio, Augusto & Septembri floret.

Calefacit, siccat, abstergit cum leni adstrictione, nonnullæ amaritudinis particeps, ac simul digerit.

Albos mulierum Menses insessu & potu flores sistere experientia mulierculæ obseruarunt.

Mentha syl. I.

Ἡδύοσμος ἄγριος, *Dios.*

Mentha caballina folio rotundiore.

Menthastrum, *Trag.*

Mentha alba, *Officin.*

Wilde Müntze.

Wilder Balsam.

Roß Müntze.

Vdà & scrobes vrbium sectatur.

Sapore est amaro, acri & adstringente.

Excalefacit & siccat in prin. tertij gradus: attenuat, adstringit, aperit.

Auxiliatur pota regio morbo affectis, anhelosis & ægrè spirantibus, mulcet ventris dolores, qui à flatibus oriuntur. Valet aduersus venenosorum ictus.

Suffita, feminas à partu purgat.

Mentha syl. II.

Mentha equina acutioribus folijs.

Menthastrum, *Lobel.*

Menthastrifolia aquat. hirsuta Mentha.

Wilde Krause Müntze.

Spitzige Roßmüntze.

Fisch Müntze.

Humidis delectatur locis ad fluuiorum ripas. Priori assimi-

assimilatur: verùm longè altius fruticat folijs longioribus.

Grauem odorem exhalat.

Mentha sylu. III.

Σισύμβριον, *Diosc.*

Mentha aquatica.

Sisymbrium, *Dod.*

Mentha aquatica seu Sisymbria rubro folio & flore nigræ Menthæ, *Lobel.*

Balsamine palustris:

Bach Müntze.

Fisch Müntze.

Wasser Poley/ } *Sil.*
Roß Poley/ }

Alumna humentium ac riguorum; secus aquas labentes & piscinas multa. Iulio floret.

Tenuium est partium, digerentis, excalefacientis, exiccantis temperaturæ.

Mouet vrinas & calculos pellit cum vino pota. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutiones cohibet.

Folia in capitis dolore fronti aut temporibus illinuntur, item contra Vesparum Apumq; ictus.

Lentigines & Cutis à Sole nigritiem & asperitatem exterit illita.

Mercurialis syluatica { mas / femina.

Λινόζωστις ἀγρία,

Κυνοκράμβη, *Diosc.*

Mercurialis radice rediuiua.

Cynocrambe vel Mercurialis sylu. *Mattiol.* & *Dod.*

Castrangula, Italis.

Wald Bingelkraut.

Hundsköl/ Hundskraut.

Humidis & opacis montium recessibus passim obuia. Floret Aprili & Maio. Radix oblonga humi sparsa perennis est. In cibo oleris modo sumta gratior quàm communis videtur, & aluum benè soluit. Ius decocti bilem, pituitam, aquas & Melancholicos humores deijcit.

Colligitur Maio ad Clysterũ vsum, deficiente satiuo.

Meum Silesiacum alpinum.

Meum Silesiacum folio Cicutæ, *Camer*

Meum Riphæum.

Meum Cicutarium.

Bärwurtz.

Wilde Bärwurtz.

Herbidis iugis Riphæorũ montiũ delectatur; quamuis & ex semine in hortis seritur.

Radi-

Radices oblongæ, digitum crassæ; folia Cicutæ, vmbella in caule cubitali candida.

Amara est radix cum partium tenuitate, aperit, attenuat, prouocat vrinas & Menstrua. Vulgus pro Meo vero vtitur ad Matricis affectus.

Meum Silesiacum palustre.

Θυσσέλινον.

Thysselinum Plin. *Lobel.*

Oelsinichium *Cord.*

Apium sylu. lacteo succo turgens C. B.

Meum *Bataui.*

Cuminum Alnorum.

Wilder Bertram.

Oelnich/ Oelnick.

Secus fossas siue aquarum ductus iuxta Alnorum truncos territorij Hirsbergensis frequens. Iunio ac Iulio vmbellam gerit.

Radix amara vehementi acrimonia fauces ferit, naturæ calefacientis & siccantis. Incidit, penetrat, resoluit crassos & viscidos Pectoris humores. Eapropter Asthmaticos & suspiriosos iuuat.

Commanducata multam ex ore pituitam elicit, & Dentium dolores sopit.

Medetur contagio Pestilentiæ.

Millefolium terrestre album.

Στρατιώτης ὁ χιλιόφυλλος *Diosc.*

Millefolium maius.

Militaris *Aduers.*

Millefolium *Officin.*

Schafkarwi.

Karwekraut.

Pratorum & agrorum marginibus plusquam notissimum. A Maio in multam æstatem floret.

Siccat, adstringit, consolidat recentia vulnera.

Herba recens tusa pubiq; illita Mensium abundantiam compescit.

Ad vetera & recentia vulnera, profluentem sanguinem, & fistulas etiam eximij & peruulgati vsus.

Vmbella candida ex lacte caprillo vel propria aqua pota Gonorrhœam in viris, in feminis alba vteri excrementa cohibet.

Millefolium terrestre purpureum.

Millefolium purpureum *Tabern.*

Millefolium terrestre purpureis floribus *Lob.*

Rote Schafkarwi.

Purpurrote Schafripp.

Flores dilutè rubent, passim inter segetes.

Valet potum ad omnes sanguinis reiectiones commodeq; dysentericis infunditur.

Aqua stillatitia contra pestilentiam vtilis.

Millefolium palustre I.

Στρατιώτης ποτάμιος.

Myriophyllum Matt. *Camer.*

Myriophyllon aut Maratriphyllum palustre *Lobel.*

Fœniculum aquaticum 1. *Tabern.*

Wasser Fenchel.

Wasser gras.

Palustris est & aquis non fluitantibus familiaris.

Desiccatoriæ est facultatis, vt vulnera glutinet atq; recentia ab inflammatione vindicet.

Millefolium palustre II.

Myriophyllon 2. *Mattiol.*

Myriophyllon Equisetifolium palustre *Lobel.*

Viola palustris.

Wasser Veil.

In aquis tardiùs fluentibus stabulatur. Iunio flos prodit.

Refrigerantis & siccantis naturæ.

Millefolium palustre III.

Millefolium maratriphyllon 3 flore & semine Ranunculi aquatici Hepaticæ facie *Lobel.*

Fœniculum aquaticum 3. *Tabern.*

Queisflachß.

Wasserflachß.

Ad ripas Quissi fl. & in piscinis frequens, flos ei candidus.

Causticæ est facultatis, & escharoticon.

Millefolium palustre IV. seu spicatum.

Millefolium pennatũ aquaticum spicatum *C. B.*

Alga 3. *Trag.*

Wasser Sternkraut.

Teichfenchel.

E radice fibrosa coliculi concaui Hippuridis nascuntur. Folia è geniculis æquali interuallo quatuor, Corrudæ seu Fœniculi diuisa, Stellariæ instar caulem ambiunt, ex fusco virentia & in aqua fluitantia. Iulio & Augusto extra aquam iuli prominent digitum longi, rubentes, flore lu-

re luteolo paleaceo. In piscinis pagi Seiffersdorff ad Quissum fluuium.

Millemorbia, v. Scrofularia maj.

Mollugo I.

Dod: v. Rubia

Mollugo vulgatior Herbar. *Lobel.*

Milfatella v. Lanin

Galion album maius latifolium.

Gros Stern Megerkraut.

Gliedekraut.

In syluis apricis & secus fruteta ac margines pratorum.

Huius decocto per fotum roborari articulos vulgus credit.

Mollugo II.

Mollugo minor.

Galium album minus *Tabern.*

Klein weis Megerkraut.

In pratis humidioribus.

Mollugo III.

Mollugo montana *Lugdunens.*

Gros Berg Megerkraut.

Montosis asperis occurrit.

Molij Hippocrat. v. Allij nohin.

Monophyllon.

Vnifolium.

Gramen Parnassi *Recentioribus.*

Einblat.

Nulli opaco luco vel nemori non nascitur.

Per Maium promit flosculos albidos, odoros, vnde acinuli rotundi, rubelli, subdulces oriuntur.

Gustu est amaro & ingrato; sed facultate ad Neruorum farctus eximia.

Herba & radix tusa vulneribus vtilis. Puluis siccus aduersus Bubones pestilentes efficax pondere ʒ j. cum aceto & vino. Liquor stillaticius Infantibus Epilepsia correptis non contemnendum remedium.

Montapiz, v. Apiz mont.

Mora terrest: v. Fraga rubra.

Morella, vide Solanz nigrz.

Morsus Ranæ.

Viola palustris.

Nymphæa alba minor *Lugdun.*

Froschbiß.

Grosse Wasser Linsen.

Torpentibus aquis superstat Lenticulæ similis, rotundo folio, intermicantibus luteis flosculis, crebris radicum staminibus longius se porrigentibus in fundum. Gustu constat Nimphææ aut Lenticulæ palustris earundemq; virium.

Morsus Diaboli, v. Succisa.

Morsus gallinæ v. Alsine.

Fol: hederulæ v. Lanin purp: minus.

Muscipenda v. Fungi Muscarij.

Muscatellina vide Ranunculus Muscatell.

Muralis herba v. Parietaria

Muscus Arborum.

Βρύον, σπλάγχνον *Diosc.*

Muscus Arborum villosus.

Muſcus quernus *Lob.*

Lanugo ſeu villi Arborum.

Baum Moos.

Baumgemics.

Naſcitur in Quercu, Larice, Abiete, Picea, Iunipero, Pinaſtro, Populo, Pyro, Pomo etc.

Vnus in hoc genere magis tenuis, craſsior alter: quidam breuior, prolixior alius: ſubcandido colore vtplurimum omnes candeſcentes: tamen quandoque & niger quidam eſt, ſed minor & tenuior.

Colligitur vere albus, odoratus, Quernus, Lariceus, ſeu Abietinus ad pulueres odoratos, quos Cyprios vocant, parandos.

Refrigerat, adſtringit, digerit, ſomnum inducit, ventriculum roborat, vomitiones & aluum cohibet. Grauidis abortum præcauet.

Muſcus Pulmonarius.

Pulmonaria fungoſa *Lugdunenſ.*

Pulmonaria Officin. *Dodon.*

Lichen arboreus.

Lungenkraut.

Lungen Moos.

Groſſe Baumflechten.

Prouenit in Quercuum, Fagorum, Piceæ aliarumq; ſyluestrium arborum caudicibus, opacis præſertim ſyluis.

Laudatur Quernus, qui refrigerat, adſtringit, ſiccat, abſtergit, vulnera glutinat.

Valet ad tabem Pectoris & Pulmonis vlcera & cruenta ſputa. Ad vulnera etiam & Pudendorum vlcera & ad vtrumq; muliebre profluuium, dyſenteriam & bilioſos vomitus.

Muſcus Sabinæformis.

Sabina Imperitorum *Matthiol.*

Chamæcypariſſus *Tabern.*

Selago 1. ſeu Pliniana *Thal.*

Wald Seuenbaum. *Trag.*

Wilder Widerthon *Sil.*

Wald Cypreß.

In ſyluis montium ad fontes Quiſi ſi. humidis & vmbroſis reperitur.

Contra Oculorum vitia ſuffitu prodeſſe Druidæ Gallorum prodiderunt,

Muſcus clauatus.

Muſcus terreſtris ſeu Lycopodium *Dodon.*

Lycopodium *Tabern.*

Muſcus

Muſcus reptilis ſeu ſcanſilis *Thal.*

Selago 2. *Eidem.*

Seilkraut.

Schlangen Moos.

Gürtelkraut.

Kraenfuß *Sil.*

Iunio iuli vigent in ſyluis, apricis, deſertis, ſabuloſis & inuijs locis.

Ex vino potus vrinæ ſtillicidia diſcutit, frangit educitque calculos Renum.

Aqua decoct. inflammationes & calidas Podagras fotu mulcet.

Vinum pendulum ſeu fluctuans, quod iam lentorem contraxit, in vaſe ſuſpenſus integritati reſtituit.

Muſcus clauatus alpinus.

Kleiner Kraenfuß.

In ſyluis montium Riphæorum.

Iulio fert iulos vt prior, ſed minores.

Muſcus ramoſus floridus.

Blüender Moos.

Muſcus terreſtris vulgaris.

Erd Moos.

Moos.

Vbiuis notus.

Muſcus terreſtris minor.

Muſcus terreſtris denticulatus *Lobel.*

Kleiner Erd Moos.

Muſcus terreſtris denticulatus 2.

Muſcus terreſtris repens *Cluſ. H.*

Kriechender Erd Moos.

Muſcus ſaxatilis alpinus.

Selago 3. *Thal.*

Myrmaw *Sil.*

Radix tenuis, fibroſa, dodrantales aliquot thyrſulos mediocres emittit rectos, prope radicem anguſtiùs ſibi cohærentes, ſuperiùs verò latius à ſe inuicem diſcedentes, in ſummo plerunq; diuaricatos, foliolis Muſci clauati vndiquaq; denſis obueſtitos virentibus. Ab infimo coliculo ad ſummum vſque circumcirca inter foliola emicant floſculi luteoli bifolij, remittentes minutiſſimum paleaceum ſemen. Gigantæorum montium rupibus & ſaxis adhæret Muſci inſtar.

Odoris & saporis expers. Hellebori instar vehementer purgat tam per aluum quàm per vomitum.

Rustici alpini, suspicione hausti veneni, eius decocto vtuntur.

Muscus saxatilis Hepaticus I.

Vide Hepatica fontana.

Muscus saxatilis Hepaticus II. seu purpureus.

Lichenis aliud genus, *Thal.* Βρύον seu πολύγχιον, *Dod.* Leberkraut/ *Sil.* Steinflechten.

Colore differt. Alius nigricat, alius flauentior, alius cinereus magis, candidus alius, alius subniger, alius tandem subruber Hepatis colore.

Nascitur aut humi, aut saxis adhæret, aut truncis arborum putridis, nonnunquam & in Ericetis.

Subrubro vulgus pro Lichene vero, in Hepatis affectibus & nothis febribus vtitur.

Muscus montanus Corallinæformis.

Muscus Corallinus seu Corallina montana, *Tabern.* Berg Corallen Moos.

Corallinam facie, colore & duritie refert. In summis Suditorum iugis roridas petras lambit.

Muscus filicinus.

Farren Moos.

Muscus lapideus.

Stein Moos.

Supra saxa nascitur.

Ad Calculos frangendos valet.

Muscus Tegularum.

Ziegel Moos.

Hepatis obstructiones aperit & Ictericis potu medetur.

Muscus Cranij humani.

Todten kopff Moos. Hirnschädel Moos.

Siccandi vi pollet. Ad immodicos sanguinis fluores compescendos certum remedium.

Myrrhis montana.

Cerefolium syluestre.

Berg körffel.

Ad riuulos montium herbidis & pratensibus radice perennat. Flores fine Maij & initio Iunij in vmbella suaui-

suauiter rubei; folia Cereolij Hispanici odorata, amara nonnihil & tenuium partium.

Napellus maior.

Ἀκόνιτον.

Napellus vulgaris, *Cl. P.*

Napellus verus cœruleus, *Aduers.*

Aconitū Lycoctonon cœruleum, *Gesn.*

Vulparia, vulpicida.

Fuchswurtz.

Würgling/ ZiegenTod. *Fl.*

Eisenhütlin.

Blawkappenblumen.

Luxuriat vbertim in accliuibus Alpium saltubus lætis & herbidis. Augusto floret. Venenum est perniciosum & toto genere corpori nostro aduersatur.

Capras enecat, si ab ijs deuoretur. Cuius antipharmacum est butyrum simplex vel cum Sigillata, quod montium incolæ optimè norunt.

Radix Napiformis recens cum squama Aeris commixta panaricium, vulgò den Wurm curat, Rusticorum experimento.

Napellus minor.

Napellus angustifolius.

Aconitum lycoctonon cœruleum paruum, *Dodon.*

Klein Fuchs wurtz.

In saltubus montosis ad Boberum fluuium.

Nasturtium aquaticum.

Καρδαμίνη.

Σισύμβριον ἕτερον, *Dioscor.*

Sisymbrium aquaticum, *Mattiol.*

Crateuæ Sion Erucæfolium, *Lobel.*

Sium vulgare Mattiol. *Lugdun.*

Nasturtiaria.

Brunnenkresse.

Wasserkresse.

Vbiq; circa riuulos fonticulosq; limpidos fruticat.

Per totam hyemem ferè ex montanis ad epulas infertur & acetariorum locum explet. Minus acre est quàm Nasturtium.

Expurgat Hepar, prodest Spleneticis, Hydropicis, calculosis & febricitantibus nō inutile.

Nasturtium aquaticum minus.

Crateuæ Sion minus, *Aduers.*

Bitter Brunnkresse / *Hirsberg.*

In riguis, aquosis & pratis humidioribus.

Plus

Plus amaredinis obtinet, palato minus gratum. Recens cum Pyrethro ex aceto decoctum in Scorbuto seu Stomacace haud contemnendi vsus.

Nasturtium pratense.

Σισύμβριον ἕτερον, *Dioſc.*
Cardamine pratensis.
Hyberis, *Fuchſ.*
Iberis seu Cardamantice Nasturtij folio, *Thal.*
Wieſenkreſſe.
Wildekreſſe.
Gauchblume.

Prouenit in pratis, hortis alijſque riguis & humectis locis.

Imbecillius est priori. Nã minus calefacit. Huius in flore quadruplex differentia obſeruatur. Lacteus enim est, purpureus, ſimplex & plenus. In riguis prope Hirsbergam.

Nasturtium hyemale latifolium.

Ψευδοβούνιον, *Dioſc.*
Accipitrina latifolia.
Pseudobunias, *Aduerſ.*
Bunium adulterinum.
Barbarea, *Dod.*
Scopa regia seu Sideritis latiſsima, *Fuchſ.*
Winterkreſſe.
Schnödſenff.
Habichskraut/ *Sil.*

Aruis delectatur humidis, & veruactis depreſsioribus: glareoſis etiam ad ripã Boberi, Iulio floret, Septembri ſemine prægnans.

Guſtanti primùm est ſubacris & amara, dein adſtringit. Calefacit & ſiccat, valenter extergit, Nasturtio facultate ſimilis.

Vulneribus medetur & putridis gingiuarum vlceribus.

Semen admodum acre tenuiumq́; partium, vrinas euocat, ac cohærentes calculoſas arenulas diſſoluit ac expellit.

Nasturtium μυριόφυλλον.

Thalictrum *Dod. Lugdun.* & *Tabern.*
Abſinthium Seriphium, *Matthiol.*
Sophia Chirurgorum, *Lob.*
Accipitrina tenuifolia, *Caſalp.*
Wurmkraut.
Wellſahmen.
Habichskraut/ *Sil.*

Circa loca habitata Iunio floret.

Odoris & ſaporis ingrati. Calefacit mediocriter, adiuncta refrigerante, ſiccante ad

te adstringentéq; facultate.

Necat semen lumbricos, sistit aluum. Ad dysenteriam & alui fluores vulgo notum remedium.

Nasturtium viarum.

Ἰβηρὶς Καρδαμαντικὴ.

Ἀγριοκάρδαμος.

Iberis Matt. *Dodon.*

Iberis Cardamantica, *Lob.*

Wegekresse/ *Sil.*

Klein Besemkraut.

Secus itinera agrorumq; incultas extremitates.

Calefacit 4. recessu, minus tamen siccat.

Radix contusa Sciaticæ medetur.

Nasturtium montanum.

Iberis montana.

Bergkresse.

Integra prata Maio sæpe cooperit.

Nasturtiolum alpinum.

Cardamine alpina, *Tab.*

Nasturtium petræum.

Bergkresse.

Steinkresse.

Petrosis & humidis Suditorum iugis.

Radix fibrosa, capillaris, coliculi tenues, dodrantales: flosculi candidi: semen in capsulis minutissimum.

Nigella aruensis.

Μελάνθιον siue γίτθ, *Dioſc.*

Melanthium flore maiore.

Melanthium sylu. *Lob.*

Melanthium agreste, *Tab.*

Wilder schwartzer Kümel.

Grosse Ledichtblume.

Oritur in campis inter segetes.

Catarrhos discutit, Dentium dolores lenit, nidore Serpentes fugat.

Ad omnia efficax perinde ac satiua habetur.

Nummularia.

Centimorbia, *Aduers.*

Hirudinaria.

Serpentina minor.

Egelkraut.

Pfennigkraut.

Schlangenkraut.

In scrobium ripis & vliginosis aggeribus frequenter latitat.

Glutinandi vi prædita est.

Ad vlcera oris & Stomacacen coquitur in lacte caprillo.

Ad vulnerarias potiones à Chirurgis adhibetur.

Nymphæa candida.

Νυμφαία, *Dioſc.*

Nenuphar album, *Officin.*

Heraclia, *Plin.*

Weisse Seeblumen.

Weisse SeeRosen.

Weisse Seekänlin / Tollilgen / *Sil.*

Stagnantium & resídum aquarum incola.

Colliguntur Iunio & Iulio flores ad Medicos vsus.

Flores refrigerant, humectant. Ad capitis & Hepatis calidiores affectus commendantur. Radix vino nigro decocta, potu abundantiam Mensium efficaci & certo remedio sistit.

Nymphæa lutea.

Νυμφαία ἄλλη, *Dioſc.* quòd vim genitalem conseruet inhibendo Venerem & affluentiam genituræ.

Nenuphar, siue Papauer paluſtre. *Offic.*

Geele Seeblumen.

Geele Seekänlin / } *Sil.*
Geele WeyerRosen / }

Nuſpiam nisi in aquis leniter labentibus, paludibus & amplioribus fossis.

Flores lucent Maio & Iunio odorati.

Deſiccant Radix & semen citra omnem morsum: nonnihil etiam abstergunt.

Radix sicca cum vino pota singulari remedio Mensium abundantiam sistit.

Cœliacis & Dysentericis auxiliatur, Lienem absumit. Renũ & vesicæ calidis morbis medetur.

Folia Renibus admota Seminis profluuium seu Gonorrhœam sistunt.

Onobrychis. Onobrychis, *Dodon.*

Polygala vera, *Dalech.*

Polygala Rhetica, *Geſn.*

Caput gallinaceum, *Belgarum.*

Hanenkopff.

Wild Hopffenkraut.

Apricis & aridis ad viarum margines. Rarefaciendi & digerendi vim obtinet.

Ononis spinosa.

Ὄνωνις siue Ἄνωνις *Dioſc.* quasi Asinaria seu inutilis noxiaque.

Ononis Matt. *Fuchs.*

Acutella.

Resta bouis. *Offic.*

Stallkraut.

Hawheckel.

Nascitur incultis agris secus vias: floret Iulio & Auguſto.

Radix calefac. ordine 3. Abstergit, incidit, extenuat, vrinas prouocat & lapides confringit.

Decoctum eius potũ Hæmorrhoidas sanat.

Ono-

Ononis sine spinis.

Ononis 3. nō spinosa purpurea, *Tabern.*

Purpurbraun Stallkraut.

Kuhscheisse / ob fœtorem vulgo.

Passim perenni radice in aggeribus secus itinera fruticat.

Tota videtur pinguis & hirsuta foliis maioribus & tantillum crenatis. Flores purpurei Pisi, Iulio & Augusto grauiter olent & hircum spirant.

Radix Calculosis vtilis.

Ononis lutea.

Anonis mitior flore luteo, *Clus. P.*

Ononis 4. sine spina, lutea, *Tabern.*

Natrix Plin. Herbar. *Lob.*

Geel Stallkraut.

Aliquando reperitur luteo flore, sed minus frequēs.

Ophioglossum.

Ὀφιόγλωσσον.

Lingua vulneraria, *Cord.*

Echioglossum.

Naterzünglin.

Einblatt oder rechter Wiederthon mit Zünglin / *Sil.*

Pratis montosis Maio & Iunio occurrit inter gramina.

Sapor herbæ subdulcis, modicè tenuis & aliquantulum glutinosus. Radix paulatim amarescit & subacris est. Vulneraria est.

Succus illitus apum ictibus auxiliatur.

Orchis I.

Orchis maximis bulbis.

Orchis 1. nostra maior, *Lobel.*

Cynosorchis prior, *Dodon.*

Orchis, *Offic.*

Knabenkraut.

Bulbi Iuglandis magnitudine sunt, candidi, lucco viscido albo turgentes

Circa Poidebrad Boiemiæ in monticulo VVosskobr: Maio floret.

Abundat humiditate excrementitia & flatuosa, sapore subdulci.

Bulbus ex vino potus cum modico Piperis, Impotentes & frigidos mirifice iuuat.

Condiuntur pro Hecticis & tabidis.

Orchis II.

Orchis diphylla flore albo.

Hermaphroditica 2. Corn. Gem *Lobel.*

Testiculus leucanthemus, *Matthiol.*

Testiculus bifolius, *Cord.*

Satyrion Dioſc. *Fuchſ.* à Satyrorum laſciuia & libidine.

Creutzblum.

Weis Knabenkraut.

Stendelwurtz mit weiſſen blumen.

Weiſſer Guckuck/ *Sil.*

Copioſè in pratis montium ſiccioribus & alijs apricis Ericetis prouenit.

Flores Iunio, Iulio ſpicati candidi auiculæ volantis figura prominent, ſuauiſsimi odoris. Calefaciunt & humectant, guſtu dulces, excrementitij & flatulenti: Venerem excitant. Saccharo conſeruantur Hecticis, exhauſtis, Phthiſicis ſalubres. Impotentes additis aromatis mirificè recreant.

Orchis III.

Orchis triphylla.

Satyrium trifolium, *Fuchſ.*

A priori numero foliorũ ſolummodo diſcernitur.

Orchis IV.

Orchis lutea.

Teſticul⁹ *Muſcarius 3. Tab.*

Knabenkraut mit gelben blumen.

Gelblichter Kuckuck.

Iunij initio flores ſubluteos erigit pratis montoſis aridioribus.

Folia vt plurimum ſecundum caulem habet quaterna: Radices bulboſæ, teretes, oblongæ.

Orchis V.

Orchis minima.

Orchis ſpiralis minor, *Lob.*

Teſticulus minor odoratus, *Tabern.*

Satyrium exiguum & 7. *Trag.*

Standhart.

Mariendrehen.

Klein wolriechend Knabenkraut.

Æditis naſcitur campis iiſque ſubcaluis, veluti in Probſthan ſub acuto monte.

Floſculi Auguſto coliculum palmarem, tenuem inuoluti clauiculatim ambiunt odorati, candidi; bulbi longiuſculi bini ſubſunt.

Orchis VI.

Teſticulus odoratus maior, *Dod.*

Tetrorchis vel Triorchis alba ſpiralis vel autumnalis, *Lobel.*

Gros wolriechend Knabenkraut.

Iiſdem fruitur natalitijs.

Ei per omnia aſsimilis, niſi quòd tota maior ſit & bulbulis oblongis, ternis, aliquan-

quando quatuor donetur.

Orchis dactylitis paluſtris I.

Orchis dactylitis paluſtris polyphyllos.

Serapias paluſtris latifolia, *Lobel.*

Satyrium baſilicum folioſum, *Dod.*

Palma Chriſti paluſtris 3. *Tabern.*

Waſſer Hendelwurtz.

Roter Guckuck/ vulgò.

Adeò multis ſecundum caulem folijs abundat, vt etiam inter ipſos flores rubentes ſed tamẽ minora exeant.

Maio pratis humidioribus frequens.

Orchis dactylitis paluſtris II.

Serapias paluſtris 2. leptophylla, *Lobel.*

Palma Chriſti paluſtris 1. *Tabern.*

Geſprengt Knabenkraut.

Folia ſunt maculoſa, inter quæ emicant floſculi rubentes.

Orchis dactylitis paluſtris III.

Palma Chriſti paluſtris 2. *Tabern.*

Cynoſorchis paluſtris læuifolio & anguſto, *Cornel. Gemma.*

Schmalblettericht Knabenkraut.

Pratis altioribus montiũ Maio & Iunio floret. Radix vtraq; quaternis digitis diſtinguitur: folia anguſtiora vt plurimum terna.

Orchis dactylitis montana I.

Palma Chriſti & Serapias maius læuifolium, *Lobel.*

Satyrium baſilicum mas, *Dodon.*

Palma Chriſti 1. *Matthiol.*

Hendelwurtz Mennlin.

Iunio & Iulio montoſis occurrit pratis.

Orchis dactylitis montana II.

Palma Chriſti minor mas, *Tabern.*

Palma Chriſti minor rubello nitente flore.

Palma anguſtifolia nullis inſperſis punctulis, *Lobel.*

Satyrion baſilicum mas.

Klein Hendelwurtz Mennlin.

Iiſdem locis.

Orchis dactylitis montana III.

Palma Chriſti maculata

montana *Tabern.*

Serapias candido flore montana maculatis foliis *Lobel*

Hendelwurtz mit weissen blumen.

Creutzblum.

Flores candidi, sed maculis purpureis aspersi, nonnihil odorati.

Orchis dactylitis montana IV.

Satyrium alpinum angustifolium minus odoratius.

Wolriechend Alpen Hendelwurtz.

Folia ei oblonga porracea: flores dilutè purpurascunt, suauiter odorati in coliculis palmaribus.

Nonnisi in summis Suditorũ herbidis iugis Augusto reperitur, veluti vber den Schneegruben.

Origanum vulgare.

Ὀίγανον ἄγειον, ἀπὸ τοῦ ὀξύνειν γένω quòd acuet & illustret Oculorum aciem.

Origanum sylu. purpureum & albo flore.

Origanum siue Onitis maior *Lobel.*

Dosten/ rotè Dosten.

Wolgemuth.

Incultis & apricis montosis nascitur.

Odoratum est & gustu subacre. Excalefacit, siccat, aperit, digerit, incidit, resoluit. Expectorat: prodest obstructionibus Pulmonum, Hepatis, Matricis & Lienis. Icteritiæ medetur.

Puluis sumtus frequenter Lac Mulieribus auget & Infantibus quoq; prodest.

Scabiem, Prurigínem, Psoras in balneis curat.

Additur Cereuisiæ, & in dolium suspenditur, ne facilè acescat.

Ornithogalon vernum.

Ornithogalon Pannonicum flore luteo *Cl. P.*

Sisynrichium *Cord.*

Bulbus syluestris *Dodon.*

Cepula stellata.

Feldzwiebel.

Ackerzwiebel.

Floret vere, & breui tempore exarescit, inter Fumarias bulbosas passim lætatur. In agris etiam frumentarijs.

Radix ad vlcera mammia & depascentia vtilis. Conuulsionibus. Infantium ex lacte instillatur.

Orobanche.

Ὀροβάγχη Dioscor.

Λεοντοβοτάνη.

Sommerwurtz.

Schmerkraut.

Nascitur in segetibus inter Legumina. Etiam in syluis sub Fagis. Maio & Iunio floret.

Frigidæ est & humidæ naturæ.

Orobus syluaticus vernus.

Orobus Pannonicus 1. *Clus. P.*

Astragalus sylu. vernus.

Arachus latifolius *Dod.*

Wald Eruen / Wald Wicken *Sil.*

In syluis Aprili floret veris nuncius.

Maio & Iunio semen maturescit, quod amaricat & calidiusculum est, abstersoriæ facultatis.

Oxyacantha.

Ὀξυάκανθα Diosc. *Lobel.*

Spina appendix Plin. *Gesn.*

Pyracantha *Cordi.*

Cynosbatus *Trag.*

Sorbus aculeata *Nonnull.*

Christdorn / Weißdorn.

Måldorn / Målbaum.

Hagedorn.

In syluis, sepibus & frutetis notissima.

Fructus adstringit, roborat, prohibet.

Baccæ deuoratæ alui & feminarum sistunt profluuia.

Nuclei triti poti Calculos imminuunt.

Radix illita aculeos & spicula extrahit. Lignum tenax, densum à fabris ferrarijs ad manubria Malleorum expetitur.

Aqua ex floribus destillatur Pleureticis vtilis.

Panax Heracleum.

PAnaces Heracleum vel Sphondylium 2. *Dodon.*

Branca vrsina alpina.

Πάναξ ἡράκλειον.

Πάνακες q. ἄκος πάντων i. medela omnium morborum.

Grosse Berg Bårenklaw.

In montibus herbidis locis fruticat.

Papauer erraticum maius seu I.

Μήκων ῥοίας Diosc. παρὰ τὸ ῥεῖν.

Papauer erraticum fluidum *Mattiol.*

Papauer Rhœas seu caduco flore puniceo *Aduers.*

Papauer rubrum *Officin.*

Rote Kornblumen *Sil.*

Feld Mohen.

Klapper Rosen.

Belle colorati flores Maio ac Iunio pulchritudine venusta-

nustateque quandam gratiam conciliant.

Refrigerant & soporem inducunt Flores. Ex Scabiosæ, Cardui benedicti, aut Cerefolij aqua contra Laterum dolores & sanguinis sputum vtiliter bibuntur.

Syrupus è succo pulcerrimus coquitur in calidis defluxionibus & Pleuresi vtilissimus : somnum conciliat & tussim ex acri destillatione mulcet.

Folia Igni sacro medentur.

Papauer erraticum minus seu I I.

Ἀργεμώνη *Dioscor.*

Argemone capitulo torulis carinato *Lobel.*

Argemone *Lacunæ.*

Kleine Klapperrose.

Maio floret inter segetes.

Vis huic absterssoria & digerens. Folia illita inflammationes compescunt. Succus argemonas & nubeculas Oculis dispellit.

Papauer erraticum I I I.

Papauer fluidum 3. capitulis longioribus *Lobel.*

Argemone capitulo longiore.

Acker Mohen mit langen Heuptlin.

Ijsdem natalibus gaudet.

Parietaria.

Ἐλξίνη Dioscor. *Aduers.*

Πυρέθριον. *Gal.*

Vitriola seu Perdicium *Cels.*

Muralis herba *Plin.*

Vrceolaris *Scribon.*

Tag vnd Nacht.

S. Peterskraut.

Glasekraut.

Tröffkraut.

In Muris & parietibus muscidis oritur.

Sola radix hyeme restat.

Gustu est abstergente, nitroso, bliteo. Abstergit, leuiter constringit cum humiditate subfrigida. Iecinoris, Lienis & Renum obstructiones tollit, internos meatus & Matricis præcipuè vitia expurgat.

In Balneo curat scabiem serpentem Infantium, vnde macrescunt, die Megerey.

Additur commode Enematibus in Colica, Renum & vteri affectibus.

Parietaria syluestris.

Sideritis pratensis rubra *Lugdunens.*

Euphrasia 2. *Dodon.*

Erico-

Ericoides rubrum *Thal.*

Odontites Plin. *Tabern.*

Triticum vaccinum flore purpureo.

Wild Tag vnd Nacht *Sil.*

Brauner Augentrost.

Vliginosis non aridis prouenit locis. In agris segete demessa, pagorumq́; areis Iulio & aliquot pòst mensibus cum flore viget.

Gustu amara est & tenuium partium, Abstergendi vi pollet.

Vulgus herbam tritam in calceos conijcit singulari experimento immodicos Menses reprimentem.

Pastinaca syluestris latifolia.

Elaphoboscum erraticum.

Sisarum erraticum.

Branca Leonina.

Wild Morellen.

Hirtz Marillen.

Rauher Gierisch *Sil.*

Folia obtinet Pastinacæ, seu potius Angelicæ erraticæ, magis nigricantia, tantillum hirsuta, odore ferè Mirrhidis: cuius & semen æmulatur oblongum, nigricans, splendens, sed minus, Septembri maturescens. Radix in fibras diuaricatur crassas, saporis & odoris aromatici.

Luxuriat restibili prouentu ad margines & sepes hortorum.

Gustu amara est & odorata cum leuicula adstrictione.

Pastinaca sylu. tenuifolia.

Δαῦκος ἄγριος.

Daucus vulgaris *Clus. P.*

Daucus *Offic.*

Carotta syluestris *Vulgi.*

Nidus Auis.

Wilde Möhren.

Vogels Nest.

In campestribus, locis incultis, collibus amœnis & aggeribus secus itinera frequens.

Augusto semen legitur: floret Iunio.

Semen ad omnia potentius satiua.

Calefacit, siccat, aperit, attenuat, vrinas mouet & Menses prouocat.

Confert ijs, quos vrinæ difficultas torquet, aut lateralis dolor excruciat, aut quibus aqua Cutim subiuit. Aduersus Ventriculi & Coli dolores vtile.

In vertigine & Cephalalgia

gia vulgi vsitatum remedium.

Periclymenum rectum.

Periclymenum Allobrogum seu Periclymenon rectum *Aduers.*

Xylosteum *Dod.*

Orcheocarpos *Cord.*

Beinhöltzlin.

Hunds Kirschen } *Sil.*
Teuffels Kirschen }

Passim in Conuallibus montium altissimorum syluosis occurrit.

Ligni materies candidissima ossium duritiem æquat.

Persicaria minor acris.

Ὑδροπέπερι *Diosc.*

Persicaria mordax.

Pulicaria mascula *Brunfels.*

Wasser Pfeffer.

Mückenkraut.

Flöhkraut.

Brennender Rottich *Sil.*

In scrobibus aquâ stillantibus & herbidis vdis ad vrbes & Pagos nihil vulgatius.

Gustu acris & feruida linguam vellicans. Incidit, extenuat, aperit, resoluit, discutit, exulcerat.

Tumores veteres duritiasq; discutit & sugillata delet. Vulnera & vlcera mitificè purgat.

Herba recens carnibus apposita, eas à tineis & vermibus vindicat.

Cubiculis inspergitur ad pulices enecandos.

Persicaria maior mitis.

Persicaria mitis maculosa *Aduers.*

Persicaria maculata *Thal.*

Pulicaria femina.

Flöhkraut.

Rottich.

Flecken Rottich.

Nascitur humecto solo in hortis, agris fructiferis. Iulio & Augusto floret.

Temperiem habet frigidam & nonnihil siccam.

Inflammationibus incipientibus & recentibus vulneribus prodest imposita.

Persicaria pusilla repens.

Persicaria pumila *Tabern.*

Klein liegender Rottich.

Iisdem locis nascitur.

Peruinca.

Clematis daphnoides *Lobel.*

Vinca peruinca.

Viola Mortuorum.

Κλήματις δαφνοϊδὴς *Diosc.* ἀπὸ τῶν κληματίδων à sarmentis seu malleo-

malleolis vitis.)

Syngrün/ Jngrün.

Wintergrün.

Beerwinckel *Sil.*

Secus mœnia oppidorum & vrbium, nec non in ſyluis, vmbroſis locis oritur. Vere floret. Refrigerat, adſtringit, ſiccat. Vulneraria eſt. Contra Pecorum veneficia vetulis nota.

Petaſites Herbariorum.

Πετασίτης *Dioſc.* παρὰ τοῦ πετάσου.

Βήχιον μέγα.

Ἐννεαδύναμις.

Petaſites flore purpureo.

Tuſsilago maior *Mattiol.*

Radix peſtilentialis.

Neunkrafftwurtz } *Sil.*
Schweißwurtz }

Peſtilentzwurtz.

In pratis riguis, ad riuulorum margines. Aprili flores oſtentat purpureos, qui Maio ſuccreſcentibus folijs absq; ſemine pereunt. Radix calefacit, ſiccat 2°. gradu; attenuat, incidit, abſtergit. Amara guſtu & ingrati odoris. Peſtilentibus febribus malignisque publicè graſſantib. plurimùm commendatur. Vteri præfocationes tollit, lumbricos Ventris interimit, Pectorisq; affectibus haud inconueniens.

Folia eius grandia Caput à Solis æſtu vice galeri defendere poſsunt: recentia manantibus & erodentibus vlceribus vtiliter imponuntur.

Petaſites alpina.

Ἐννεαδύναμις ἄγριος.

Petaſites maior alpina flore albo.

Petaſites alba ſiue femina.

Wilde Neunkrafft.

Montibus altioribus humidis & vmbroſis familiaris. Flores ſublutei Aprili & Maij initio conſpicui.

Amara eſt radix acrimonia linguam feriens.

Myrrham nonnihil ſapore refert. Earundem cum priori virium.

Phyllitis.

Φυλλίτις ἢ σπλήνιον *Dioſc.*

Folioſa.

Lingua ceruina.

Scolopendrium vulgò *Officin.*

Hirſchzunge.

Hirſchzungenkraut.

Ad Carpathum Marcomannorumque montes vmbroſis vdisque ſaxis quouis Anni tempore viret. In Riphæis non item, niſi in Acuto mon-

to monte & parietinis puteorum.

Sapore est exiccante non ingrato & acerbo subadstringente.

Lienibus medetur. Diarrhœas, Dysenteriam & alui profluuia pota iuuat.

In vino Serpentium morsibus auxiliatur & gargarizatu Columellam prolapsam erigit.

Aqua destillata ad febres pestilentes magnam opem fert.

Picea.

Πίτυς, *Dod.*
Πεύκη, *Dioscor.*
Πίτυς ἀγρία, Theoph. *Nonn.*
Abies 1. & rubra, *Trag.*
Abies femina, *Bellon.*
Fichtenbaum/ Fichte.
Rote Tanne.

Piceâ perpetuò virent Sudeti montes.

Materies ad ædium fabricas, vasa Cereuisiaria & alia domestica vtensilia aptissima habetur.

Cortex siccat, adstringit Pini modo. Coriarijs expetitur ad densanda coria, vulgo Lauh/ Looh.

Folia trita illita potenter inflammationes leniunt.

Piceæ Resina.

Πίτυος ξηρὰ.
Φύσημα πιτύϊνον, *Gal.*
Hartz.
Fichtenhartz.

E picea sponte vel vulnerata exit, mox concrescens. Hæc decocta donec perdito natiuo odore friabilis & arida redditur, vocatur Resina cocta.

Pix fricta.
Geschmeltzet Hartz.
Weis Hartz.

Eligitur ad vsum Medicũ candida, pura, sordium & adustionis expers.

Sapore est amariuscula & subacris. Calefacit, siccat, mollit, discutit, expurgat: tenuium partium.

Malagmatis Acopisq; miscetur. Vnguentis & emplastris commodè additur.

Cereuisiæ Hordeaceæ Nõnulli incoquunt, vt ei gratiorem saporem concilient.

Pix nigra.

Πίσσα ξηρὰ, *Dioscor.*
Παλίμπισσα.
Pix secundò decocta.
Pech/ schwartz Pech.

Fit ex Resina Piceæ & Pini syluestris.

Frequens eius vsus ad dolia Cereuisiaria incrustanda.

Probatur nigra, pura, pin-

pinguis, odorata. Excalefacit, ſiccat. Malactica eſt, durities emollit, pus promouet, tubercula panosq́; diſcutit, vlcera caua replet, vulnerarijs commodè permiſcetur.

Piloſella maior.

Μυὸς ὦτις, *Dioſc.*

Piloſella repens hirſuta, *C. B.*

Auricula Muris maior.

Meusöhrlin.

Gros Nagelkraut.

Montibus & aggeribus herbidis nota.

Aliquantulum eſt calida & reſiccans, adſtrictoriæ facultatis particeps cum quadam tenuitate. Adſtringit, abſtergit, incidit, glutinat, cohibet, ſiccat.

Valet ad Dyſenterias, alui profluuia, Lienis tumores, Calculum, Mammarum tumores pota ſeu admota.

In puluere ex vino rubro aut aqua conſolidæ maioris ſumta integrè ſanat Enterocelas.

Piloſella minor.

Piloſella vulgaris.

Auricula muris vulgatior.

Klein Meußöhrlin.

Nagelkraut.

Aſperis, ſabuloſis & pratis ſiccioribus, vbiuis ferè cognita.

Ex vino Hepatis infarctus tollit, Icterum extrahit, Renes purgat & Calculum dejcit. Efficaci aduerſus Ramicem commendatur remedio.

Vulneraria eſt, & à Chirurgis ad vnguenta & Emplaſtra requiritur.

Additur frequenter Balneis in Icteritia, calculo & vteri vitijs.

Piloſella alpina.

Berg Meußöhrlin.

Folia habet maiori ferè ſimilia, niſi quod ſint longiora, molliora & hirſutiora.

In montibus altis, herbidis occurrit.

Pimpinella maior.

Saxifragia magna, *Dod.*

Saxifragia vulgaris maior, *Cluſ. P.*

Bimpinella.

Groſſe Bibinell.

Roß Bibinell.

Stein Peterlin.

In pratis & pomœrijs ſaxoſis herbido ſolo oritur. Iulio & Auguſto floret.

Minus acris eſt & ſeruet, quàm Minor.

Calefacit, siccat, attenuat, dissoluit, vrinas mouet, venenis resistit, sudores prouocat: Iecinoris Lienisque obstructiones aperit: flatus discutit.

Præstat ad pectoris, intestinorum, uteri & vesicæ incommoda, ad casum & stranguriam, quam subleuat.

Pimpinella maior splendens.

Gleissende Bibinelle.

Folia ex atro virentia splendent. Rarior est vulgari, at eiusdem vsus.

Pimpinella minor.

Pimpinella simplic. Offic. *Lobel.*

Petrifindula.

Saxifragia hircina.

Tragoselinum minus.

Kleine Bibinell.

Bocks Peterlin.

Asperis & saxosis montium delectatur locis.

Sapor manifestè arguit acriorem & validiorem Maiori vim & efficaciam.

Calefac. & siccat 3. ordine. Vsus eius frequens ad sudores eliciendos, tormina ventris, calculum & Menstruorum retentionem.

Ictericis, Hydropicis, & ijs qui angustiâ Præcordiorum ex scabie repercussa sentiunt, eximium præsidium.

Pimpinella minor crispa.

Bipinella seu Saxifragia minor, *Lob.*

Pimpinella petræa seu saxatilis.

Tragoselinum petræum.

Saxifragia parua, *Dioscor.*

Krauspe Bibinell.

Stein Bibinell.

Folia ei sunt minutissimè dissecta ac serrata carui instar.

Petrosis & arenosis delectatur.

Ijsdem cum priori pollet viribus.

Pinaster.

Pinus sylu. *Matthiol.*

Piceaster, *Pet. Bellon.*

Kyfer / Kyferholtz.

Wild Fichtenbaum.

Vulgatæ notitiæ arbor, qua montosis & cliuosis integræ syluæ conuestiuntur.

Strobilos domesticis minores ferunt.

Cortex siccior est domestica, vt & Resina calidior.

Succus conorũ recentiorum vuluam angustiorẽ reddit infusus & Mammas in virgi-

virginibus nimis extuberantes cohibet.

Coni recentes decocti in insessu vesicæ & vteri vlcera sanant.

Ex Pinastro vi ignium Pix excoquitur.

Teda, Δαΐς, Byn/ Bynholtz vulgò, pinguissima est pinastri materia: inde faces fiunt & fuligo ad atramenti librarij confectionem.

Teda in aceto decocta collutu dentium dolores sopit. Emplastris addita Anthracibus pestilentialib. percommoda.

Pinaster alpin. repens.

Pinus humilis alpina.
Pinaster pumilio.
Pinus sylu. repens, *Mattiol.*
Πίτυς ἀσέλαχος.
Klein Alpen Byfer.

Caudicem nullum edit, sed humo tenus ramos à radice fundit, qui longo tractu repunt.

Non nisi summis montiũ iugis obuiam: vbi sæpe longissima & ampla spacia occupat.

Pissum sylu. perenne.

Pisum sylu. *Aduers.*
Pisum sylueſtre pannonicum.
Wild Erbſen.
Sarmgicht kraut.

Inter saxa montosis & asperis Iulio floret. Grana denorata mederi Colicæ creduntur.

Pisum sylueſtre II.

Pisum minus alterum.
Klein Wilde Erbſen.
Semen auicularum cibus.

Plantago maior.

Ἀρνόγλωσσον, *Dioſc.* ἀπὸ τῆς τῆ ἀρνὸς γλώσσης.
Ἀρνόγλωσσον πολυώνυμον.

Plantago maior latifolia, *Aduersar.*
Plantago rubra, *Trag.*
Arnogloſſa, *Lob.*
Plantago ſeptineruia.
Groſſer Wegericht.
Roter Wegericht.
Breiter Wegericht.

Plurima humectis locis, in aruis, hortis, secus itinera & sepes. Iunio floret, semen Augusto dat.

Mistæ est temperaturæ. Habet enim quiddam aqueum frigidum; quiddam verò & austerum, quod terreum & siccum.

Refrigerat & desiccat ordine 2.

Olus coctum estur, Dysentericis & cœliacis benefacit,

Comi-

Comitiales & Asthmaticos iuuat. Cum lente Alicæúe sorbitione stomachum roborat, & hydropicis, qui Leucophlegmatiâ laborant, prodest.

Vulneraria est herba, vlcera & fistulas sanat. Succus aurium doloribus & Lippitudinibus oculorum vtilissimè instillatur.

Gingiuis sanguinolentis & sanguinem reijcientibus potus confert; phthisicis & tabidis salubris.

Radix crassiorum est partium, minus refrigerat, siccat & nonnihil abstergit.

Dentium dolores mulcet collutione & commanducatione. Iecoris obstructiones tollit, Renum & Vesicæ vlcera sanat.

Semen siccioris est facultatis & minus frigidæ, subtiliumq; partium. Alui fluxus, Dysenterias, & vteri Hæmorrhagiam sistit.

Liquor stillaticius calidas Podagras in primo impetu mirificè lenit: Hydropicis vtiliter bibitur.

Plantago media.

Ἀγρόγλωσσον μέσον.

Plantago maior incana, *Aduers.*

Plantago latifolia, *Trag.*

Plantago quinqueneruia.

Mittel Wegericht.

Wegebreit/ Wegetritt.

In hortis & secus vias vt prior, nascitur, eiusdem facultatis.

Morsibus Canis, ambustis, inflammationibus, calidis Podagris folia conueniunt. Tusa addito Salis modico, Luxatis dolores & tumores tollunt.

Plantago minor.

Ἀγρόγλωσσο μικρὸν, στενόφυλλον.

Plantago longifolia vulgò lanceolata.

Plantago quinqueneruia seu Lanceola *Aduers.*

Spitzer Wegerich.

Kleiner Wegebreit.

Hunds Kipp.

Floret initio æstatis, semen Augusto legitur.

Locis incultis & vijs vulgo nota.

Siccior est & commendatiore dote ad vulnerarias potiones, vnguenta & Hernias, etiam vulgi experimento.

Plantago aquatica.

Plantago palustris.

Plantago aquatica folijs Betæ

Betæ aut Plantaginis Galij albi flore *Lobel.*

Wasser Wegerich.

Froschkraut *Sil.*

Frosch Wegerich.

Piscinis, fossis alijsq; stagnantibus perquam familiaris.

Refrigerat & siccat, non prorsus caloris expers, cum aliquantulum acris abstergendi vim habeat. Procidentia curat, rubentem Podagram, Capitis dolorem à calida causa mulcet, cruento sputo vrineq; medetur.

Radices in vino decoctæ, ijs qui Calculo Renum & Vesicæ molestantur solatio sunt.

Plantago aquatica minor.

Plantago Germanica Trag. Acer maior Pneumonanthe Plantago aquatica angustifolia humilis.

Klein Wasser Wegerich.

Vbis reperitur.

Polygala cæruleo flore.

Polygala Recentiorum *Lob.*

Flos Ambarualis *Dod. Tr.*

Πολύγαλον, παρὰ τὸ πολὺ γάλα.

Ramseln.

Gros Creutzblümblin.

Nusquam non in pratis alijsq; campestribus herbidis Maio, Iunio, Iulio occurrit.

Pota seu in sorbitionibus sumta Lactis vbertatem reuocare fama est.

Tusa imposita inflammationes & tumores lenit.

Polygala rubris floribus.

Polygala incarnata.

Polygala flore purpureo.

Leibfarben Naterblümblin.

Polygala albis floribus.

Polygalon floribus candidis, *Trag.*

Polygala maior alba, *Tabern.*

Grosse weisse Naterblümlin.

Polygala repens.

Polygala repens Nuperorum.

Kriechend Naterblümlin.

Polygala Mattioli.

Polygala, *Mattioli.*

Kleine geele Bergwicken.

Planta est pusilla flosculis luteis Trifolij corniculati, sed multò minoribus: semen in siliquulis.

Aestate floret apricis & incultis locis circa Schatzlarium.

Gustus est adstringentis.

Polygonatum latifolium.

Polygonatum Lob. *Dod.*

Sigillum Solomonis platyphyllum.

Πολυγόνατον *Dioſc.* ἀπὸ πολλῶν γονάτων, à frequentibus geniculis & internodijs seu articulis radicis.

Gelenckwurtz.

Weißwurtz.

Schmynckwurtz.

Nascitur in montibus, collibus & syluis.

Maio & Iunio floret, Augusto baccæ conspiciuntur.

Mistam habet facultatem. Adstrictionis enim pariter & acrimoniæ & amaritudinis particeps, & indicibilis cuiusdam insuauitatis.

Radix vulneraria est. Vulneribus illinitur efficaciter, næuos & maculas extergit.

Fœminæ eâ ad fucos vtuntur.

Additur Emplastris Herniarijs.

Polygonatum angustifolium.

Polygonatum tenuifolium, *Cordi.*

Polygonatum minus Rubiæ folijs, *Lobel.*

Polygonatum vulgatius Matt. *Camer.*

Serpentaria, à versicoloribus Serpentum maculis, quibus caulis respersus est.

Weißwurtz weiblin.

Schlangenkraut/ } *Sil.*
Wilder Dreyeckker/ }

Frequentius est latifolio in montibus herbidis & collibus syluosis.

Caules ad duorum cubitorum altitudinẽ assurgunt, qui variegati coloribus instar Dracontij maioris baccas rubras Augusto ostendunt. Ad rupturas commendatur & venenis resistit.

Aqua destill. faciem exornat, & maculas cutis abstergit.

Polygonatum III. latifolium Cl. P.

Polygonatum latifolium ramosum.

Laurus Alexandrina, *Matt.*

Cornus Silesiaca humilis.

Δάφνη Ἀλεξανδρεία Dioſc. *Nonn.*

Schwalbenwurtz.

Filtzkraut. *Sil.*

Zapffenkraut.

Radix exilis, fulua, villosa, plurimis crassiusculis fibris

bris veluti intertexta: fructus Corni oblongi primùm virentes, dein Augusto rubescunt multa grana albicantia claudentes. Iulio flosculos promit stellatos pallentes.

Humidis & vmbrosis Suditorum locis.

Radix contra venena efficax, Lue Venerea affectis vtilis. Regium morbum discutit pota.

Polygonum maius.

Polygonum mas vulgare, *Aduerſ.*

Corrigiola, Centumnodia.

Herba sanguinalis.

Πολύγονον ἄρρεν, *Dioſc.*

Sähngraß/ *Sil.*

Weggras/ Wegtritt.

Blutkraut.

Hoc nihil contemtius ac vulgatius habent compita & rura.

Iunio prorumpit, æstate floret, autumno semine prægnat.

Adstringit mediocriter cũ frigido aqueo. Siccat, repellit, sistit omnes fluxus, vrinam ducit, glutinat, venenis medetur, calculum per vrinas ducit. In fluxu Sanguinis cum vino stiptico remedium præstantissimum.

Polygonum minus.

Polygonum minus polycarpum, *Tabern.*

Centinodia minor.

Multinodia minor.

Ruella.

Klein Wegetrit.

Knauel.

Klein Knödrich/ *Sil.*

Sabulosis & aridis passim obuium.

Gustu dulce est. Omnem calorem temperat, sistit fluores alui, Dysenteriam, Menses nimium fluentes, hæmorrhagiam Narium, pellit calculum, arenulas & vrinam.

Ex aceto coctum vapore eius ori immisso vermiculos dentium enecat, Plebeculæ experimento.

Polygonum foliis rubentibus.

Polygonum rubrum.

Roter Wegetrit.

Rot Sähngras/ *Sil.*

Blutkraut.

Vias & margines agrorum occupat.

Polygonum Coccigerum.

Polygonum Polonicum.

Polygonum minus alterũ.

Herba Cancri.

Blutkraut.

Krebskraut.
S. Johannis blut.

Radiculis adnascuntur vesiculæ succo rubro turgentes, quæ vt plurimum circa solstitium deprehenduntur, Sole ingrediente Cancrum.

In Polonia frequentius: succus colligitur ad tinctorum vsum.

Polypodium.

Πολυπόδιον *Dioscor.*
Filicula.
Steinwurtz.
Steinlackritze.
Engelsüsse.

Abundat opacis syluis & montibus ad radices Quercuum, Fagi, ad petras item muscidas. Præcellit quernum.

Radix dulcis est simul & austera siccæ & modicè calidæ naturæ. Purgandi vim habet. Bilem atram & pituitam detrahit.

Additur medicamentis ad Quartanam, Melancholiam & grauia Insomnia. Asthmaticis, tussientibus, Hepatis & Lienis obstructionibus conueniens.

Puluis naribus inditus Polypum morbum consumit.

Trita luxatis efficaciter illinitur & aduersus rimas, quæ inter digitos Manuum & pedum sunt, cum Melle illinitur.

Polytrichon maius.

Polytrichon Apulei *Fuchs.*
Polytrichum aureum maius *Lugdunens.*
Adianthum chrysostichon *Herbar.*
Muscus capillaris *Dod.*
Gülden Widerthon.
Venushaar.
Wolffsgerste *Sil.*

In altiss. syluis. è muscosis & antiquis quæ corruerunt arboribus prosilit.

In calore & frigore videtur symmetrum, siccum vetò aliquantulum.

Potum excreationibus viscosorum & crassorum humorum è Thorace Pulmonibusque conducit. Lapides frangit, vrinas ducit, Morbo regio correptis & Lienosis auxiliatur.

Strumas discutit.

Lixiuio inditur, vt Capillis conciliet aureum colorem.

Superstitiosè aduersus veneficia commendatur ab Agyrtis & vetulis.

Polytrichon medium.

Adian-

Adianthum ἄφυλλον medium *Thal.*

Mittelgülden Widerthon.

Eadem occupat loca.

Polytrichon minus.

Polytricum aureum minus *Lugdun.*

Adianthum aureum minus *Tabern.*

Adianthum ἄφυλλον minus *Thal.*

Klein gülden Widerthon.

Prædictis omninò simile, nisi quod breuissimo & subtilissimo protuberet capitulo.

Plerunq; humidis & rorulentis saxis adnascitur, in syluis humectis & vliginosis pratis. Eiusdem vsus.

Populago vide Caltha palustr.

Populus alba.

Λεύκη *Dioscor.*

Populus alba latifolia *Lob.*

Arbor admirans *vulgo*, ob folium bicolor, supernè candicans, inferiore parte viride.

Weis Pappelbaum.

Wunderbaum.

Papierbaum.

Weisse Pappelweiden.

Non admodum frequens. Loca amat vliginosa & humida.

Vim habet humectandi & siccandi.

Folia decocta, potu torminibus ventris medentur. Ambusta sanant imposita.

Populus nigra.

Αἴγειρος. *Dioscor.*

Populus vulgaris *Trag.*

Albarus *Pet. Crescen.*

Pappelbaum.

Pappelweide.

Schwartz Pappelweide.

Plantatur & sponte luxuriat secus amnes in areis pagorum & pratis.

Rami ab Agricolis Octobri decerpti exiccantur cum folijs, ad pabulum hyemale Capris & Ouibus.

Folia & flores digerunt, resoluunt, attenuant. Ex aceto illita Podagricos iuuant.

Populi gemma.

Σπέρμα, πύελη.

Oculi Populi.

Pappelknospen.

Colliguntur post Aequinoctium vernum ad vnguenti Populnei confectionem.

Calefaciunt, humectant, siccant cum partium tenuitate: molliunt, digerunt, resoluunt.

Acopis & Malagmatis com-

commodè miſcentur. Contuſa cum butyro recenti inſulſo inſolata & illita, capillis nitorem conciliant.

Populus Libyca.

Κρηὶς *Theophr.*
Populus alpina *Mattiol.*
Populus montana *Gaz.*
Arbor tremula.
Aſpe/ Eſpenbaum.
Lybiſcher Pappelpaum.
Zitter Pappel.

Amat aquoſos & humidos montium ac ſyluarum tractus.

Nucamenta Aprili collecta aceto macerata contra Hæmorrhagiam, aut conuenienti medicamento imbuta Naribus induntur.

Ligni materies candidiſſima & leuiſsima à tornionibus expetitur.

Porcellia, v. Hieracij 16.

Porrum alpinum.

Porrum iuncifolium maius.
Porrum ſectiuum maius.
Cepa ſectilis alpina.
Bergzwibeln *Sil.*
Lauchzwibel.
Bergſchnitlauch.

In conuallibus Oupæ & Mumelæ, Im Aupen vnd Mumelgrunde & ad lacum maiorem.

Iisdem pollet viribus vt Porrum ſectiuum, Hyemis ac frigoris patiens. Iulio floret.

Porrum agreſte.

Ἀμπελόπρασον *Dioſc.*
Porrum ſylueſtre *Lobel.*
Ampelopraſum *Dodon.*
Wilder Lauch.
Wilder Brietzlauch.
Hunds Knoblauch.

In agrorum oritur marginibus. Plus quàm porrum calefacit, Κακοσμαχώτερον, vrinas ac Menſes vehementiùs ciet. Contra Serpentium morſus ſuccus vtilis.

Porrum agreſte proliferum.

Allium ſeu Moly montanum 2. *Cluſ.*
Ampelopraſum proliferum *Lob.*
Paſſacana.
Wilder Knoblauch.

Agris naſcitur incultis & quieſcentibus.

Calidæ eſt & ſiccæ naturæ.

Potamogeton anguſtifolium.

Ποταμόγειτον *Dioſc.*
Στοιχάς.

Pota-

Potamogeton ἱπεόφυλλον, *Thalij.*

Phyllitis lacuſtris *Cord.*

Samkraut.

Seeholdenkraut.

Alumna eſt aquarum ſtagnantium, lacuſtrium & torpentium.

Guſtu adſtringit, ſiccat, refrigerat, denſat. Ex vino dyſentericis & Cœliacis medetur.

Potamogeton rotundiore folio.

Potamogeton λεπτόφυλλον *Thal.*

Breitblettericht Samkraut.

Spicatos flores erigit Iulio ex paludibus ſeu piſcinis.

Potentilla.

Χαμαιῤόδον *Plin.*

Argentina *Aduerſ.*

Anſerina.

Stephanomelis *Plin.*

Genſerich.

Grenſerich.

In pratis vdisq; vijs nihil vulgatius, ſerpendo ſeſe propagat.

Calore moderato exiccat, adſtringit, repellit, viſcera roborat, ſanguinem grumoſum potu diſſoluit, Calculum frangit & dyſentericis vtilis. Alui quaſuis fluxiones & feminarum profluuia cohibet additis Corallijs & Ebore. Interiora vulnera & vlcera maligna oris pudendorumque ſanat.

Gargarizatu commotos dentes firmat & laxas gingiuas prolapſamq; Columellam reſtituit.

Puluis intertrigines iumentorum inſperſus curat.

Aqua ſtillatitia Lentigines, panos & maculas fuſcumque colorem Sole contractũ delet.

Primula veris odora.

Primula lutea odora, *Aduerſ.*

Herba Paralyſis vulg. *Cl. P.*

Verbaſculum odoratum, *Fuchſ.*

Arthetica, *Officin.*

Betonica alba.

Schlüſſel blümlin.

S. Peters ſchlüſſel.

Gicht blumen.

In pratis aridioribus & ſecus vias graminoſis locis. Maio flores leguntur.

Folia modicè amara & acria ſunt. Flores ſuauem ſpirant odorem, Calidæ & ſiccæ naturæ tenuiumque partium.

Tota

Tota Articularibus morbis auxiliatur; admodum vtilis capiti, neruis & humorum, ex decubitu, putredini aut inflammationi.

Flores ex Saluiæ & Maioranæ decocto, Resolutis ac tremore affectis potu conferunt.

Saccharo conseruãtur paralyticis, Apoplecticis, tremulis & ijs qui crebras patiuntur Syncopas profuturi.

Aqua ex floribus ad eosdem vsus elicitur.

Herba vulneraria est, Articulorum doloribus vtiliter imponitur.

Succum epotum atq; etiam illitum fractis luxatisq; ossibus conferre experimento notum est.

Radices decoctæ & epotæ Renum & Vesicæ calculos atterunt.

Primula veris inodora luteopallida.

Primula veris Trag. v. Bellis ...

Herba paralysis sylu. *Trag.* primula veris maior, *Dod.*

Φλόμις.

Wilde Schlüsselblumen.

Bleichgeele Schlüsselblumen.

In pratis vliginosis & riguis, syluis & frutetis montium Aprili flores explicat. Vulneraria est. Contusis & ruptis salutaris.

Primula veris inodora alpina.

Verbasculum alpinum angustifolium.

Berg Schlüsselblümlin.

Folia eius longiora sunt, flores luteoli, odoris expertes.

Maij fine & Iunij initio in montibus altissimis niue delapsa floret humidis & herbdiis locis.

Prunella Bugula cærulea.

Σύμφυτον χρύσιον.

Bugula prunella, *Lobel.*

Bugula, *Dodon. & Officin.*

Prunella cærulea 1. *Trag.*

Consolida media vulgo, *Clus. P.*

Blawer Guckguck/ *Sil.*

Edle Braunellen.

Gülden Günsel.

Maio promit flosculos; pratis vdis, hortis alijsq; amœnis locis familiaris.

Facultate sicca est, modiceq; calida, vulneribus vtilis imposita.

Pota Mammis & præcordijs percussis sanguinis grumos in ventriculo vel alia parte concretos disijcit.

Prunel-

Prunella Bugula incarnato flore.

Prunella purpurea vel 4. *Trag.*

Leibfarben Guckuck / *Sil.*

Edle Braunellen mit leibfarben blumen.

Prunella Bugula albo flore.

Weisser Guckuck / *Sil.*

Edle Braunellen mit weissen blumen.

Prunella petræa.

Σύμφυτον πετρφυές.

Prunella vulgaris.

Prunella, *Dodon.*

Symphytum petræum.

Consolida minor flore purpurascente.

Gauchheil / Gottheil / *Sil.*

Braunellen / S. Anthonius kraut.

Vulgo nota in pratis, hortis; locis etiam montosis, petrosis, incultis. Aestate floret. Modicè amara est. Calidæ & siccæ naturæ, admodum glutinosa, nonnihil abstergens. Vulneribus medetur.

Cum veronica Pulmoni exulcerato opitulatur, Sanguinis grumas discutit & consolidat.

Succus vt & decoctum, Linguæ, faucium & gutturis inflammationes orisque vlcera sanat.

Prunella petræa albo flore.

Prunella niueo flore.

Weisse Braunellen.

Weisser Gauchheil.

Rarius occurrit, in pago das tieffe Hartmanßdorff / cliuosis Iunio floret.

Eiusdē vt prior facultatis.

Prunus sylvestris.

Ἀγειοκοκκυμηλέα.

Acacia germanica, *vulg.*

Schlehendorn / Schlehenstrauch.

In dumetis, syluarū marginibus & sepibus nihil frequentius. Editiora & inculta occupat loca.

Tota exiccantis, adstringentis est facultatis. Flores primo vere colliguntur, resiccati in dysenteria alijsque alui fluxionibus, nec non in laterum doloribus magni vsus. Tantillum amaricant, abstergūt, siccant, cohibent.

Fructus immaturos pueris dysenteriam conciliare sæpissimè obseruaui: per maturitatem resiccati, cocti & saccharo conditi, aluum ad-

stringunt, ventriculo sunt vtiliores.

Ad vinum pendulum nihil efficacius prunis syluestribus.

Succus à Pharmacopolis inspissatur, Acaciæ vicem supplens.

Dentium dolores mulcet cortex radicis aceto decoctus, fluxionesq; inhibet.

Folia & radices gargarizatu faucium vlcera & fluxiones sanant.

Psyllium perenne.

Ψύλλιον. Theoph. *Gesn.*

Psyllium Plinianum fortè, radice perenni supinum, *Lob.*

Psillien kraut.

Sabulosis & incultis aruis agri Vratislauiensis perênat.

Pulegium regale.

Γλήχων, *Dioscor.*

Pulegium, *Herbar.*

Puleium, *Cicer.*

Poley/ Hertz Poley.

Humectis & vliginosis locis siue palustribus, quæ hybernis mensibus rigantur, Iulio & Augusto floret.

Odoratum est, gustu acri & peramaro.

Calefacit, siccat, aperit, attenuat, incidit, discutit, linquentes animo reficit.

Potu lenta & crassa excreatu facilia reddit, vrinas & menstrua pellit, partus, secundas eijcit.

Ictericos & aquâ inter cutem laborantes curat.

Capitis & neruorum affectibus ex frigiditate prognatis succurrit, visum acuit, conuulsis auxiliatur.

Pulegium ex aceto tepido potum & naribus appositum loquelam amissam statim restituit.

Pulegium syluestre.

Pulegium syluestre.

Mentha aquatica exigua *Trag.*

Wasser Poley.

Wilde Poley.

Kleine Bachmüntz.

In palustribus & scrobibus humidis.

Pulmonaria vulgatior.

Pulmonaria folijs Echij, *Lobel.*

Pulmonaria Plin. *Gesn.*

Symphytum syl. & Pulmonaria Plin. *Cord.*

Lungen kraut.

Kleine Walwurtz oder Beinwelle.

In syluis locis opacis flores Ver annunciant, folijs inte-

interim succrescentibus.

Cohibet, consolidat, siccat, abstergit.

Præfertur ad pulmonis cum vlcera, tum cæteras infectiones, & ad sanguinis reiectiones. Tabe affectis mirè conducit.

Pulicaria, vid. Persicaria. et Consyam minor.

Pulmonaria maculosa.

Symphytum maculosum, *Dodon.*

Symphytum *Plinij* mas.

Symphytum sylu. *Cordi.*

Beflecket Lungenkraut.

Hirsch Mangolt.

Flecken kraut.

Minus frequens: at eiusdem vsus.

Pulmonaria gallica I.

Pulmonaria gallica mas *Tabern.*

Pulmonaria Gallorũ flore Hieracij, *Aduers.*

Geel Lungen kraut.

Buchfôl/ Buch lattich.

In syluis cliuosis & vmbrosis montium, Iulio floret circa Gryphibergã im Lindwalde/ad Quissum fluuium.

Refrigerat, siccat, consolidat cum adstrictione. Lactescit tota & vulnera sanat.

Pulmonaria gallica II.

Pulmonaria gallica angustifolia, *Tabern.*

Buchfôl mit schmalen blettern.

Prouenit opacis syluis sub Fagis vt prior.

Pulsatilla purpureo flore.

Pulsatilla vulgaris, *Lob.*

Pulsatilla vulgaris dilutior, *Clus. P.*

Herba venti, *Trag.*

Samolus Plin. *Dalech.*

Ὀξυάμων.

Küchenschelle/ Bitzwurtz.

Graw Bergmennle/ Bocksbart.

Apricis, aridis & sterilibus delectatur.

Aprili flores erigit ex cæruleo purpureos.

Excalefacit & siccat 4. gradu. Causticæ est facultatis. Attenuat, attrahit, digerit, expurgat.

Radix folijs mitior est. Aduersus pestilentiæ contagia, venena, virulentorum animalium ictus ac morsus pota commendatur.

Cruda mansu pituitam elicit.

Pulsatilla niuea alpina.

Anemone alpina, *Gesn.*

Anemone montana Pulsatillæ folio, *Cl. P.*

Pulsatilla petræa.

Schneeblumen / Schneehenlin.

Wild Manskraut.

In celsis Suditorum iugis inter scopulos leui & tenui terra tectos. Iunio & Iulio explicat flores, postquam defluxére niues succrescentibus tremulis & comosis seminum pappis.

Pyrola maior.

Pyrola vulgaris, *Clus. P.*
Limonium, *Cord.*
Apiophyllum.
Steinpflantzen/*Sil.*
Wintergrün.
Wald Mangolt.

Montosis syluis & frigidis vdis nascitur. Toto anno viret, frigoris & hyemis patiens. Iulij fine flores elegantes odoratos candidos Lilij ferè conuallij gerit.

Refrigerat, siccat, adstringit, glutinat. Insignis vulneraria. Fistulis & alijs malignis vlceribus medetur & Hernijs vtilis. Exulceratos Renes ex aqua Symphyti iuuat.

Pyrola minor.

Pyrola tenerior s. 2. *Cl. P.*
Ambrosia, *Dalech.*
Klein Wintergrün.
Birnbeumichen kraut.

Locis vmbrosis syluarum Muscum terrestrem perreptat, coliculos cum flosculis paulatim Iunio & Iulio erigens.

Haud disparis vsus.

Pyrola fruteſcens.

Pyrola 3. *Clus. P.*
Pyrola fruticans.
Nabelkraut.
Staudecht Wintergrün.

In montibus & syluis vastis Gorlicensibus ad fines Silesiæ. Iulio flosculos niueos ostendit.

Pyrus syluestris.

Ἀχράς *Theoph.*
Pyraster.
Wilder Birnbaum.
Feld Birnbaum.

Incultis, syluis, agris & secus itinera.

Folia adstringunt. In desessionibus mulierum ad vuluæ procidentias adduntur.

Pyra syluestria.

Feldbirnen.

Duplicia sunt: maiora & minora.

Frigidæ sunt essentiæ & crassarum partium, vehementer adstringunt & siccant.

Sicca-

Siccata in vino rubro decocta Dysentericis & alui fluxionibus diuexatis auxiliantur. Idem præstant succus & aqua stillaticia.

Quercus vulgaris.

Δρῦς *Dioſc.*

Quercus satiua, vrbana.

Querquus *Aduerſ.*

Arbor Iouis.

Eichbaum/ Eiche.

In syluis, collibus & montosis gignitur.

Adstringentis est facultatis: glutinat, cohibet, sanguinis fluxionibus sistendis vtilissima.

Folia tenera & rubicunda vino decocta collutu ac gargarizatu dentium dolores sedant.

Adduntur Inseſsibus, vbi adstrictione opus est.

Aqua ex tenerrimis folijs elicitur ad faucium inflammationes, dysenteriam, & alios alui & sanguinis fluores vtilis.

Quercinæ glandes.

Βάλανοι τῆς Δρυὸς.

Eicheln.

Vrinam cient, Calculum frangunt, flatus pariunt, stranguriæ medentur.

Sues his pingueſcunt & duram solidamque carnem generant.

Memini vrgente fame Pauperes ijs loco Panis victitasse.

Capulæ Glandium.

Calix Glandium.

Ὀ μφαλὶς *Dioſc.*

Eichelköpfflin.

Sistunt, adstringunt fluorem mulierum, alba Menstrua, Dysenterias sanant, dentes ex vino rubro firmant.

Quercus pilulæ.

Onicididæ *Trag.*

Σφαῖραι τῆς Δρυὸς.

Eichäpffel.

Ad Gallarum facultatem accedunt, sed tamen ipsis infirmiores ac minus efficaces. Ad tincturæ vsum à tinctoribus colliguntur.

Vua Quercina.

Eichtraube.

In vetustis Quercubus ad caudicem præcipuè Autumno nascitur spongiosum excrementum, Artheticis medetur.

Quercus petræa.

Δρῦς ἀγρία.

Quercus syluestris.

Robur *Latinis.*

Stein Eiche.

In collibus & petrosis frequens.

Fortius lignum habet & incorruptius cæteris. Folia quamuis arescant, per hyemem non cadunt.

Quinquefolium Officinarum.

Πεντάφυλλον Dioſc. *Tabern.*

Quinquefolium maius repens *C. B.*

Quinquefolium maius luteum *Fuchſ.*

Fünfffinger Kraut.

Ad margines hortorum, in aquarijs ductibus & riguis stabulatur.

Radix eius longa sensim attenuata foris nigricans, intus subrubens adstringentis facultatis. Maio & Iunio flores splendent.

Citra morsum desiccat, minimum caliditatis habens, penetrat, adstringit, Alui profluuijs, Dysenteriæ, Intestinorum prolapsui, Igni sacro & vulneribus remedium conueniens.

Bibitur contra febrium circuitus. Succus foliorum continuis diebus potus, regium morbum sanat.

Quinquefolium vernum maius.

Pentaphyllon vernum maius.

Frue Fünfffinger Kraut.

Incultis & apricis arido solo, primo vere floret.

Siccat cum adstringendi vi, morsus expers.

Quinquefolium maius albo flore.

Weis Fünfffinger Kraut.

Radix longa, subrubra, cui sæpe annascuntur bulbuli Filipendulæ modo. Floret Maio, semen fert Iunio & Iulio. In agro Vratislauiensi.

Quinquefolium vernum minus.

Quinquefolium vernum repens.

Pentaphyllon siue Quinquefolium minus *Tabern.*

Klein kriechend Fünfffingerkraut.

In collibus siccis & secus vias Aprili occurrit.

Quinquefolium fragiferum.

Quinquefolium 3. serpens *Dodon.*

Pentaphyllon supinum Tormen-

v. Tormentillæ facie *Lob.*

Kriechend Erdbeer Fünffinger kraut.

Locis montium occurrit graminosis.

Quinquefolium syluaticum.

Quinquefolium flore albo *Matthiol.*

Pentaphyllon 1. *Clus. P.*

Wald Fünffinger kraut.

Syluarum vmbrosis ac humidis locis viget.

Quinquefolium fragiferum erectum.

Stehend oder auffrecht Fünffingerkraut.

Folia vtplurimum quina, interdum septena, rarius nouem in pediculo nascuntur. Floret Maio & Iunio, vbi & semine Fragorum instar ornatur.

Herba, radix & semen siccandi & adstringendi vim obtinent.

Quinquefolium palustre.

Quinquefolium 4. *Dod.*

Pentaphyllum rubrum palustre *Lobel.*

Heptaphyllon *Plin.* fragiferum.

Wasser Fünffingerkraut.

Rot Fünffinger kraut.

Sieben Fünffinger kraut.

Vliginosis putridis montium delectatur locis, ad piscinas & paludes fruticans. Iunio floret.

Adstringentis & siccantis facultatis est herba cum fructu.

Potum sanguinis profluuijs medetur.

Quinquefolium petræum argentatum.

Pentaphyllum album *Matthiol.*

Quinquefolium petræum maius seu 10. *Tabern.*

Gros Stein Fünffinger kraut.

Fünffblat mit weissen blettern.

Vulgaris est notitiæ. Passim in aggeribus & secus arua macro & arenoso solo fruticat. Augusto floret.

Officinæ non rectè pro vero vtuntur.

Quinquefolium alpinum splendens.

Pentaphyllum aureo flore seu 3. *Clus. P.*

Berg Fünffinger kraut mit schönen gelben blumen.

Celsioribus Suditorum iugis gelidisq; cautibus oblecta-

lectatur. Sub finem Iunij flores eleganter lutei splendent.

Radix Sibillæ Off: v. Gentiana cruciata — Pestilentialis. v. Petasites.

Ranunculus præcox candidus.

Βατράχιον, quòd humentibus & opacis locis Ranarum modo delectetur.

Ranunculus nemorosus *Lobel.*

Anemone 5. *Dod.*

Weisser Aprillen Hanenfuß.

Weisse Pusch oder wilde Veilichen.

Primo vere in syluis frigidiusculis montosis vbertim cum flore luxuriat.

Acris est & linguam vrit.

Ranunculus præcox purpureus.

Ranunculus nemorosus purpureus.

Anemone syluestris vulgaris purpurascens *Cl. P.*

Liechtrote Waldhenlin.

Rötlichte Waldveilichen.

Ranunculus præcox luteus.

Ranunculus nemorosus luteus.

Anemone sylu. vulgaris lutea *Cl. P.*

Geele Waldhenlin.

Gelbe Waldveilichen.

Non adeò frequens vt priores, inter Fumarias bulbosas ad arcem Greiffenstein.

Ranunculus Muscatellinus.

Muscatellina *Cordi.*

Ranunculus minimus septentrionalium herbido muscoso flore *Lob.*

Fumaria bulbosa seu tuberosa minima *Tabern.*

Dentaria minima.

Moschatella.

Biesem Hanenfuß.

Biesem kreutlin.

Vmbrosis gaudet frutetis, Aprili floret.

Acris est vt Ranunculus, & Moschum redolet.

Ranunculus dulcis pratensis.

Βατράχιον γλυκερὸν.

Ranunculus oleraceus.

Süsser Wiesenhanenfuß.

Passim in pratis & graminosis vdis marginibus nascitur.

Dulcis est & in cibum venit cum alijs oleraceis.

Ranunculus dulcis pratensis maior.

Ranun-

Ranunculus oleraceus maior.

Ranunculus dulcis 3. *Tabern.*

Gros süsser Hanenfuß.

Gros Schmaltzblum.

Butterblume *Sil.*

In pratis notus.

Ranunculus dulcis pratensis maculosus.

Gefleckter süsser Hanenfuß.

In pratis, hortis gramineis & agris incultis.

Ranunculus dulcis syluaticus.

Βατράχιον χρυσαῖθεμον.

Ranunculus dulcis nemorosus Martius *Tr.*

Ranunculus auricomus *Lob.*

Vnguis Leopardi.

Wald Schmirgeln.

Wild Goldgeel Hanenfuß.

Süsser Wald Hanenfuß.

Syluis humidis & opacis occurrit.

Ranunculus vulg. pratensis caustícus.

Ranunculus 2. *Matthiol.*

Ranunculus 1. *Tabern.*

Ranunculus sylu. pratensis surrectis caulículis.

Schmirgeln. *Sil.*

Gemein Wiesen Hanenfuß.

In pratis plusquam notissimus, cuius flores sæpe integra prata operiunt.

Ranunculus dulcis repens.

Ranunculus hortensis 1. *Dod.*

Ranunculus vinealis *Tabern.*

Ranunculus pratensis etiamque hortensis reptante cauliculo *Lob.*

Γλοιοπόδιον.

Geel kriechend Hanenfuß.

Weihenfuß.

In hortis oleraceis vberrimo luxu serpendo sese propagat.

Ranunculus aruensis.

Ranunculus segetalis *Cord.*

Ranunculus sylu. 3. *Dod.*

Ranunculus aruorum *Lob.*

Acker Hanenfuß.

Feld Hanenfuß.

Inter segetes Iulio floret.

Ranunculus palust. folio Apÿ.

Βατράχιον 1. *Dioscor.*

Ranunculus palustris rotundiore folio *Aduers.*

Apium risus.
Sardoa vel Sardinia herba.
Gleisblumen.
Wasser Hanenfuß.
Wasser Eppich.

Humidis & vliginosis delectatur, non rarò ad scrobes & fossas aquas habentes occurrit.

Siccat & calefacit 4. gradu cùm radix tum vniuersa herba.

Radix sicca trita q; sternutamenta ciet naribus indita.

Herba vngues scabros eximit, scabiem detrahit, & stigmata delet.

Herba in oleo violaceo macerata crustis excitandis & hæmorrhoidibus reserandis aptissima.

Ranunculus flammeus maior.

Ranunculus palustris maximus.
Ranunculus lanceolatus.
Grosser langbletterichter Wasser Hanenfuß.

In lacustribus & piscinis natales habet.

Facultate cæteris similis, acris similiter, exulcerans & vesicas faciens.

Ranunculus flammeus minor.

Ranunculus lanceolatus minor.
Ranunculus bifolius Taraconis effigie *Aduers.*
Flammula Ranunculus *Dod.*
Lingua Plin. *Lugdun.*
Ranunculus aquaticus ἀτρογλωσσόφυλλος *Thal.*
Egelkraut *Sil.*
Sperkraut.
Langer wasser Hanenfuß.

Perquam familiaris riuulis per steriles tractus segniter fluentibus. Iunio & Iulio flosculos ostendit.

Feruidissimus est & pecora enecat.

Aiunt oues hac herba pastas inflammatione Iecinoris, internorumq; viscerum erosionibus atq: exulcerationibus corripi.

Ranunculus flammeus angustifolius serratus.

Ranunculus lanceolatus serratus *Tabern.*
Flammula aquatica serrata.
Lingua maior *Lugdun.*
Gekerft Sperkraut.
Gekerfter langbletterichter Wasser Hanenfuß.

Iisdem natalitijs fruitur.

Ranunculus palustris gramineus minimus.

Ranun-

Ranunculus pumilus gramineis folijs *Aduerſ.*

Hydropiper lanceolatum *Lugdunenſ.*

Lanceolata *Officin.*

Gras Hanenfuß.

Hunc alunt paſcua humida & vliginoſa.

Ranunculus fluuiatilis hederaceus Lugdunenſis.

Ranunculus aquaticus Hepaticæ facie *Lobel.*

Hepatica aquatica ſiue paluſtris *Dalech.*

Polyanthemon aquatile.

Waſſer Hünlein.

Waſſer Hanenfuß.

In foſsis aquas habentibus & lentè decurrentibus Aprili, Maio & Iunio abundè & latè floſculos promit.

Calidus eſt & cæteris Ranunculis facultate ſimilis. Exulcerat enim & veſicas excitat.

Ranunculus alpinus luteus maximus.

Ranunculus platyphyllos flore luteo *Cl. P.*

Ranunculus magnus aconiti folio.

Aconitum 3. *Matthiol.*

Groſſer geeler Birckhanen fuß.

Humida & herbida altiſſimorum montium loca amat. Iulio floret.

Ranunculus alpinus luteus globoſus.

Ranunculus alpinus glomeratus *Lobel.*

Trollius flos *Geſner.*

Ranunculus flore globoſo *Dodon.*

Geeler Albhanenfuß.

Dotterblum *Sil.*

Trollblume.

In valle Gigantum ad Oupæ cataractam. Iulio flores magnos luteos in globum, vitelli oui inſtar, conuolutos erigit.

Cæteris minùs eſt acris. Quare minùs excalefacit & ſiccat.

Ranunculus alpinus candidus.

Ranunculus alpinus maior leucanthemus folio Aconiti.

Ranunculus maximus λευκάνθεμος ſiue Aconitiformis *Thal.*

Weiſſer Albhanenfuß *Sil.*

Weis Trollblumen *Geſn.*

Hanenfuß mit weiſſen blumen.

In vliginoſis montoſis ſeu

ad riuulos ex montibus defluentes nascitur.

Folia eius ampla profundiùs sinuata Platani instar; flores lactei.

Sapor ei subacris & nitrosus.

Ranunculus alpinus Narcissiflore Cl. P.

Ranunculus montanus hirsutus Narcissi-florus.

Ranunculus polyphyllos niueus.

Berghünlein.

Iunio & Iulio montium conuallibus flores niueos, aliquando purpurascentes ostentat Narcissi æmulos.

Radix concaua, fibrillis candidis, miro naturæ artificio contexta.

Rapistrum luteum.

Ἐρύσιμον *Cord.*

Rapistrum aruorum *Adu.*

Armoracia Dioscor. *Tabern.*

Raphanus sylueſtris *Cord.*

Lampsana *Mattiol.*

Geel Hederich q. d. Beiden Rettich / Schnödsenff / Wildsenff.

Plurimum inter segetes hordeaceas & Rapaceas inuitis Agricolis luxuriat, vt interdum totos agros cooperiat Iunio & Iulio.

E Raporum sylueſtrium censu est Rapistrum. Acrimonia pollet vt Nasturtium.

Semen feruens & acre gustu, vrinam prouocat.

Rapistrum album.

Raphanus sylu.

Sinapi agreſte *Tr.*

Lampsana seu Brassica sylu. *Mattiol.*

Weis Hederich.

Campis rapaceis cultis & incultis, sed rarius occurrit.

Semen excalefaciendi siccandi, abstergendi, digerendi vi pollet.

Rapunculus aruensis.

Rapunculus vulgaris *Clus. P.*

Rapunculus *Mattiol.*

Rapunculum paruum *Adu.*

Pes Locustæ *Auicenn.*

Rapuntzel.

Acker Rapuntzel.

Inter segetes prouenit. In hortis etiam ad acetariorum vsum seritur.

Radix cum foliolis veris initio in acetarijs commendatur; quòd maximè gustu placeat & appetentiam excitet.

Æstate

Æstate floret & semine prægnat.

Rapunculus montanus albus.

Rapunculus syluestris albus spicatus, *Thal.*

Rapunculum Alopecuron, *Dod.*

Wald Rapunzel mit weissen blumen.

Wilde Rüblin.

Natales eius montosa & alsiosa prata, conuallesque nemorosæ. Iunio spica viget.

Radix, priusquam caulem protrudat, elixa cum, sale, aceto & oleo macerata cibi appetentiam parit, Stomacho prodest & vrinas elicit.

Rapunculus montanus cæruleus.

Rapunculus Alopecuroides spica cœrulea, *Clus.* P.

Rapum syluestre maius, *Dodon.*

Blawer wald Rapunzel.

A priori comâ cœruleâ discernitur.

Rapunculus Nerifolius.

Rapunculus νηριόφυλλος aut campanulatus, *Thal.*

Wald Rapunzel.

Wald Glocken.

Conuallib. nemorosis sub Gigantæo, Iulio & Augusto floret.

Rapunculus syl. cæruleus vmbellatus.

Rapunculus vmbellatus angustifolius, *C. B.*

Vnbelicht wald Rapunzel.

Augusto flores fert in montanis recessib. ad Quissum fl.

Rapunculus syl. campanulatus Linifolius.

Kleine Rapünzeln.

Kleine Glöcklin.

Asperis & petrosis oritur.

Rhamnus catharcticus.

Rhamnus solutiuus.

Spina infectoria, *Lob.*

Ceruispina, *Trag.*

Creutzdorn.

Wegdorn.

Wiedorn/ *Sil.*

In sepibus & syluis frutescit.

Folia seu interior Cortex gargarizatu Oris vlcera & putredines emendat.

Succus baccarum recentium aluum exoluit, aperit, expellit, pituitam tenuem educit, & impetum eius in articulos citatum auertit & cohibet.

Baccæ nondū maturæ, resiccatæ cum aqua temperatæ addito momento aluminis, luteum seu croceū præbent colorem; maturæ viridem. Circa Martini festum à Coriarijs & qui chartas pingunt, ad puniceum colorem carpuntur.

Succus cum Alumine decoctus pro saturatè virenti colore in vsu est Pictoribus, Safftgrün.

Rhodia radix.

Ῥόδια ῥίζα, *Dioscor.*
Rosea radix, *Fuchs.*
Rosaria.
Rosenwurtz.
Rosinwurtz.

Plurima in altissimis Suditorum rupibus saxosis ac præruptis locis accessu difficilibus.

Mistæ est temperaturæ, partim calefaciens & humectans, partim refrigerans & siccans; vti odore sic & temperatura Rosis affinis.

Pota Dysenteriam, diarrhœam curat: Alba menstrua cum Nuce moschata sistit. Aduersus capitis dolorem cum Rosacea fronti imponitur.

Miscetur frontalibus & Oxyrrhodinis.

Ribes acidum.

Ribes vulgaris, *Matthiol.*
Ribes Arabum, *Lobel.*
Ceanothus læuis, *Gesn.*
Grossularia rubra.
S. Johannis treublin oder beerlin.

Spontè fruticat ad Gigantæum montè humidis conuallibus; ad Zacum item fluuium prope Hirsbergam.

Flosculi leuiter purpurascunt, & baccæ vulgaribus multò maiores, quæ post solstitium æstiuū matureſcunt.

Fructus acidus est & grati saporis. Refrigerat & siccat 2. gradu. Æstuantem ventriculum temperat, nauseam & vomitum sistit. Ardores febriles restinguit ac mitigat. Putredinibus aduersatur, ventriculi subuersiones & Choleram morbum sistit. Baccæ & succus saccharo conseruantur ad eosdem vsus.

Ribes insipidum.

Ribes syluestris, *Cam.*
Ribes dulce, *Clus. P.*
Wild S. Johannis treuble.

Folia priore minora, Oxyacanthæ ferè, fructus insipidus seu dulcis in racemulis breuioribus.

Floret Maio, Autumno baccæ

baccæ rubent. Circa Gigantæum *im* Pappelgrunde. Fructus est insipidus seu subdulcis.

Ribes nigrum.

Ribesiũ fructu nigro, *Dod.*
Grossularia nigra, *Lugdun.*
Amomum *Matthiol.*
Pipirella.
Ἴσος vel ὄσος, *Theophr.*
Schwartze Johannestreublin.
Gichtbaum / Jungfrawbaum/ *Sil.*

Folio est viticis aut Bryoniæ, virgultis odoris inter findendum virentibus: flosculi sunt luteoli punctis rubentibus: baccæ nigræ in racemis odoratæ.

In Riphæis montibus humidis & opacis conuallibus sæpe reperitur.

Folia calida sunt, grauis odoris. Epilepticos & vtero strangulatas feminas trita naribus admota excitant. Ex vino pota ventris torminibus medentur, & Menstrua prouocant.

Aduersus conuulsiones, Paralysin, Arthritin vagam, contracturam ex Colica &c. in hortos à plebecula nescio quibus ceremonijs superstitiosè transfertur.

Robertiana, vide Geranij Robert.

Ros Solis maior.

Rorida siue Solis Ros.
Drosion, *Recentior.*
Salsirora, *Cord.*
Sonnendaw/ Sindaw.
Löfflinkraut.
Vnsers HErrn Gottes löffel/ *vulgo.*
Edler Wiederthon/ *Sil.*

Pratis montosis vdis familiaris inter alia Musci albicantis & subrubentis. Iulio floret. Gustu est acris, subadstringens, nonnihil acidus & subacerbus, admodum exiccans.

gra, magna Ma io gliscit copia

Cum sale tritus impositus vesicas excitat, ideo causticæ facultatis particeps.

Huius gustatu pecudes ad Venerem incitari fertur.

Aqua destillata auri luteo relucet colore.

Phthisicis à nonnullis cõmendatur.

Ros Solis minor.

Ros Solis 2.
Rorella.
Klein Sonnendaw.
Klein Löfflinkraut.
Ijsdem locis.

Rosa sylu. vulgaris.

Κυνόσβατος, *Dioscor.*
Κυνόῤῥοδον.

Rosa

Rosa canina odorata, *Lob.*
Canirubus.
Dorn Rosen.
Heck Rosen.
Hanbuttenstrauch.
Vbique sponte occurrit in aggeribus secus itinera & agrorum margines.
Flos eadem potest quæ satiua, magis adstringit & siccat.
Radix valet ad morsum Canis rabidi.
Caro eiusdem cum Cydonijs est facultatis, & non solùm ad reprimendos vapores & humores contemperandos magnam vim habet, sed & calorem Renum, ne calculos generet, infringit, & meatus laxiores, vt facilius calculum excludant, reddit.

Rosarum spongiola.
Rosarum fungus.
Bedeguaris, *Aduers.*
Rosenschwam.
Schlaffkuntze/ *Sil.*
Mellis odorē spirat. Puluis ex vino datur calculosis & dysentericis. Prodest etiam strumosis naturæ suasu.
Supposita puluinarib. Infantium, somnum conciliare vulgus credit.

Rosa alpina rubra.
Berg Rosen.
Rote Birckrosen.
Flores suauiter rubent.
Ad riuulos montium Iunio floret.

Rosa aruina.
Rosa auenaria.
Haber Rosen.
Erd Rosen.
In agris auenaceis circa Vratislauiam.

Rosa Maialis.
Rosa campestris odora.
Marien Rößlin.
Meyen Rößlin.
Wolriechender Dorn.
Campestria sectatur. Rostrz porcinz, vid. Dens leonis.

Rubia syluestris maior.
Rubia montana Silesiaca.
Stellaria maior.
Berg Röte.
Amat montosa & petrosa loca. Rormann Sylv: v. Leg.
Radix acris est & tenuium partium.

Rubia syluestris minor.
Rubolla saxatilis.
Mollugo 1. *Dod.*
Stellaria minor.
Ἐρυθρόδανον ἄγειον, *Diosc.*
Wilde Röte.
Stern kraut.
Incultis secus itinera & margines agrorum, sepes & mu-

& muros nihil frequentius.

Vires habet domestica imbecilliores.

Rubia aruensis.

Rubia minima, *Lob.*

Rubiola aruensis.

Klein Acker röte.

Inter segetes agri Hirsbergensis flosculi rubentes Iunio glisc unt.

Rubus batus.

Βάτος, *Dioscor.*

Rubus grandis, *Trag.*

Rubus sentis.

Brombeer strauch.

Kratzbeer strauch.

Bremen/ *Sil.*

Notus inter dumeta, secus vias & margines agrorum. Maio floret, Augusto & Septembri ad maturitatem prouenit fructus.

Omnibus suis partib. adstringendi facultate pollet.

Flores ex vino poti aluum sistunt.

Cymæ ex vino rubro sputum sanguinis inhibent, ex vino austero dentes firmant.

Βάτια, Mora rubi, vaticana.

Brombeern/ Kratzbeern.

Fructus maturus dulcis esui non insuauis, ventriculo gratus.

In media maturitate consistens aluum sistit.

Ad dysenteriam & ventris profluuia eiusque robur deperditum valet.

Succus ad Stomatica prodest.

Rubus aruensis.

Χαμαίβατος Theophr. *Cord.*

Humi-rubus.

Rubus minor seu reptans, *Aduers.*

Acker bremen.

Tauben beer.

In aruis restibili seq; progignente rediuiua sobole sparsim pullulat.

Eiusdem cum priori naturæ.

Rubus alpinus.

Rubus paruus saxatilis alpinus, *Clus.*

Rubus minimus, *Thal.*

Χαμαίβατος Theoph. *Clus. P.*

Steinbeerstrauch.

Summa occupat montium iuga.

Folia per hyemem virent, quibus cerui & capreoli hyeme delectantur.

Rubus hircinus.

Bocksbeer/ *Sil.*

Saltubus nemorosis montium occurrit.

Fructus dulcis esu gratus.

Rubus Idæus.

Βάτος ἰδαία, *Dioscor.*
Rubus Ceruinus.
Ceruirubus.
Bindbeerstrauch.
Himmelbremen.

Frequens in nemorosis montium saltubus.

Fructus egregiè refrigerant tantillum adstringentes. Maturi esitantur abluti diligenter, iucundiores moris vaticanis.

Condiuntur saccharo, vino & aqua Rosarum ad sitim & voluptatem.

Acetum placet sapore, odore, colore.

Ex succo paratur Rob febricitantibus ad sitim leniendam idoneum.

Aqua ex baccis destillatur fragrantissimi odoris & Cordi admodum amica.

Sagittaria maior.

Πτέρις μεγάλη.
Sagittalis maior Mattiol. *Camer.*
Pistana Magonis, *Plin.*
Sagittaria aquatica.
Gros Pfeilkraut.

Amnibus gaudet ac leuiter labentibus aquis. Iulio ac Iunio floret.

Gustu est adstringente siccante succo non ingrato.

Herbam potu & insessu fœcundas reddere mulieres Camerarius obseruauit.

Sagittaria minor.

Sagitta & Sagittalis, *Cord.*
Sagitta Iouis.
Klein Pfeilkraut.

In amœnissimis residibus propè Leobergam Iulio flosculos edit.

Salix rubra.

Ἡ Ἰτέα, *Dioscor.*

Salix nigra & punicea, *Theoph.*

Salix viminea purpurea, *Plinij.*

Salix perticalis, *Cordi.*
Weide/ Weidenbaum.
Bandweidē/Wilgenbaum.
Rote Weiden.

In humidis tractibus ad ripas frequens.

Folia refrigerant & siccant absque morsu.

Recentia adduntur soporiferis lotionibus, & sparguntur circa lectulos febricitantium.

Salix candida.

Salix candida fragilis.
Salix 2. seu sylu. *Trag.*
Weisse Weiden.
Bruch Weiden.

Mira-

Mürbe Weiden.

Cognitu facilis. Cortex candicat & facilè frangitur.

Salix viminalis.

Salix vitellina.

Salix græca, *Colum.*

Salix Sabina seu Amerina, *Thal.*

Salix vinea, *Pet. Cresc.*

Geele Weiden.

Bach Weiden.

Sotter Weiden.

Band Weiden.

Geele/rote/braune Bandweiden.

Hæc colore variat, sequacis admodum lentitiæ, ligandis Cadorum vinariorũ circulis conuenientissima.

Passim in pratis occurrit.

Salix pumila repens.

Ἰτέα ἕρπις, *Theoph.*

Salix humilis repens angustifolia, *Aduers.*

Chamæltea, *Tabern.*

Krebs Weiden.

Ad margines pratorum & ripas aquarum longè lateq; serpendo se propagat.

Folia recentia ad lectulos proiecta & pedibus supposita febricitantibus ardorem temperant ac somnum conciliant.

Salix latifolia montana.

Salix caprea rotundifolia, *Tabern.*

Salix platyphyllos rotundiore folio, *Thal.*

Salix latifolia arborescens.

Seil Weiden/ Sellen.

Saal Weiden/ *Sil.*

Passim in saltubus nemorosis montium verno tempore emittit florem luteum odoratissimũ, quo apes plurimum delectantur. Nucamenta longa succrescunt, quæ cum semine in pappos eunt. —Fragilis est.

Ex floribus oleum paratur *Saligneum* in Officinis, ad soporem conciliandum & æstus febrium contemperandos vtilissimum.

Salix latifolia pratensis.

Salix latifolia acuta.

Salix cinerea.

Salix πλατύφυλλος acutiore folio.

Haar Weiden.

Zähe Weiden.

Humidis & vdis montiũ pratis familiaris, ob tenacitatem & lentitiam Doliarijs conuenientissima.

Flores Aprili luteoli, odorati, soporiferi sunt; Maio cum semine in pappis auolant.

Semen cum lanugine sangui-

guinem sistit, & ambustis medetur.

Aqua florum visum exacuit, scabiem capitis sanat, & capillos pulcros reddit.

Salix saxatilis.

Salix alpina repens.
Stein Weidlin.
Berg Weiden.
Perreptat altiora Suditorum iuga.

Sambucus vulgatißima.

Sambucus vulgaris corymbacea, *Aduerſ.*
Sambucus arborea.
Sambucus, *Sereni.*
Beza *Guiliel. Saliceti.*
Ἀκτὴ, *Dioſc.*
Holderſtrauch.
Holunderbaum/ *Sil.*

Amat opaca & humecta loca. Circa oppida & pagos ad muros & sepes frequens.

Gustu est amaro. Cortices, folia, flores purgandi vim obtinent: sed non absque molestia & ventriculi incommodo.

Turiones recentes & folia tenera cocta aluum emolliunt, pituitam, bilem & serosos humores detrahunt.

Cortex medius virensque eadem præstat, sed efficacissimè, Hydropicis & scabie vexatis vtilis: ambustis succurrit.

Flores odorati caseis inferuntur. Saccharo etiam ad Hepatis affectus conseruantur.

Acetum ex floribus ventriculo gratum appetentiam excitat, crassos crudosq; humores incidit & attenuat.

Rob ex succo baccarum coquitur per se vel cum saccharo, aqua inter cutem suffusis conueniens. Plebecula vtitur in alui fluxibus biliosis & dysenteria.

Nuclei abstergunt, per aluum & vomitum purgant vehementer. Rusticorū medicina.

Sambucus alpina.

Ἀκτὴ ὀρεινὴ.
Ἀκτὴ ἐρυθροστάφυλος vel φοινικοστάφυλος, *Thal.*

Sambucus montana racemosa, *Aduerſ.*
Sambucus ceruina, *Trag.*
Berckholder.
Waldholder.
Schalaster.

Humidiorum montiū & saltuum amasia: floret Maio; Augusto & Septembri baccæ rubent aspectu elegantes.

Frigidi est temperamenti.

Baccarum esus nimius admodum

modum noxius creditur: quamuis à nonnullis succus cum melle ad intinctus coquatur.

Sambucus aquatica.

Ἀκτὴ ὑδρόφιλος.

Δρυόπτερις Theoph. *Lugdun.*

Sambucus paluſtris.

Sambucus roſea.

Schwelckenbaum.

Waſſer Holder.

Wallinckenbaum } *Sil.*
Tallinckenbeer }

Vmbroſarũ amœnarumque riparum, quas blandè rigant aquæ, alumna, Pratenſibus vdis conuallíumque marginibus familiaris.

Baccæ egregiè rubent, auiculis in cibum cadunt, integra hyeme durant, frigoris vim absque corruptione ferentes.

Deuoratæ vomitum cient Homini.

Succo vis eſt abſterſoria, qui cum melle ad ſyrupi coquitur conſiſtentiam aduerſus tuſsim vulgi experimẽto.

Sanguiſorba maior.

Pimpinella Sanguiſorba maior, *Cluſ. P.*

Sanguiſorba maior ſeu ſylueſtris, *Lugdunenſ.*

Sorbaſtrella.

Gros Welſche Pimpernel.

Drachenblut.

Wurmwurtz.

Kölblinkraut.

Pratis delectatur montiũ humidioribus.

Radix refrigerat, adſtringit, ſiccat. Alui & ventris fluores ſiſtit. Inteſtinorum exulcerationes ſanat. Ad muliebria profluuia quoque plurimum efficax.

Flos ſiccus pulu. ex vino rubro Dyſentericis opẽ fert.

Sanguiſorba minor.

Pimpinella Sanguiſorba minor, *Cluſ. P.*

Sanguiſorba hortenſis, *Lugdunenſ.*

Pampinula, Bipinella.

Klein Welſch Bibinell.

Pimpernell.

Klein Kölblinkraut.

Loca amat inculta, arida & ſqualidos colles: inde in hortos recipitur, in quibus ſemel ſata diutius durat & ex ſemine ſe propagat.

Siccat 3. refrigerat 2. adſtringit muliebre profluuiũ, & quoslibet ſanguinis & alui fluxus cohibet, bilioſas fluxiones reprimit.

Vino merſa gratiam ei conciliat, ſapore & odore aromatico ac vinoſo.

In acetarijs viſceribus, Hepati, Cordi & præſertim Spiritibus vtiliſsima.

Sanicula maior.

Sanicula mas.
Diapenſia *Aduerſ.*
Ferraria minor.
Sanickel.

Vmbroſis ſyluis & montibus nota.

Calefacit, ſiccat, adſtringit, glutinat, roborat.

Egregia vulneraria, Chirurgis cognita. Pota ſanat vulnera, fiſtulas, Enterocelas. Sanguinis ſputo, dyſenteriæ Renumq; vitijs medetur. Additur vulnerarijs potionibus.

Sanicula alpina.

Sanicula alpina minima *Lobel.*

Auricula Vrſi minima flore purpureo.
Klein Berg Sanickel.
Rote Steinnegelin *Sil.*

Hæc nonniſi in præruptis Suditorum ſupercilijs petroſis reperitur. Maio niuibus liquefactis, floſculi rubentes gliſcunt.

Guſtu adſtringis, ſiccat, refrigerat.

Vulneraria eſt.

Saponaria.

Herba fullonum.
Lychnis fullonia.
Struthium *Fuchſ.*
Lanaria.
Seiffenkraut/Waſchekraut.
Speichelwurtz.
Hundsnegelin } *Sil.*
Madenkraut }

Secus herbidas amnium conualles & depreſſos apricorum vdorum margines æſtate floret. Calidæ & ſiccæ naturæ. Preſsu nitroſum extergentemq; remittit ſuccum. Vnde vi pollet abſterſoria, adeò vt etiam pituitam è capite eliciat ac ſternutamenta moueat tanta violentia, vt partum mortuum excutiat.

Ruſtica gens puluere aſcarides puerorum expellit.

Abſtergit ſcabiem & omnes cutis fœditates.

Satyrium abortiuum.

Orchis abortiua.
Nidus auis *Lugdunenſ.*
Dentaria aphyllos minor.
Neottia *Dod.*
Margendrehen.
Vogelneſt.
Wurmwurtz/ *Sil.*

Syluas

Syluas sectatur montium vmbrosas. Iulio & Augusto flores in nudo coliculo pallent.

Radiculæ vermiculis similes pulu. contra Lumbricos bibuntur.

Saxifragia alba.

Σαξίφραγον.

Saxifragia alba Chelidonides *Aduers.*

Saxifragia 4. *Matthiol.*

Weisse Steinbrech.

In collibus apertis, graminosis, herbidis. Maio cum floribus ad medicum vsum colligitur.

Grana radicibus hærentia amara sunt & acria. Abstergunt, incidunt, attenuant.

Decocta crassa & glutinosa è Pectore educunt, fartus Renum & Vesicæ extergunt, Calculum expellunt: in difficultate vrinæ non contemnendi vsus.

Saxifragia aurea.

Χρυσοσπλήνιον *Tabern.*

Saxifragia aurea Lichenis facie & natalitijs *Aduers.*

Hepatica aurea nonnullis.

Gülden Steinbrech.

Butterblumen *Sil.*

Gelb Leberkraut.

Sequitur opaca montosa. Ad riuulos, fontes, aquarum scaturigines Aprili aureo lucet flore. Folia integro virent anno.

Gustu siccat, adstringit, abstergit.

Vsus eius non alius quàm Hepaticæ aut Lichenis fontanæ.

A vaccis si deuoretur, butyrum inde flauescere villici obseruarunt.

Scabiosa maior vulgaris.

Ψώρα Aëtij.

Scabiosa campestris seu segetum & satorum *Lob.*

Scabiosa *Officin.*

Herba Apostematica.

Scabiosenkraut.

Blaw Kornrosen
Gliederlenge
Oderlenge
} *Sil.*

In segetibus planis & lectioribus passim obuia.

Sapore est amaro, partium tenuium.

Herba est πολύχρηστος. Confert aduersus tussim veterem, respirationis difficultatem, Laterum dolores & alia huiusmodi Pectoris vitia. Purulenta expurgat.

Decocta cum Theriaca seu

ſeu Mithridatio vtiliter in febribus peſtilentibus bibitur. Ad Carbunculos efficax.

Scabioſa maior albo flore.

Scabioſen mit weiſſen blumen.

Weiſſe Kornroſen.

Inter ſegetes quandoque occurrit.

Scabioſa media.

Scabioſa minor ſeu Columbaris *Aduerſ.*

Scabioſa minor *Mattioli.*

Klein Apoſtemkraut.

In pratis ſiccioribus naſcitur.

Scabioſa minima aſpera.

Aphyllantes 1. *Lugdunenſ.*

Stœbe minor.

Klein Scabioſen.

Blawe Flockblum.

Secus itinera aſperis & ſabuloſis montoſis vbiuis multa. Aeſtate floret.

Scabioſa lutea.

Scabioſa flore luteo odorato.

Geele wolriechende Scabioſen.

Plurima in aggeribus ſecus itinera Ducatus Vratiſlauienſis & Suidnicenſis, alijsque campeſtribus. Floret Iulio, Auguſto, Septemb.

Trita amaricat cum partium tenuitate, Pectoris & Veſicæ vlcera abſtergit.

Scandix Plin.

Σκάνδιξ *Dioſc.*

Cherefolium aciculatum.

Pecten Veneris.

Nadelkörfel.

Nadel Möhren.

Hechelkam.

Inter ſegetes Maio viget.

Crudum coctumúe manſum Stomacho vtile eſt & Ventri.

Decoctum eius Veſicæ, Renibus & Iecinori confert.

Scandix repens.

Scandix minor *Tabern.*

Saxifragia minor. in offic.

Perchepier Anglorum *Aduerſ.*

Klein Nadel Möhren.

Klein Nadelkörffel.

Arido & trito ſolo in agris vbertim luxuriat.

Manifeſtus amaror & acrimonia in ea percipitur. Calefac. & ſicc. 3. Mouet vrinas vehementer. Expurgat

Scarlea Sylv: v. Hormin Sylv: 1.
Scolopendrin Off: v. Byllitis.

gat Renes & Veſicam, aperit Hepar obſtructum, medeturq; Stranguriæ.

Scordium.

Σκόρδιον *Dioſc.* ab odore Allium imitante.

Μυθριδάτιον à Mithridate.

Triſſago paluſtris *Lobel.*

Scordium minus *Tabern.*

Chamædrys aquatica.

Knoblauchskraut.

Lachen Knoblauch.

Paluſtribus oblectatur. ſecus foſsas & ſcrobes aquas habentes circa Vratiſlauiam frequens. Iulio & Auguſto floſculi prodeunt purpurei.

Tota planta grauem Allij odorem ſpirat. Amarum quiddam obtinet, acre & acerbum. Vrinas ciet & Menſes, venenis reſiſtit, dyſenterias iuuat, Pus è Pectore extrahit & vulnera glutinat. Contra peſtilentes febres bibitur.

Tam putrefacientibus venenis animalium quàm Medicamentorum deleterijs aduerſatur.

Scorzonera.

Scorzonera Germanica.

Scorzonera latiſolia 2. *C B.*

Schlangen Mord.

Böhmiſche Scorzonera.

Ad montem à vulturibus denominatum circa Suidnicium Iunio & Iulio floret.

Veris initio radices elixæ in acetarijs eduntur. In febribus malignis vtiles.

Scrofularia maior.

Γαλίοψις *Cord. Fuchſ. & Dod.*

Ocymaſtrum minus *Trag.*

Ficaria, Caſtrangula.

Millemorbia.

Kanckerwurtz *Sil.*

Fiſchwurtz / Braunwurtz.

Paſsim humidioribus & opacis locis prope ſepes & veteſtas maceries oritur.

Subtilium eſt partium & guſtu amara.

Emollit, abſtergit, reſoluit, diſcutit. Vlceribus ſtrumoſis, cauernoſis, carcinomatis atq; depaſcentibus ſideratis ſatis oportuna.

Illita radix Hæmorrhoides ſanat & ſcabiem tollit: recens diſlecta admota Dentium dolores ſopit.

Semen pondere ℥ j. Lumbricos ventris necat.

Sedum maius.

Ἀείζωον μέγα, παρὰ τὸ ἀεὶ ζῆν.

Semperuiuum maius.

Barba Iouis.

Hauswurtz.
Donnerkraut.
Immergrün.

Nihil vulgatius, vsitatius, viuaciusq; in parietinis, tectis, imbricamentis.

Augusto flores gestat.

Refrigerat, humectat, leuiter quoque adstringit. Potandum datur contra dysenteriam Aluiq; profluuia.

Folia in ardentibus febribus ore retenta sitim sedant.

Per se vel cum polenta illita ad Erysipelata, Oculorum inflammationes, ambusta igni & podagras conferunt.

Succus illitus Capitis dolores mulcet, subditus in vellere mensium abundantiam sistit: Lippitudinibus inungitur.

Destillatum ardentibus & bilioſis febribus correptis haud frustrato successu propinatur à Mulierculis.

Sedum maius montanum.

Cotyledon 2. montanum *Clus.*

Grosse Berg Haußwurtz.

Vberrimo luxu ad saxa sub castro Kynast viret.

Sedum minus album.

Μείζων μικρὸν.

Semperuiuum minus herbaceo flore.

Vermicularis.

Crassula, *Officin.*

Blattlose.

Kleine Haußwurtz.

In petris, parietinis, macerijs & muris antiquis, nec non in scrobibus opacis latet. Contraria pollet facultate, nempe calefaciendi & vrendi.

Sedum minus montanum purpureo flore.

Aizoum hæmatodes.

Klein Haußwurtz mit leibfarben blumen.

Ijsdem locis.

Sedum minimum.

Ἀειζῶν εἶδος τρίτον, *Dioſc.*

Semperuiuum minimum, *Mattiol.*

Aizoum minimum, *Cord.*

Vermicularis.

Piper murinum.

Mauer pfeffer.

Stein pfeffer.

Ratzentreublin.

Vliesekraut } *Sil.*

Knorpelkraut }

Ramulis congestis arenosas saxosas moles collesq; aridos interdum cooperit.

Duplex occurrit, vnũ insipidum, aliud feruidi gustus.

Acre

Acre calidum vehementer, foris admotum rubificat, & vesicas excitando tandem exulcerat. Insipidum refrigerat, siccat. Igni sacro, ambustis, oculorum inflammationibus, capitis doloribus commodum.

Sedum alpinum Silesiacum.

Aizoum telephiũ, *Lugdun.*
Klein Alpen Sonnergrũn.
Præruptis altissimorum montium locis.

Serpentaria vide Bistorta maj.

Serpyllum vulgare.

Ἕρπυλλος, *Dioscor.* à serpendo. Σαξιφραγία.

Serpyllum flore purpureo.
Cunilago.
Quendel/ Quenlein.
Hünerkraut.

Incultis & sterilibus marginibus lætatur.

Odore ferè est Maioranæ, gustu acre, digerit, incidit, aperit.

Potu vrinas, Menstrua mouet, obstructiones Pulmonis, Iecoris & Lienis tollit. Torminibus, ruptis, conuulsis auxiliatur.

In balneis & fomentis sudores elicit.

Serpyllum albo flore.

Serpyllum 4. album, *Trag.*
Weisser Quendel.
Ijsdem locis.

Serpyllum citratum.

Serpyllum 2. citratum.
Serpyllum odore Citrij mali.
Citron Quendel.

Minus obuium, asperis Soli expositis locis. Præstantius & ad omnia vulgari efficacius.

Serpyllum Boiemicum odore vnctuoso suauissimo.

Serpyllum Pannonicũ 3. angusto lanuginosoq; folio, *Clus. P.*

Raucher zarter wolriechender Quendel.

Latè serpendo interdum magnos cespites occupat aridis & incultis collibus.

Tota planta pineum quodammodo seu resinaceum odorem trita refert, gustu calida.

Serratula tinctoria.

Iacea aromatica.
Ferberscharten.
Schartenkraut/ *Sil.*

Syluis humectis & pratis montosis familiaris: floret Iulio.

Calefacit & siccat 2. gradu.

du. Datur vtiliter ruptis, conuulsis, ab alto deuolutis.

Radix tusa & imposita Hæmorrhoidum dolores sanat. Ad Enterocelas seu Intestinorum ramicem. Iunio ad tinctorum vsum legitur.

Serratula II.

Serratula tinctoria 3. *Tabern.*

Iacea aromatica.

Folia humi proxima profundiùs habet incisa.

Seseli Peloponnense.

Σέσελι πελοποννησιακόν.

Seseli Peloponnense folio Cicutæ.

Seseli Peloponnesiacum, *Tabern.*

Seseli montanum 1. *Clus. P.*

Hirschwurtz/ *Sil.*

Möhrenkraut.

Pestilentzwurtz.

Passim in montium herbidis conuallibus exurgit.

Radix in fibras nonnullas crassiusculas diuaricatur. Odorata est & aliquantulum acris.

Flores Iulio in vmbella candidi: semen Augusto & Septembri maturescit.

Venenis aduersatur & pestilentiæ medetur.

Seseli pratense Monspelience.

Pastinaca syluestris nigra, *Cord.*

Silaus fortè, *Plin.*

Wilde Möhren.

In pratis montosis occurrit.

Sideritis I.

Σιδηρῖτις, *Dioscor.*

Sideritis heraclea, *Cl. H.*

Herba Iudaica, *Dod.*

Tetrahit Herbariorũ, *Lob.*

Zeißgenkraut/ *Sil.*

Feld Andorn.

Gliedekraut.

In collibus apricis & marginibus saxosis circa Grünbergam & Vratislauiam.

Iunio & Iulio floret.

Betonicæ odorem ferè æmulatur. Amariuscula & acris, exiccat, abstergit, adstringit, consolidat.

Vsus eius frequens contra capitis dolores. Cerebrum & articulos roborat.

Insignis vulneraria.

Sideritis III.

Sideritis aruensis flore purpureo.

Stachys aquatica, *Tabern.*

Pseudoclinopodium, *Matt.*

Brauner Andorn.

In agris.

Sium aquaticum odoratum.

Σίον, ἀπὸ τοῦ σίειν à cõcutiendo.
Τὸ προσέλινον.
Sium, *Dod.*
Sium seu Lauer, *Dioſc.* Oluſatri folio, ſeu Paſtinaca aquatica, *Lobel.*
Apium paluſtre.
Waſſer Peterlin.
Waſſer Eppich.
Froſch Eppich.

In ſcaturientium fontium riuulis ſtationem habet. Iulio floret, Auguſto ſemen offert.

Odoratum eſt & guſtu amarum. Excalefacientis & ſiccantis facultatis. Digerit, vrinas mouet, Renum infarctus expedit. Calculos Renũ frangit & Menſes euocat.

Sium aquaticum II.

Sium 2. Oluſatri facie, *Lob.*
Apium aquaticum anguſtifolium.

Eoſdem requirit natales.

Decoctum Hepatis obſtructiones expedit, Aurigine tollit, Hydropicos iuuat.

Semen nonnihil acredinis obtinet.

Solanum nigrum.

Στρύχνος κηπαῖος, *Dioſc.*
Solanum vulgare.
Solanum holeraceum ſeu eſculentum.
Morella.
Schwartzer Nachtſchatten/ *Sil.*
Sew kraut.

Vbiuis viarum & hortorum cultis & incultis ſcrobibus, marginibus & areis luxuriat.

Refrigerat, adſtringit, medium autem abſolutè in humectando & exiccando obtinens. Cibis idoneum eſt. Crudis enim baccis pueri & gens ruſtica ſine noxa veſcuntur. Acres & mordaces humores contemperat. Folia conuenienter illinuntur Ignibus ſacris, vlceribus manantibus, ſerpentibus & curatu difficilibus.

Trita Stomacho æſtuanti auxiliantur, & Hepatis ardori ſeu inflammationi, admota.

Succus eadem præſtat. Fronti illinitur contra capitis ab æſtu dolores, calidaſque oculorum fluxiones.

Ægylopis cum ſuluo gallinarum ſimo ſubactus præſentaneo eſt remedio.

Gargariſmatis additur cũ aceto ad faucium & columellæ inflammationes.

Solanum rubrum.

Solanum fruticosum, *Gesn.*
Solanum γλυκύπικρον.
Amarum-dulce.
Roter Nachtschatten / *Sil.*
Je lenger je lieber.

Aquosa & rigua amat, ad sepes viasq; vliginosas frutescit. In flore differentia existit, sæpe violaceum, rarius candidum fert.

Calefacit, siccat 3. abstergit, digerit.

Gustanti primùm nonnihil amaroris exhibet calore & acrimonia linguam feriens, quæ tamen ilico abeunt, perstante dulciculo & imbecillo quopiam sapore Glycyrrhizæ ingratiore fastidium pariente, magis magisq; dulcorem offundendo.

Potum moderatè, citra virium dispendium viscerumúe incendium, egerit per sudores vrinasq; aquas, atque obstructiones demolitur, quæ sunt icteri præuiæ atque alumnæ. Eadem facultate Lac Mammis suggerere fructus potis est.

Baccæ ex vino 40. diebus Splenem liquant, & per vrinam & aluum absumunt. Bibuntur ad Orthopnœam, reliquias à partu purgant.

Folia foris vtiliter contra inflammationes & prurigino sos pedum tumores admouentur, Plebis vulgato experimento.

Solanum montanum.

Στρύχνος μελανοκέρασος, *Thal.*
Solanum somniferũ, *Lob.*
Solanum furiosum.
Bella donna, *Italis.*
Wolffsbeeren / *Sil.*
Schlafftirschen.
Dollkirschen.
Wald Nachtschatten.

Vmbrosa & opaca sectatur montium loca, velut im Hochwalde / non longè à Schœnouio.

Refrigerat ordine 3. siccat 2.

Fructus comesti soporem inferunt, Neruos consopiũt, adeò vt veternum, tremorem, conuulsionem & insaniam inducant.

Quod exemplis puerorũ quorundam constat, qui cũ baccas loco cerasiorum comediſſent, somno semisepulti & mente conturbati ferè interierunt; sed tandem vini & theriacæ vsu fuére restituti.

Solidago Sarracenica alpina.

Conso-

Consolida Sarracenica.
Serrifolia, *Cord.*
Herba fortis.
Heidnisch Wundkraut.
Magdehülle/ *Sil.* corruptè potius Machtheil.

Plurima montosis & nemorosis vdis fruticat. Iulio aureis ornatur flosculis.

Gustu adstringit modiceque amara est, siccat euidentissimè, claudit, iungit, conferruminat vulnerum labra.

Ex vino hausta perquàm accommoda Renibus, Hepati, intestinisq; exulceratis & dissolutis.

Miscetur potionibus, quæ vulneratis, cæsis, ruptis aut ex alto delapsis propinãtur.

Solisequim Coutulez. v̄ Cichor: sylv.

Sonchus asper.

Σόγχος τραχὺς *Diosc.* ἀπὸ τοῦ σῶον χέον, quòd salutarem fundat succum.

Sonchus læuis tenerior latifolia *Lobel.*
Suillus Carduus.
Cichorium porcinum.
Endiuia spinosa.
Stechende Sewdistel *Sil.*
Gänsedistel.

Agris incultis & hortis oleraceis familiaris. Aestate floret.

Sapor ei amarus aqueâ dulcedine permistus: semen dulce odore Papaueris.

Tam herba quàm succus ad æstuosas Stomachi lancinationes & Hepatis biliosas obstructiones vtilissima: ob id Tertianis & putridis febribus conuenit.

Sonchus læuis vulgaris.

Σόγχος λεῖος *Diosc.*
Sonchus læuis folijs lacinosis Dentis Leonis *Lobel.*
Intubus sylu. seu erraticus 2. *Trag.*
Hasenköl.
Linde Sewdistel.

Iisdem fruitur locis: nec differt facultatibus.

Ex vino Stomachi fluxionibus medetur.

Suspiriosos & Asthmaticos juuat & Stranguriam sanat.

Succus Auribus instillatus earum dolores mulcet.

Sonchus læuis latifolius.

Sonchus læuis 3. *Tabern.*
Breitbletterter Hasenköl.

Sonchus læuis angustifolius.

Σόγχος ἐδώδιμος.
Sonchus læuis tenerior *Lob.*
Intubus sylu. seu erratica acutis folijs *Trag.*

Son-

Sonchus esculentus.
Brassica leporina.
Weicher Hasenköl.
Weiche Sewdistel.

Estur olerum modo, cùm adhuc viridis & tener est, præsertim radix elixa in acetarijs.

Sonchus alpina cærulea.

Sonchus flore cœruleo *Clus. P.*

Intybus μαλόφυλλος Harcynica *Thalij.*
Blaw Berghasenköl.
Fette Henne } *Sil.*
Wald Mohen }

Plurima humidis & vmbrosis saltubus montium. Floret Iulio & Augusto.

Pabulum pecori gratissimum.

Sonchus arboreſcens.

Sonchus lævis altissimus seu 3. *Cl. P.*

Σύγχος πυφιεὸς *Dioſc.*
Baum Sonchenkraut.

A vulgari magnitudine differt.

Sorbus montana Aucuparia.

Βυμελέα *Dod.*
Sorbus torminalis *Dalech.*
Fraxinus bubula *Dodon.*
Eber Eschbaum.
Grosser Mälbaum.
Vogelbeeren.

Arbor notissima, montibus propria. Iulio flos in corymbis exit candidus; fructus sequitur primùm viridis, deinde rubet.

Fructus adstringit, siccat, repellit, Auibus potiùs quàm hominibus expetitur.

Turdis in cibum venit, quibus etiam Autumno frequenter ab Aucupibus capiuntur.

Sparganium ramoſum.

Σπαργάνιον *Dioſc.* q. fascialis.
Ζίφιον. *Gal.*

Platanaria seu Butomon *Dodon.*
Butomos Theoph. *Lobel.*
Phleos fem. *Lugdun.*
Igelsknospen.
Schwertelried.
Segenkraut.

Palustribus & riuulis tardè fluentibus oritur.

Siccandi vim habet.

Sparganion non ramoſum.

Sparganium rectum.
Sparganium 2. *Lobel.*
Segenkraut.
Auffrecht Igelsknospen.

Spergula albo flore.

Sagina spergula *Aduers.*
Weisser Knödrich. *Sil.*

In agris tam cultis quàm incultis prouenit, solo plerunq; arenoso.

Plantis pedum supposita trita, nimium Mensium fluorem inhibet.

Spergula purpurea.

Leibfarben oder Roter Knödrich. *Sil.*

Sabulosis, incultis. Maio floſculi gliscunt rubentes: semen minutum succrescit in theculis fuscum.

Insipida est, tantillum acrimoniæ linguæ imprimens.

Stachys.

Stachys vera *Mattiol.*

Stachys maior germanica.

Lychnitis seu Stachys spuria Flandrorum. *Lob.*

Marrubium montanum.

Σταχυς *Dioſc.*

Riechender Andorn.

Asperos montes & colles sequitur. Iulio floret.

Gustu est acri & amaro. Calefacientis & siccantis naturæ.

Folia decocta pota expurgant pectus, Menses & Secundas pellunt, abortumq; faciunt.

Stœchas citrinum.

Χρυσοκόμη Dioſc. *Aduers.*
Amaranthus luteus.
Winterblumen *Sil.*
Mottenkraut.
Schabenkraut.

Aridis & sterilibus collibus Aestate flores promit aureos.

Gustu est aromatico, medicato, acuto & feriente linguam.

Iecinoris obstructiones aperit, Regium morbum sanat.

Flores apponuntur vestimentis vt tineas pellant.

Lixiuio induntur ad capillos tingendos.

Succisa.

Præmorsa.
Morsus Diaboli *Lobel.*
Iacea nigra *Brunfels.*
Abbis.
S. Petersfraut.

Iulio & Augusto pratis humectis flores promit.

Amara est gustu, calidi sicciq́ue temperamenti: abstergit, incidit, discutit.

Aduersus ictus virulentorum, venena & pestilentes morbos non minus quàm

Scabiosa efficax. Sanguinis grumos dissoluit, & ventris tineas expellit.

Præsentaneum remedium ad maturandos Carbunculos herba recens imposita, & ex vino pota.

Symphytum maius purpureum.

Σύμφυτον μέγα, παρὰ τὸ συμφύειν, à consolidando.

Σύμφυτον ἕτερον Dioscor.

Symphytum maius rubens *Cord.*

Symphytum album seu alus *Aduersar.*

Consolida maior *Offic.*

Walwurtz.

Beinwelle.

Schwartzwurtz.

Beinwurtz.

In pratis pinguibus & hortis nonnullis sponte luxuriat. Floret Iunio & Iulio.

Radix omnium maximè viscida ἄποιος siue exqualis, & qualitatis gustabilis expers.

Tota vulneraria est. Radices decoctæ & potæ cruentis ſſ expuitionibus, gutturis asperitatibus, omnibusq; internis rupturis prosunt. Dysenteriam, rubra feminarum profluuia, Renum vlcera etiam diuturna curant, & profluentem ex his sanguinem sistunt. Hæmorrhoides etiam nimiùm profluentes reprimunt impositæ.

Ossibus fractis medentur & Enterocelas impositæ cohibent.

Symphytum maius album.

Symphytum maius candidis floribus.

Symphytum femina.

Vnctuosa.

Beinwelle Weiblin.

Humida & opaca desiderat loca.

Earundem virium. Recentia vulnera glutinat, & ad rupta vnicè commendatur.

Tanacetum luteum.

Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος *Fuchs.*

Tanacetum Millefolij foliis *Aduers.*

Artemisia tenuifolia, *Tabern.*

Athanasia *Ruell.*

Reinfarn.

Revierblumen/ *Sil.*

Wurmkraut.

Vulgaris notitiæ, passim ad margines agrorum, pratorum, secus fossas & aggeres Iulio & Augusto flores in vmbel-

vmbella luteos Agerati exhibet.

Amara est & cum iucunditate quadam graueolens.

Excalefacit, siccat, abstergit, aperit.

Alui, Ventriculi, Intestinorum flatus pellit. Lumbricos enecat, Renes purgat, vrinam ciet & Menses: Ventris torminibus succurrit, Vterum & genitalia roborat. Gallico resistit.

Decoctum in peste laudatur. Sudores enim facto experimento euocat.

Oleum ex semine arte chymica extractum vmbilico Infantum illitum tineas ventris expellit torminibusque medetur.

Tanacetum leucanthemum.

Tanacetum inodorum 2. *Clus.* P.

Sideritis Italorum *Lob.*

Matricaria syluestris.

Wilder Metram.

In montibus occurrit æditis & cæduis syluis.

Taxus.

Ὁ μίλος *Theoph.*

Σμίλαξ *Dioscor.*

Κάλλος *Gal.*

Smilax arbor.

Ibenbaum.

Eibenbaum.

Plerisque montium Conuallibus arboreſcit.

Maio flosculi exeunt nouis germinibus: baccæ rubent maturæ.

Ligni materies est ruffa, venosa, robusta & ferè incorrupta, ex qua hastæ, arcus, canthari, cochlearia parantur.

Rasura ligni vulgi experimento contra morsum Canis rabidi datur. Succus verò arboris ad viperæ morsum multum facit. Suffitu necantur Mures.

Taxum Narbonicam & Hispanicam deleteriam solâ vmbra prodidit Antiquitas: in Silesia neutiquam malefica & vmbræ periculo caret.

Telephium album.

Τηλέφιον, *Dioscor.*

Faba inuersa seu crassula, *Aduers.*

Anacampseros, *Gesn.*

Crassula maior.

Wolffskraut.

Fette henne.

S. Johannis pflantze.

Knabenkraut.

Agris & syluosis marginibus nonnunquam occurrit

vulgo notum. Iulio & Augusto floret.

Calidæ & cum essentiæ tenuitate resiccantis & abstergentis facultatis. Sanat & glutinat omnis generis vulnera, maximè interna. Hernioſis mirè confert.

Folia tusa rec. fronti admota sanguinem è naribus fluentem reprimunt.

Maleficiatis ægris sanitatem celeriter reddere & incantatione ligatos soluere Plebs superstitiosa credit.

Telephium purpureum.

Crassula purpurea, *Offic.*
Braun Wundkraut.
Fette henne.

Rarius in montibus petrosis locis reperitur, earundem virium.

In internis vulneribus & Hernijs à Recentioribus maximoperè commendatur.

Thalictrum alpinum.

Thalictrum magnũ, *Dioſc.*
Barba capræ minor.
Ruta capraria *Nonn.*
an Θάλικτρον, *Dioſc.*
Sonnenwirbel/ *Sil.*
Wald Raute.
Graw Bergmennlin.
Heile blatt.

In altioribus montium humidis syluis ad duorum cubitorum altitudinem assurgit. Moderatè calefacit vnicè resiccans.

Folia trita vlcera vetera ad cicatricem perducunt.

Thalictrum pratense.

Ruta pratensis Herbarior. *Lobel.*
Ruta pratensis minor, *Tab.*
Wilde wiesen Raute.
Klein Sonnenwirbel.
Graw Mennlin.

Ad pratorum margines passim.

Maio comam ex cœruleo albicantem surrigit.

Folia mansa instar Liquiritiæ dulcia sunt, vulnera sanant.

Thalictrum luteum.

Thalictrum tenuifolium, *Cord.*
Peganum, *Lugdunenſ.*
Ruta pratensis maior, *Tab.*
Rhabarbarum spurium.
Saxifragia lutea, *Gesn.*
Geele wiesen Raute.
Wilde Raute/ *Sil.*
Falsch Rhabarbara.

In pratis agri Hirsbergensis vdis & riguis trium quatuorúe cubitorum altitudinem aliquando excedit. Iulio flores luteoli.

Ama-

Amarum est gustu & subacre. Odorem vibrat virosum. Calefacit, siccat, abstergit. Odor Epilepsiâ correptos excitat.

Radix lutea pediculis & atomis seu cirenibus interficiendis, Balneis additur.

Thlaspi latifolium.

Θλάσπι, Θλασπίδιον.

Thlaspi vulgatissimũ Vacciriæ folio.

Thlaspi verum & vulgare, *Iohan. Bauh.*

Thlaspi, *Officin.*

Gros Seckelkraut.

Gros Teschelkraut.

Agris incultis secus itinera & margines agrorum.

Semen acre est, calefacientis & siccantis naturæ. Attenuat, prouocat, incidit, vrit, perinde vt Nasturtij semen.

Thlaspi latius maius.

Θλάσπι.

Σίνηπι ἄγειον.

Thlaspi *Dioscor.* Drabæ folio & Chamælinæ, *Aduers.*

Thlaspi Cardamoides, *Cord.*

Nasturtium sylueſtre scandulaceum.

Breit Teschelkraut.

Teschelkresse.

Bawrensenff.

Maio, Iunio & Iulio cum semine in aruis viget.

Semen acre est, biiem extrahit potum. Internas suppurationes rumpit.

Thlaspi album supinum.

Thlaspi album 1. & 2. *Tab.*

Thlaspi album supinum, *Lobel.*

Weisser Weg oder Bawren Senff.

Weisse Wegekresse/ Vratisl.

Circa Vratislauiam secus vias extra pagos passim prouenit: Aestate floreſcit & semen fert.

Calefacientis & siccantis naturæ.

Herba incensa pestis tempore Aëris vitia corrigere vulgus credit.

Thlaspi minus Osyridis folio.

Thlaspi Osyridis folio acerrimum & album, *Lobel.*

Alyssum minimũ, *Clus.* P.

Thlaspi minus germanicum.

Steinkraut/ Wegkresse.

Klein Besem kraut.

Vbiuis viarum incultis oritur.

Calefacit & siccat 4. gradu semen. Causticæ facultatis.

Ad calculum laudatur.

Thlaspi luteum repens.

Thlaspi luteũ supinũ, *Lob.*

Thlaspi supinum montanum luteum.

Thlaspi fœtuz, v. Bursa past. maj.

Klein kriechend Thlaspi.

Arenosa perreptat loca.

Thlaspi pumilum, v. Bursa past. min.

Thysselinz, vid. Mez Siles. pal.

Tilia mas.

Φίλυρος ἐνόρχης.

Tilia saxatilis, *Matt.*

Tilia mõtana minore folio.

Stein Linde/ Wald Linde.

Syluarũ & montiũ incola.

Tilia femina.

Φιλύρα, *Dioscor.*

Tilia, *Dodon.*

Tilia satiua siue fœcunda latiore folio.

Linde/ Lindenbaum.

Arbor in Cœmiterijs, areis, hortis & syluis notissima.

Adstringit, glutinat, discutit, inspissat, abstergit, repellit.

Folia trita & aqua conspersa, pedum tumores discutiunt & reprimunt, singulare contra Spasmum flatulentum in grauidis remediũ, Emplastri modò imposita.

Cortex medianus vulnera recentia glutinat, & ambusta sanat.

Flores Iulio leguntur calidæ & siccæ naturæ, tenuiũ partium, odorati. Aduersus Epilepsiam, vertigiginẽ, Apoplexiam, Paralysin. Torminibus ventris auxiliantur.

Aqua elicitur ex floribus ad eosdem vsus.

Viscum Tiliaceum Caduco morbo obnoxijs salutare.

Ligni carbones pulu. dantur ab alto deuolutis, fractis aut contusis.

Adduntur trochiscis pro fumo.

Tithymalus pinea.

Tithymalus Cyparissias *Trag.* & *Mattiol.*

Esula, *Officin.*

Πιτυοῦσα, *Diosc.*

Cypressene Wolffsmilch.

Eselkraut.

Plurima secus itinera & aggeres viarum sterili & inculto solo. Maio floret, Iunio semen maturum.

Impensè calida est & acris, exulcerans, ventriculo molestissima.

Aluum turbat Radix, pituitã detrahit, bilem aquososq́; humores. Corrigitur Cordialibus, Stomachicis, viscidis & roborantibus scil. vt acrimonia, caliditas & vis Stomacho inimica emendẽtur. Hydropicis propinatur.

Purgatorium est Rusticorum

rum & Empiricorum, qui nihil præter Esulam, Helleborum, & Antimonium ægris offerre solent.

Scabiem sanat contagiosam capitis, den Erbgrind.

Lac recens perunctum exulcerat, capillos euellit, verrucas, Impetigines, thymos delet.

Tithymalus Cupressina.

Τιθύμαλος κυπαρισσίας.

Tithymalus cupressinus seu Humipinus, *Lob.*

Tithymalus Cyparissias, *Dodon.*

Esula Cyparissina seu Cupressina.

Kleine Wolffsmilch.

Cypressene kleine Wolffsmilch.

Incultis agris & sabulosis tumulis Maio & Iunio floret: semen Iulio maturescit.

Tithymalus Cyparissias rubente capitulo.

Tithymalus syluaticus capitulis rubentibus.

Wolffsmilch mit roten Knöpfflin.

Wald Wolffsmilch.

In collibus & montibus sterili & aridiore solo.

Tithymalus πλατύφυλλος.

Tithymalus folijs punctis croceis notatis.

Punctirete Wolffsmilch.

Asperis & sobulosis passim cum Pinea secus itinera & agrorum margines.

Tithymalus leptophyllos.

Tithymalus minimus, *Tabern.*

Esula exigua, *Trag.*

Stein Milch.

Die kleineste Wolffsmilch.

Ijsdem natalibus.

Tithymalus πλατύφυλλος.

Tithymalus latifolius montanus.

Esula latifolia.

Berg Wolffsmilch.

Syluarum & montium incola.

Tithymalus ἐρίνθεμος.

Pityusa seu Esula minor altera floribus rubris, *Lob.*

Wolffsmilch mit roten blumen.

Tithymalus ἡλιοσκόπιος.

Tithymalus helioscopius siue Solisequius, *Aduers.*

Tithymalus Portulacæ-folius.

Lactuca solisequia.

Wolffsmilch, *Sil.*

Bunde-

Hundsmilch.

Sonnenwendende Wolffsmilch.

Hortis oleraceis molestus vbiuis notissimus.

Trahit bilem per aluum cum Oxymelite.

Tithymalus fruticosus paluſtris.

Wasser Wolffsmilch.

Ad sabulosas crepidines Aluminum.

Tormentilla.

Ἑπτάφυλλον, *Hermolai.*

Quinquefolium Tormentilla, *C. B.*

Consolida rubra.

Birckwurtz.

Nabelwurtz.

Rhurwurtz.

Bünerwurtz / *Sil.* quòd gallinarum grauedinem excutiat.

Montium nemorosis siccioribus macilentiorib. pratis familiarissima.

Siccat absque manifesto calore. Attrahit, sanat, consolidat Radix.

Datur ruptis, ex alto delapsis, dysentericis alui defluxionibus.

A peste præseruat pueris & grauidis in cibo sumta.

Dentium cruciatus & tormenta aufert recens imposita aut decocta.

Extractum Tormentillæ rubicundum acquirit colorem. In Dysenteria, cholera & vteri hæmorrhagia certũ experimentum. Abortum prohibet cum Corallio rubeo & aqua Nuc. mosch.

Exiccatum velut gummi splendet, sanguinem Draconis repræsentans, cuius defectum commodè supplere potest.

Tormentilla alpina.

Tormentilla maxima.

Grosse Riesenbergische Bünerwurtz.

Rotwurtz.

Radix non tantum breuis & nodosa; sed prælonga brachiataque est, rubra & odorata.

Ad lacus Suditorum, nec non circa gigantæum reperitur.

Radix venenis resistit, dysenteriam contagiosam & omnes Sanguinis eruptiones compescit. Herpetes, Strumas, durities sanat. Pestilentibus morbis commoda. Fortiter enim putredini aduersatur & sudores mouet. Idcirco Antidotis & magnis compo-

compositionibus vtiliter addi tur.

Trachelium maius purpureoviolaceum.

Τραχήλιον.

Trachelium maius, *Aduerſ.*

Ceruicaria & Vvularia, *Trag.*

Trachelium folijs Vrticæ.

Campanula vrticæ folio.

Braune Glocken.

Halskraut.

Braunfingerhüttlin.

Pratis & ſyluis cæduis ſaltuoſis obuiam.

Adſtringit, exiccat, ceruicis, colli & oris exulcerationibus gargarizatu opitulatur.

Trachelium maius albo flore.

Ceruicaria alba, *Trag.*

Weiſſe Waldglocken.

Zapffenkraut.

In conuallibus ad Boberum vmbroſis Iulio floret.

Trachelium minus.

Trachelium minus pratenſe vmbellatum.

Ceruicaria minor.

Klein Halßkraut.

In agris & pratis aridioribus frequens.

Trachelium alpinum maximum.

Ceruicaria maxima.

Groſſe Berg Glocken.

Ad hominis proceritatẽ ſæpe in foueis niualibus vdis herbidis aſſurgit.

Iulio flores campanulati prominent.

Tragopogon luteum maius, minus.

Τραγοπώγων.

Barbula Hirci.

Joſephs blumen.

Bockßbart.

In campeſtribus & aggeribus pingui ſolo congeſtis lætatur. Maio & Iunio floret, ſemine paulò pòſt cum pappo auolante.

Radix lacte turgens calefacit & humectat. Affectibus Pulmonis, Aſthmaticis & tabidis vtilis.

Tribulus aquaticus.

Τρίβολος ὑγρὸς *Dioſc.* ἀπὸ τριῶν βελέων, à tribus iaculis ſeu cuſpidibus, quib. munitus eſt.

Tribulus marinus, *officin.*

Waſſernüſſe.

Weier Nüſſe.

See Nüſſe.

Stachel Nüſſe.

Lacuum & ſtagnantium

aquarum alumna.

Nuci ineſt emplaſtica obſtruendiq́ue vis. Aluum conſtipans.

Inflammationes omnes cataplaſmate iuuat : vlcera oris, gingiuas tonſillasq́ue perſanat.

Nucleus recens calculoſis vtilis.

Tribulus terreſtris.

Τρίβολος χερσαῖος.

Lappa campeſtris.

Burtzeldorn.

Campeſtris eſt, tenuium partium.

Calculum ſemen atterit.

Trichomanes vide Adianth rubry.

Tridactylites cærulea.

Dactyliobotanon cæruleum, *Thal.*

Alſine Tridactylites cærulea, C. B.

Blaw Hendlin kraut.

Blaw Hungerblümlin. *Sil.*

Agris arenoſis & macilentis verno tempore vbertim luxuriat circa Hirsbergam.

Annonæ caritatẽ eius prouentum præſagire vulgus obſeruauit.

Aeſtiuis caloribus perit.

Tridactylites albicans.

Weis Hendelinkraut.

Floſculis differt, forma & natalibus idem.

Trifolium pratenſe vulgare.

Τρίφυλλον πορφυρέον.

Trifolium incarnatum ſeu rubrum.

Braun Wieſen Klee.

Roter Klee.

Nuſpiam deeſt pratis & herbidis locis.

Flores vim obtinent refrigerandi & ſiccandi.

In Enemate additi, Inteſtinorum roſiones ac dolores ſedant, & viſcidos lentosq́ue humores inhærentes Inteſtinis educunt.

Trifolium pratenſe album.

Τρίφυλλον λευκόν.

Trifolium album, *Tabern.*

Weiſſer Klee.

Agros quieſcentes & prata ſicciora floribus candidis Iulio ſæpe integrè cooperit.

Flores poti ad alba vteri profluuia vtiliter bibuntur.

Apes his maximoperè delectantur.

Trifolium ſyluaticum album maximum.

Weiſſer Wald Klee.

In ericetis ſyluoſis non denſis. Iunio floret.

Trifo-

Trifolium agrarium.

Trifolium pratense luteum, *Fuchs.*

Trifolium luteum minimum, *Lobel.*

Melilotus 6. *Trag.*

Τρίφυλλον ξανθὸν.

Geler Feld Klee.

Stein Klee.

Pratis hortis oleraceis & agris notum.

Trifolium lupulinum.

Trifolium luteum 2. Lupulinum, *Thal.*

Lupulus syluaticus, *Vulg.*

Hopffen Klee.

Geeler Wiesen Klee.

Vnser Frawen Hopffe/ *Sil.*

Campestribus & pratensibus Aestate & Autumno occurrit.

Trifolium corniculatum.

Trifolium siliquosum minus, *Tabern.*

Melilotus nobilis, *Trag.*

Melilotꝰ coronata, *Aduers.*

Geeler Schotten Klee.

Vogels Wicken.

Wilder Stein Klee.

Sicca prata viarumque margines amplectitur, per æstatē flosculos croceos explicans, semine in siliquis Autumno maturescente.

Euidenter adstringit, refrigerat, siccat. Incipientibus Inflammationibus perutile. Odor floribus imbecillior: Mellis ferè viribus quàm proximè ad Melilotum accedens.

Trifolium palustre.

Ἱππουρις, Dioſc. *Nonn.*

Μυριόφυλλον.

Trifoliū paludosum, *Lob.*

Trifolium fibrinum.

Bona hircina, ab odore olido.

Biber Klee.

Lungen Klee.

Bockshohnen.

Creutzwurtz/ *Sil.*

Huius natales sunt vda montium loca. Ad fossas piscinarum territorij Hirsbergij Aprili & Maij initio flosculos elegantes calyculatos promit, quibus mox theculæ semē claudentes succrescunt.

Tussilago alpina maxima.

Καγκαλία & λευκὴ, Dioſc.

Tussilago alpina maior, *Gesner.*

Tussilago alpina siue montana, *Lugdun.*

Cacalia, *Lobel.*

Grosser Berg Lattich/ *Sil.*

Ross Lattich.

Suditorum iugis opacisq; supercilijs prope fluentes & aquarum scaturigines plurima fruteſcit. In caule bicubitali Iunio floſculos edit purpuraſcentes, qui citò cũ lanugine auolant.

Tußilago alpina minor.

Tuſsilago montana minima, *Lobel.*

Tuſsilago 2. alpina Cluſ. *Lugdun.*

Aſarina, *Mattiol.*

Hederula ſaxatilis.

Heidniſch wundkraut } *Sil.*
Grôſchlin kraut }

Paſsim perreptat altiora humida & vmbroſa montium loca.

Iunio in coliculo nudo dodrantali concauo florem erigit purpuraſcentem, qui citiſsimè in pappum euaneſcit & perit, folijs integro virentibus anno.

Guſtus radiculis acutus cum leuiuſcula quadam amaritudine & ſalſedine.

Vim habet calefaciendi & ſiccandi. Attenuat, incidit, abſtergit, tenuium partium.

Aluum ducit, craſſam pituitam & acres humores.

Additur commodè decoctis Hydropicorum & Ictericorum.

Ad Sonticum morbũ Neruorumque reſolutiones ab alijs commendatur.

Tußilago vulgaris.

Βήχιον, *Dioſc.* Ἀπὸ τῦ ἰᾶσθαι βῆχα.

Farfara, *Lobel.*

Bechium, *Dodon.*

Farfugium.

Huff Lattich.

Brand Lattich.

Ohmbletter/ *Sil.*

Vda ſata crepidinesque fluminum ſectatur. Recentia folia humida & frigida; ſicca verò modicè acria & calida.

Decocta tuſsientibus & Orthopnoicis prodeſt, Pectoris vomicas rumpit.

Aduerſus calidos capitis dolores & æſtus febrium ardentium vtiliter folia adhibentur: illita & impoſita ambuſta ſanant.

Typha paluſtris.

Τύφη, *Dioſc.*

Typha aquatica.

Kolben/ Weiher Kolben.

Narren Kolben / à flore denſo, clauæ ſimili, in lanuginem euadente.

Natales eius ſunt amnes leniter fluentes, vada item, ſtagnan-

ſtagnantesque & paluſtres aquæ.

Euidentiſsimè refrigerat & ſiccat.

Lanugo axungiæ permixta ambuſtis partibus tumorem & inflammationē arcet.

Ad Enterocelas ſumta & admota prædicatur.

Lanugo ſuffocationis periculum comeſta minatur. Mures occidit.

Vaccaria rubra. v. Isatis sylv.

Vaccinium nigrum.

Vitis Idæa minor, *Thal.*
Pſeudo-Myrtus, *Tabern.*
Myrtillus, *Offic.*
Myrtus terreſtris ſeu pumila.
Χαμαιμυρσίνη, *Peuc.*
Heidelſtrauch.
Blaue Heidelbeer.
Staudelbeer/ Roſsbeer.

Macro ſteriliq; ſolo ac incultis ſyluoſisque locis nihil frequentius.

Maio floret. Fructus Iulio maturus nonnihil refrigerat, exiccat, adſtringit, roborat, reprimit, cohibet.

Baccæ auſteriuſculæ ſunt & vinoſæ, crudæ eduntur. Paupercula plebs ex his pultes cum farina coquit haud ingratas.

Siccatæ ventriculo æſtuanti conueniunt, ſitim auertunt, ardentium febrium æſtus mitigant. Aluum reprimunt, vomitum ſiſtunt, dyſenteriā ex bile natam curāt.

Rob ex ſucco cum ſaccharo paratur ad omnia præferendum.

Vaccinium rubrum.

Χαμαίπυξος.
Vitis Idæa rubra, *Mattiol.*
Erica baccifera latifolia, *Tabern.*
Vua Vrſi, *Anguil.*
Rote Heidelbeer.
Rote Preuſſelbeer.
Prauſſelbeer.
Rauſch/ *Tabern.*

Syluoſis & ſaxoſis montium, vaſtis etiam ſyluis circa Boleſlauiam & Saganum plurimum. Floſculos Maio & Iunio inſtar vtriculi concauos blandè rubentes exhibet. Auguſto baccæ rubent.

Baccæ ſapore ſunt acidæ & adſtringentes magis, nec perinde ſucculentæ vt Myrtilli. Frigida & ſicca his conceſſa facultas ſimulque adſtringens.

Probantur ſiccæ in calculo, dyſenteria & diarrhœa.

Ex ſucco Rob conficitur addito ſaccharo, Ventriculo æſtu-

lo æstuanti & à Cholera male affecto gratissimum.

Ad intinctus etiam additis aromatibus commodè vsurpatur.

Vaccinium alpinum.

Vitis Idæa 2. *Clus. P.*

Vitis Idæa nigra maior *Thal.*

Vitis Idæa maior *Gesn.*

Jegerbeer.

Grosse Heidelbeer.

Rausch *Sil.*

Nascitur in montibus & solitudinibus syluosis.

Fructus per maturitatem niger Vaccinio nigro similis saporis gratia commendabilis, plurima grana in se continet.

Folia adstringunt & nonnihil acidum sapiunt.

Tinctores virgultis cum folijs frequenter vtuntur.

Vaccinium palustre.

Oxycoccon *Cordi.*

Acinaria palustris.

Erica baccifera *Matthiol.*

Erica sexta baccifera Dod. *Lugdun.*

Πιθηκόκκον, *Thal.*

Mosbeeren / Moselbeeren.

Gichtkraut / Affenbeer.

Winterbeere / Rauschgrün.

Vdis muscosis syluis Ericetisq; montium Suditorum passim luxuriat, & viticulis tenuibus muscum perreptat.

Flosculi purpurei, Solani rubri, minores, apiculis flauescentibus Maio & Iunio hiscunt, Baccæ autumno maturescunt, tota hyeme sub niue latitantes incorruptæ, quas verno tempore Pueri & Pastores colligunt, ac pulpa molli turgentes sine detrimento comedunt.

Folia adstringendi vim sortiuntur.

Fructus acidum sapit & egregiè adstringit cum leuicula abstergendi facultate.

Valeriana media.

Φὰ μικρὸν.

Phu paruum.

Valeriana minor vulgaris.

Valeriana syluestris *Aduers.*

Gemein Baldrion.

Augenwurtz.

Bedram *Sil.*

Humectis locis ad margines pratorum ripasq; fluuiorum passim reperias.

Iulio floret copiosissimè altiss. herbidis montium conuallibus.

Radix odorata, gustu acri-or est. Excalefacit & siccat valen-

valentiùs quàm maior.

Aperit, attenuat, venenis aduersatur.

Ruptis, Conuulsis ex alto præcipitatis secundum Recentiores datur.

Visum exacuit, ob id à felibus libenter deuoratur.

Radiculæ decoctæ suffitu peculiariter valent ad testium tumores à frigiditate aut flatu genitos.

Herba cum radice contusa & impositа capitis dolores, impetus ac compunctiones eius sedat tollitq́; : ad Erysipelata Oris & gingiuarum exulcerationes efficax remedium.

Valeriana montana.

Phu montanum.
Berg Baldrion.
Locis humidis & herbidis montium nota.

Valeriana agrestis.

Phu minimum *Lobel.*
Olus album *Dodon.*
Bupleuron *Cæsalp.*
Pes Locustæ *Auic.*
Λευκολάχανον *Dod.*
Acker Baldrion.
Wiesekraut.
Klein Rapuntzelin.

In satis tota hyeme viret lætissimè. Estur in acetarijs per hyemem.

Sapore quodammodo insipida est. Refrigerantis & nonnihil humectantis facultatis, temperamento Lactucæ haud dissimilis.

Radix tenuissima fibrosa Valerianam redolet.

Verbascum fruticans.

Φλόμος λευκόφυλλος *Dioscor.* ἀπὸ τῶν φλογῶν, quòd eâ ad ellychnia veteres vtebantur.

Verbascum latius *Dodon.*

Thapsus barbatus *Officin.*

Verbascum aut Phlomos vulg. mas Dioscor. *Lob.*

Verbascum leucophyllon.
Candela regia.
Weis Wullkraut.
Königskertze / S. Johannisskertze.
Zöllich/Wüllich *Sil.*

Incultis & sterilibus collibus secus itinera & sepes à Iulio in Autumnum floret.

Folia siccant, detergent, digerunt, & dolores mitigant.

Omnibus internis apostematibus, doloribus & inflammationibus auxiliantur. Laterum & Pectoris dolores tollunt, Ambustis subueniunt illita. Sedem procidentem suffitu cohibent & Tenesmum

nesmum in dysentericis sanant.

Flores cum Oui vitello tumentes & dolorificas Hæmorrhoides cohibent: idem efficit oleum insolatu collectum & illitum. Capillis etiam flauedinem conciliat.

Herba insessu Sedis inflammationibus & Genitalium ac Podagræ; fotu Oculis vtilissima.

Verbascum magnum 2. flore subpallido Lob.

Verbascum flore luteo magno.

Verbascum 2. minus.

Ander Wullkraut mit bleichgeelen blumen.

Iisdem fruitur natalibus.

Verbascum nigrum.

Φλόμος μελανόφυλλος.

Verbascum nigrum latifolium luteum *Aduers.*

Verbascum nigrum *Trag.*

Schwartz Wullkraut.

Schwartz Wullich *Sil.*

Hoc nihil vulgatius fabulosis & aridis collibus & aggeribus secus itinera.

Aestate floret.

Verbena mas communis.

Περιστερέων seu περιστερεών, q. Columbaris, quod iuxta Columbaria in sterquilinijs lubens proueniat.

Verbena communis *Lob.*

Verbenaca recta *Tab.*

Verbena femina *Cæsalp.*

Eisenkraut.

Eisenhart. } *Sil.*

Wilder Eisewig. }

Pagorum viarumq; margines & areas vrbium occupat. Iulio & Augusto floret.

Herba viridis jucundi est odoris, gustus insigniter amari.

Calefacit, siccat, abstergit, adstringit, consolidat. Omnibus visceribus, Pulmoni, Lieni, Lateri & Phthisi incipienti prodest, visum acuit, capitis doloribus pituitosis & chronicis summo est præsidio.

Mansa Dentibus herba rec. contra Pestem singulare prædicatur Alexipharmacum.

Plebecula superstitione plena, nescio ad quas expiationes delira quadam persuasione adhibere solet.

Veronica mas serpens.

Veronica vulgaris supina *Clus. P.*

Veronica vera & maior *Lobel.*

Laudata Nobilium.

Ehren-

Ehrenpreis Mennlin.
Grundheil.
Heil allen schaden.

Herba incultis & cæduis syluis sed æditis repertu facilis.

Amara est cum manifesta adstrictione. Calidæ & siccæ facultatis.

In Hepatis, Pectoris & Lienis affectibus multi vsus.

Tabidis, suppuratis & Ictericis succurrit, febribusq; malignis conuenit.

Colicæ à proprietate, & omnibus Cutis vitijs salutaris.

Veronica prat: Dod: v. Alsine erecta Rutæ fol:

Veronica femina Mattiol.

Ἐλατίνη Diosc. *Aduers.*
Elatine *Dodon.*
Elatine vulgaris Herb. *Thal.*
Ehrenpreis Weiblin.

Inter segetes riguis & humidis.

Amaricant folia adstringuntq; siccitate non exasperante.

Meritò Dysentericis tumoribusq; feruidis prodest.

Vetonica, v. Betonica purp.

Vicia maior.

Vicia *Herbar.*
Orobus perperam *Nonn.*
βίκιον.

Grosse Wicken / Feld Wicken.
Kornwicken / Roßwicken *Sil.*

Seritur in campis ad jumentorum pabulum; in quibus etiam spontè nascitur.

Semen moderati est caloris, sed valentiùs desiccat, adstringit, mundat, abstergit.

Stomachi & alui fluxiones tostum, fractum & decoctum Lentis instar sistit.

Vicia syluestris I.

Ἄφακα, ἄραχος.
Craccæ 1. genus *Dod.*
Aphaca *Mattiol.*
Aracus & Cracca maior *Lob.*
Kleine Wilde Wicken.
Vogelswicken *Sil.*

Prouenit vnà cum segetibus, pabulum cùm recens tum siccum bobus gratum.

Semen amarum, tenuis essentiæ, Columbarum cibus.

Vicia syluestris II.

Craccæ 2 genus *Dod.*
Aracus seu Cracca minima *Lobel.*
Viciola, Arachus minimus.
Kleine Wilde Wicken.

In hortis Oleraceis & inter segetes luxuriat, frugum pestis & vitium.

Vicia sylu. III.

Vicia lutea *Tabern.*
Gelbe Wicken.
Legumen Terræ glandibus simile.
Iulio & Augusto floret in campestribus frutetosis locis. Semen ingrati saporis.

Vicia sylu. IV.

Vicia sylu. cœruleo flore.
Vicia syl. spicato flore *Cl. P.*
Galega sylvestris *Dod.*
Os Mundi.
Blawe Wicken.
Schwartze Linsen.
Christoffelskraut.
Passim in agris & dumetis, quibus se implicat, ad sepes secus itinera Aestate visitur.

Victorialis major v. Allij Alpini
Vincetoxicu. Dod. v. Asclepias

Viola Martia odorata.

Ἰὸν πορφυροῦν *Dioscor.*
Ἰὸν μέλαν καὶ μελάνιον *Theoph.*
Viola Martia præcox purpurea simplex *Lob.*
Viola nigra, à violando, quòd violetur & conculcetur & proteratur transeuntium pedibus.
Blawe Violen/Veilichen.
Mertzen Violen.
Amat opaca & aspera. Ad Murorum radices, hortorum margines & sepes pingui solo.

Viola dentaria v. Dentaria
πενταφυλλος

Viuit hyeme pariter ac æstate, frigoris patientissima. Floret Martio & Aprili.
Refrigerant 1°. humectant 2°. si recentes.
Aluum emolliunt.
Soporiferæ sunt. Calidos colores mulcent & inflammationes extinguunt, lenint & soluunt. Bilem eduunt eiusq; feruorem temperant. Conferunt capitis doloribus, Pectoris & Lateris inflammationibus auxilio sunt, sitimq; arcent.
Medentur Anginæ & Columellæ vitijs.
Iecinoris, Renum, Vesicæ nimios calores restinguunt.
Siccantur in vmbra ad Cordiales condituras, syrupos & catharctica.
Folia in Clysteribus & Insessib. commodè adduntur.

Viola Martia syl. inodora.

Viola canina.
Viola cœrulea syl. serotina *Lob.*
Hunds Veilichen.
Passim in syluis & frutetis, neglecti vsus.

Viola Martia fruticosa.

Viola Martia surrectis cauliculis *Lob.*
Auffstehende Veilichen.

In syl-

In syluis fruticat.

Viola Martia alpina lutea.

Viola alpina rotundifolia lutea C. *B.*

Viola luteolo & minore flore *Gesn.*

Geele Violen.

Geele Mertzveilichen.

Humidis & opacis herbidisq; montibus Iunij initio cum floribus reperitur.

Viola matronalis multicolor.

Φλόξ φλόγιον Theoph. *Dod.*

Viola tricolor.

Iacea seu herba Trinitatis Stieffmütterlein *Sil.*

Frawenveil.

Freisamkraut.

In campis asperisq; Colliculis frequens. Floret Iunio, Iulio, Aug. ad finem Aestatis.

Tota subamara est & acris. Calefac. siccat, digerit, incidit.

Aegrè spirantibus & Pulmonum Inflammationibus opem fert; Febricitantibus maximè Pueris & Infantib. quorum Conuulsionibus ac Comitialis morbi accessionibus subuenire creditur.

Scabiem & cætera cutis vitia delet.

Viola matronalis pallida.

Viola tricolor s. Septicolor *Thal.*

Iacea seu Herba Trinitatis 2. seu minor *Matt.*

Wilde Stieffmütterlein.

Flosculi pallidi sunt.

Ad Clysteres colligitur.

Viola matronalis albo flore.

Viola Trinitatis minor petræa.

Viola sylu. *Lobel.*

Weisse Stieffmütterlin.

Virga aurea I.

Virga aurea serratis folijs *Tabern.*

Virga aurea margine crenato *Dodon.*

S. Petersstab *Sil.*

Heidnisch Wundkraut.

Nemorosis & saltuosis opacis læto pinguiq; loco enascitur. Augusto virga lucet aurea.

Subamara est. Calefaciendi vi pollet. Abstergit, glutinat, adstringit.

Renes à sabulo & arenulis liberat, sanguinem cohibet.

Gargarizatu Anginæ & Columellæ inflammatæ, fauciumque Morbis auxilium fert.

Additur potionibus vulnerarijs.

Virga aurea II.

Virga aurea folijs non serratis Villanouani *Aduers.*

Herba scripta *Anguill.*

Gülden Wundkraut.

Folia interdum lineis & maculis albis insignita videntur.

Virga pastoris, vide Carduus fall.

Virga sanguinea Matt. v. Corniolus.

Virginea. v. Chamamel. caninus foet.

Viscum.

Ὀϊξὸς.

Mistel/ Mispel.

Eichen Mistel / Tannen Mistel.

Nascitur in Abiete & Quercu quamuis rarius. Abundat in syluis Boiemiæ.

Abietinum hyeme viret. Laudatissimum est Quernũ.

Calefacit, emollit, digerit, extrahit, discutit, parotidas, tubercula cæterasque collectiones ad maturitatem perducit.

Lignum eligitur intus porraceum, extra fuluum, quod asperi nihil aut furfuriosi conceperit.

Amuletũ insigne aduersus Caducum morbum. Tritum etiam Epilepticis auxiliatur & contra sanguinis eruptiones valet.

Vitis alba, v. Bryonia.

Vitis Idæa, v. Vaccinij.

Vitiflora. v. Filipendula prat.

Vitis syluestris.

Ἄμπελος ἀγρία, *Diosc.*

Labrusca, *Trag.*

Wilde Weinräben.

Wilder Weinstock.

In Silesia inferiore ad Crosnam.

Racemi adstringunt & extergunt.

Vitriola. v. Parietaria

Oenanthe, id est, flos vitis syluestris potu aluum sistit ac sanguinis excretiones, Stomacho ac vrinæ ciendæ vtilis.

Ulmaria, v. Ægopogon.

Vlmus campestris.

Πτελέα, *Diosc.*

Vlmus *Herbarior.*

Ylmenbaum.

Rüstern/ Rüstbaum.

Amat plana & campestria.

Liquor folliculorum vulnerarius est. Valet ad Lichenas, & nitorem faciei conciliat.

Vlmus montana.

Ὀρειπτελέα, *Theophr.*

Montiulmus, *Gaz.*

Vlmus vernacula seu nostras.

Ylmen.

Effenbaum.

Berg Rüstern.

Locis montosis ad arcem Fürstenstein & alibi.

Folia

Folia & cortex adstringunt, inspissant, abstergunt, resoluunt, emolliunt & glutinant.

Vmbilicus Veneris palustris.

Cotyledon palustris *Dod.*
Cotyledon aquatica acris septentrionalium Lob.
Nabelkraut.
Paludibus & piscinis innatat.

Vrtica maior pungens.

Κνίδη, παρὰ τὸ κνίζειν, à pruriendo.
Ἀκαλύφη, *Dioscor.*
Vrtica syl. asperior, *Lobel.*
Vrtica vrens 2. *Dodon.*
Grosse Nesseln.

Importuno prouentu vbiuis iuxta sepes luxuriat.

Radix ex vino Tussientibus, Asthmaticis, Pleuriticis, calculosis morbisque ex viscosa pituita ortum habentibus prodest.

Folia ventrem molliunt, flatus discutiunt, Calculum & arenulas deijciunt.

Semen lithontribon est, sanguinem cohibet; in Officinis vrticæ Romanæ semini substituitur.

Vrtica pungens minor.

Vrtica minor acrior, *Lob.*
Heiter Nessel.
Brennende Nessel.
Haber Nessel.

Vulgatissima in hortis & satis.

Priori facultate similis.

Radix cocta vino & melle egregiè contra frigidas tussises & pectoris vitia facit.

FINIS PRIMI LIBRI.



STIRPIVM SILESIÆ HORTENSIVM

Liber secundus,

In quo Arbores, Frutices, Herbæ cùm Regionis propriæ, tùm aliunde allatæ recensentur.

Abrotonum mas.

Ἀβρότονον ἄρρεν, *Dioſc.*

Stabwurtz mennlin.

Gartheil/rechter Gartheil/ *Sil.*

Rote Alb Raute.

Amat ſolum aridum, hortis Ruſticorum familiare: floret Auguſto & Septembri.

Admodum amarum eſt. Calefacit, ſiccat, 3°. receſſu à medio. Aperit, digerit, incidit, rarefacit, mordicat. Tenuium eſt partium.

Summitates cum floſculis, Aſthmaticis, ægrè ſpirantibus, conuulſis, Iſchiadicis conducunt. Lentos humores Pulmonis, Renum, Matricis & veſicæ incidunt, ſtillicidio vrinæ ſuccurrunt, & quoſuis dolores internos ſedant.

Exitialium venenorũ antidotum.

Cinis Alopeciam curat.

Olim contra omnia veneficia, quibus Coitus inhibebatur, efficaciſsimum habebatur.

Abrotonum femina.

Ἀβρότονον θῆλυ, *Dioſc.*

Cypariſſus hortulana.

Chamæcypariſſus, *Fuchſ.*

Chamæpitys, *Tragi.*

Santolina, *Anguil.*

Cypreß/ *Sil.*

Garten Cypreß.

Stabwurtz weiblin.

In hortis & ſictilibus colitur

litur ad coronarum vsum. Impatiens frigoris. Augusto floret.

Amarum est, aperit, abstergit, venenis aduersatur. Regio morbo, vrinæ difficultati medetur.

Semen potum Lumbricos enecat & Menstrua pellit.

Abutilon auicennæ.

Althæa lutea.
an Ibiscus, *Theoph?*
Samet Pappeln.
Welsche geele Pappeln.

Non nisi in hortis instructioribus sub finem æstatis floret.

Glutinosa & vulneraria est. Recentia consolidat & glutinat.

Semen calculosis ex vino competit.

Acanthus satiua.

Acanthus Italica.
Acanthus satiuus, *Lobel.*
Acanthus vera, *Fuchs.*
Acanthus lævis, *Plin.*
Branca vrsina vera Romana.
Ἄκανθος, *Dioscor.*
Μελάμφυλλος, *Gal.*
Welsche Beerenklaw.

In horto Laurentij Scholtzij Med. Vratisl.

Folia temperatè in frigidi & calidi medio quasi consistunt nonnihil humida, emollientem ac modicè digerentem vim obtinent, doloremque sedant; vnde Enematis incoquuntur non minus quàm Malua.

Acetosa Sabaudica.

Acetosa nobilis Franca.
Oxalis gallica, Romana.
Oxalis rotundioribus folijs, *Gesn.*
Saphoischer Sauerampfer.
Agrestampfer.
Frembd Sauerampfer.

Ex semine in horto instructiss. D. Laur. Scholtzij Vratisl. Spontè copiosè in asperis montis Iuraſſi infra Geneuam nascitur.

Gustu & aciditate delicatiore cæteris cunctis præfertur.

Achillea.

Ἀχίλλειος, *Dioscor.*
Millefolium nobile, *Trag.*
Tanacetum Millefolij folijs, *Lobel.*
Edle zarte Garbe.

Abstergit, mundat. Vulneraria est.

Aconitum Pardalianches.

Φθόα.

Aconi-

Aconitum 1. Dioſc. *Geſn.*

Aconitum thelyphonon, *Theoph.*

Phthora VValdenſium *Aduerſ.*

Lunaria, *Nonn.*

Waldenſer Giffkraut.

Waldenſer Tora.

In horto meo Maio floruit, Vienna miſſa. In Iuraſsi præcipitijs vbertim ſpontè luxuriat.

Lethale & præſentaneum venenum omnibus animalibus.

Acorus verus.

Ἄκορος *Dioſc. & Theoph.*

Acorus verus & legitimus Dioſc. *Aduerſ.*

Acorum.

Calamus aromaticus, *Offic. falsò.*

Ackerwurtz.

Kalmes/ vulgò.

Admodũ familiaris hortis præſertim humidioribus & riguis, vt etiam ad exteros deuehatur. Patria eius Podoliæ, VValachiæ & Lituaniæ fines. Loco floris iulum fert.

Amara eſt radix modicè, acris, odoris iucundi & tenuis eſſentiæ. Incidit, aperit, prouocat vrinam, Menſes & Secundas trahit, Lateris dolores tollit, Iecinoroſos & Lienoſos iuuat, Pectori prodeſt, vrinæ ſtillicidijs & à Serpẽte demorſis mirificè auxiliatur. Antidotis additur.

Peregrinantes quidam ſecum ferunt contra aquas corruptas.

Succus Oculorum caligines diſcutit, Ceratoidis craſſitiem detergit & ſimul extenuat.

Extractum valet præcipuè in affectibus Ventriculi & Pectoris cum intemperie frigida cum materia craſſa & tenaci. Expectorat, difficultatem ſpirandi mitigat & concoctionem iuuat. In Catarrhis item frigidis, Colica & Quartana cum appropriatis ſyrupis commendatur.

In officinis loco Calami aromatici vſurpatur, cùm tamen legitimus & verus ſufficienter iam ad nos feratur, qui non radix ſed Arundo eſt.

Aethiopis.

Αἰθιοπὶς *Dioſc.*

Phlomitis *Lob.*

Cotonaria *Monſpel.*

Mohrenkraut.

Frembder Wullich.

Inſtructioribus hortis ex ſemine nata. Auxiliatur pu-

rulentis excreationibus decocta & pota.

Ageratum latifolium.

Balſamita maior *Dod.*

Mentha græca ſeu Saracenica Offic. *Matt.*

Chryſocome *Cord.*

Coſtus Hortorum Caſs. Baſs. *Aduerſ.*

Mentha corymbifera maior.

Vnſer Frawen Müntz *Matt.*

Römiſche Salbey *Sil.*

Zam Heydniſch Wundkraut.

Hortis nota herba. Subamara eſt, adſtringens & grauiter odorata.

Excalefacit, ſiccat, aperit, roborat, abſtergit, prouocat, diſcutit, Stomacho & Cordi amica.

Auxiliatur vterinis affectibus frigidis.

Frigefactum Ventriculum & Hepar excalefacit & viſcerum obſtructiones aperit.

Prodeſt Cachexiâ & Leucophlegmatiâ laborantibus, præſertim in initio. Venenis reſiſtit, Alui profluuia cohibet, Defluxiones è Capite reprimit, & reſiccat. Caput roborat.

Succus Lentigines, Alphos & alias Cutis fœditates emaculat: illitus Lumbricos necat, Ventriculum roborat tam hauſtus quàm illitus, & vomitiones cohibet.

Semen Lumbricos enecat, expellit.

Ageratum anguſtifolium.

Ἀγήρατον *Gal.* & *Dioſc.* παρὰ τὸ μὴ γηράσκειν, quòd flores diu ſeruet incolumes.

Balſamita minor *Dod.*

Eupatorium Meſ. *Trag.*

Coſtus minor hortenſis *Geſn.*

Herba Iulia ſeu Balſamita Coſtina minor *Herbar.*

Ageratum Septentrionalium & Anglicum.

Mentha Corymbifera minor.

Leber Balſam.

Frembd Leberkraut.

Klein Welſch Frawenkraut.

Semel ſatum facilè augetur. Auguſto floret, ſemen Octobri relinquit minutum, latiuſculum Lactucæ candidum.

Odoratius eſt maiori, ſubamarum adiuncta adſtrictione. Calefacit, ſiccat, attenuat, abſtergit, aperit, reſoluit, bilem euacuat.

Roborat Ventriculũ, Hepar, etiam viſcera interna, ob ter-

ob terrenam adstringendique vim.

Syrupo de Eupatorio Mes. commodè additur.

Allium satiuum.

Σκόροδον *Diosc.*

Alliũ hortense ἀπὸ τοῦ ἄλλεσθαι, quòd exiliendo crescat.

Knoblauch.

Rusticorum hortis nullibi deest.

Vim obtinet calefaciendi & siccandi quarto à medio recessu. Acre est, mordet, excernit, digerit, pellit, incidit, prouocat.

Aluum turbat, flatus discutit, Coli dolores minuit, sitim temperat, Oculorum aciem hebetat, venenis resistit, Pectus excalefacit. Stomachum exiccat.

Latas Ventris tineas in Cibo sumtum abigit; Aquas insalubres emendat, vocem reddit claram, veterem tussim lenit.

Hydropicis, maximè Tympanitide laborantibus vtile.

Præstat contra rabiosorum Canum morsus, tam illitum quàm potum.

Allium hybernum.

Winter Knoblauch.

Aëris corrupti arcet contagia. Amuleto veneficia inhibere vulgi persuasio.

Quibus Alliorum vsu Caput non tentatur, nec æstu viscera incandescunt, vt Rusticis & assuetis, his ea manè cum vinogeneroso ingerere, quolibet Antidoto aduersum pestiferas nebulas nocturnasque caligines certius est præsidium & incantamentum.

Allium Serpentinum.

Scorodoprason 2. *Clus. P.*

Moly Serpentinum *Anglor.*

Allium Colubrinum.

Allium Creticum.

Ὀφιοσκόροδον.

Schlangen Knoblauch.

Welscher Knoblauch.

Venenis resistit.

Aloë vulgaris.

Ἀλόη *Diosc.*

Semperviuum marinum.

Aloe/ Aloepatick.

In horto D. Laurentij Scholtzij.

Aloë spinosa.

Aloe folio mucronato.

Aloe Americana *Mattiol.*

Americanischer Aloe.

Stachlicht Aloe.

Ex America ad nos affertur.

Luto radici circumligato & subinde rigato, è tabulatis Cœnaculorum suspensa, non modò diutiùs viret, verùm & incrementum sumit, nouaq; folia protrudit: sed tepentem hyeme locum esse oportet, ne congelata tabescat.

Succus foliorum nondum æstiuis Solibus percoctus, vt brumali tempore minimum amarus est.

Alsine peregrina.

Alsine marina *Dod.*
Hippia maior *Lob.*
Frembder Meyer.
Frembd Vogelkraut.

Ex maritimis locis in hortos recipitur.

Amaranthus vulgatior.

Ἀμάραντος, ἀπὸ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι.

Amaranthus purpureus *Dodon.*

Amaranthus purpureus saturo Cocci colore.

Phlox seu flamma Theoph. *Angul.*
Flor Amor.
Blum der Liebe.
Tausentschön.
Rot Kölblin.

Differt panniculâ, quæ simplex, sparsa, incurua. Floret Augusto & Septembri.

Elegantiæ caussa & voluptatis Corollariæ ergò in hortis seritur.

Flores poti cruenta expuentibus prosunt.

Mensium abundantiam & albas vteri fluxiones reprimunt.

Flos madefactus aquâ hyeme reuiuiscit ad Coronas.

Amaranthus maximus.

Amaranthus maior floribus obsoleti coloris *Dod.*

Blitum Vngaricum *Matt.*

Blitum topiarium seu Indicum *Gesn.*

Grosser Straus Meyer.
Hanenkam / Vngrischer Meyer.

Floret Augusto & durat in Autumnum. Refrigerat, siccat, repellit, cohibet.

Iis, quibus in Pulmone vel Pectore vas aliquod fractum fuit, prodest.

Amaranthus tricolor.

Amaranthus pictus *Aduers.*
Blitum maculosum *Dodon.*
Blitum variabile *Ital.*
Symphonia Plin. *Dalech.*
Geferbter / gescheckter Meyer.
Papageykraut / Widerschein.

Seritur

Seritur in hortis & fictilibus spectaculi causſa.

Ammi.

Ἄμμι Dioſc.
Ammi perpuſillum *Lob.*
Ammi Alexandrinum.
Aethiopicum Cuminum.
Alexandrinischer Ammey.

Ex ſemine naſcitur. Solum requirit benè ſtercoratum, Soli expoſitum.

Semen guſtu amarum eſt, ſubacre & tenuium partium.

Ammi vulgatius.

Βαβώνιον Hipp. *Tabern.*
Ammi *Cord.* & *Fuchſ.*
Ammi vulgare *Dod.*
Ammioſelinum *Tabern.*
Gemein Ammi.
Ammei Peterlin.

Humidiora amat loca.

Amarum eſt ſemen, & guſtu feruet.

Mouet vrinas; Renes, Veſicam & Vreteres expurgat.

Amygdalus arbor.

Ἀμύγδαλος τὸ δένδρον Dioſc.
Mandelbaum.

Floret primo vere in viridarijs, fructus Autumno matureſcit.

Amygdala dulcia moderatè ſunt calida, leuiculam tamen amaritudinem habent, ſed à dulcedine occultatam, quæ tamen temporis ſpacio fit manifeſta. Corpus ſaginant, Pectus expurgant, tabidis conferunt, & Somnum placidum conciliant.

Amara incidunt, tenuant, tergent, digerunt ſine morſu. Ob id ex Pulmone excreationem craſſorum & lentorum humorum promouent: obſtructum Hepar, Lienem, Renes, Colum à craſſis & lentis humoribus expediunt.

Anagyris.

Ἀνάγυρις ἑτέρα.
Anagyris minus fœtens *Lobel.*
Laburnum 2. *Lugdun.*
Faba inuerſa *Cord.*
Baumbonen.
In horto Laur. Scholtzij.

Flores Maio lutei dependent racematim Spartij, Geniſtæ aut Cytiſi.

Semen vomitorium eſt.

Anemone maior alba.

Ἀνεμώνη.
Ἀνεμωλία Theoph.
Anemone Pannonica *Dod.*
Anemone 3. Mattiol albo flore *Lob.*
Weiſſe Wind Röslin.
Weis Anemone Röslin.

Maij initio flores apparent. Acris est & feruidi saporis.

Anemone Ropertiana.

Anemone tuberosa Geranifolia cœrulea *Lob.*

Anemone tenuifolia 3. *Cl. H.*

Klein blaulechte Windröslin.

Variat flore nunc albo, modò cœruleo, Aprili.

Anemone violacea.

Anemone tenuifolia 2. *Cl. H.*

Violbraun Anemonröslin.

In hortis elegantiæ causa habetur.

Anethum.

Ἄνηθον *Dioſc.*

Ἀνίκηλον.

Anethum.

Till/ Dillkraut.

Ad ciborum obsonia & in medicum quoq; vsum seritur: flores & semen æstate perficit.

Grauiter spirat. Vim habet calefaciendi, aperiendi, concoquendi, digerendi, subtiliandi, discutiendi, cum partium tenuitate.

Dolorem sedat, somnum conciliat, crudos & incoctos humores concoquit: Lac euocat, Inflationes & tormina sedat: Aluum, Vomitiones sistit, vrinas ciet, singultum lenit: sed Oculorum aciem hebetat & genituram restinguit assiduè potum.

Teneræ comæ in iusculis & oleribus frequenter esitantur à Calculosis.

Vulgus vaccarum pabulo commiscet, ad augendam Lactis copiam.

Angelica hortensis.

Σμύρνιον, ἀπὸ τῆς σμύρνης, à Myrrha Smyrnium *Cord.*

Angelica maior *Matt.* & *Dod.*

Angelica Misnensis, Brisgoia *Offic.*

Geistwurtzel.

Zam Angelick.

Silphij & Laserpitij species. In hortis semel plantata quotannis ex semine deciduo facilè se propagat.

Gustu est acris & amariuscula, suauiter odorata. Calefac. sicc. 3. Aperit, attenuat, discutit.

Pituitosos lentosq; humores digerit, crassam tenacemq; pituitam expectorat, ideo frigidæ Tussi auxiliatur: Virginum remorantes Menses euocat, secundas expellit,

lit, rigores febrium ex vino soluit.

Aduersus venena mirè pollet, febres quas pestilentiales vocant, curat, & mansa à peste præseruat, halitumq; Oris grauem emendat.

Extractum Angelicæ multò efficacius & in minima dosi omnia perficit.

Rotulæ ex hoc, saccharo addito, parantur suauissimæ, & contra aëris infectiones vtilissimæ.

Anisum.

Ἄνισον, Ἄνησον *Diosc.* ὅτι ἀνίησι τὰς ἐμπνευματώσεις.

Anisum.

Anicetum.

Cyminum dulce.

Anis/ süsser Kümmel.

In hortis seritur, sed difficilius semen perficit, Iulio & Augusto floret.

Semen saporis est mixti, ex dulci, acri & amariusculo constans. Calefac. 2. siccat 1. Aperit, digerit, discutit, vrinã ciet. Valet ad inflationes & torsiones Ventris, Aluum & alba feminarum profluuia sistit. Lac ad Mammas elicit, Venerem stimulat, dolores Capitis leuat, halitum Oris iucundiorem reddit, Hydropicis sitim extinguit potum. Venenis aduersatur animalium.

Oleum ad eosdem vsus elicitur, guttula vna atq; altera in appropriato liquore vel syrupo hausta.

Anthora.

Ἀντιφθορά.

Ζαδουαρία, ζάδουαρ.

Antithora *Mattiol.*

Zedoaria vera Arabum *Tabern.*

Napellus Moysis *Auic.*

Gifftheil/ Heilgifft.

Flores Iulio prodeunt flaui, semen in theculis nigrum relinquentes.

Vehementer amara est radix. Venenis resistit. Calefacit, siccat, abstergit, subtiliat, soluit. Magnæ contra Pestem efficaciæ.

Antirrhinum maius.

Ἀντίῤῥινον *Diosc.*

Ἀνάῤῥινον.

Βουκράνιον *Gal.*

Leonstotomos.

Caput Vituli.

Lewen Meuler.

Kalbs Nase.

Welscher Orant.

Hundskopff.

Flore variat, incarnato, candido, luteo, Aestate conspicuo.

Sub-

Subamara sunt folia, similis cum Bubonio facultatis, sed minoris efficaciæ.

Aduersus veneficia & philtra, maximè morbum Caducum portatur, anili persuasione.

Apium verum.

Σέλινον κηπαῖον, *Dioſc.*

Apium hortense, *Trag. Dod. Lobel.*

Petroselinum, *Officin.*

Garten Eppich.

Peterlin/ Petersilge/ *Sil.*

Herba hortis oleraceis notissima ob vsum in condimentis Ciborum & acetarijs gratissimum. Loca amat humentia.

Apium ori & Stomacho gratum, calidum & siccum. Aperit, prouocat, vrinam & Menses ciet, flatus discutit, Calculos cohærentes soluit, Iecur & Lienem obstructione liberat. Hydropicis & Ictericis conducit, secundas & partus extrahit. Auxiliatur contra Serpentium venena.

Admiscetur semen theriacis & tussis remedijs.

Apium crispum.

Σέλινον πολύφυλλον.

Apium 2. *Tabern.*

Petroselinum crispum.

Krauser Peterlin.

Gefülte Petersilge.

Rarius seritur: at eiusdem facultatis.

Apium Macedonicum.

Πέτροσέλινον, *Gal.*

Petroselinum Macedonicum, *Mattiol.*

Macedonischer Peterlin.

Stein Peterlin.

Frigoris impatiens ex semine hortis Medicorum familiare.

Semen Theriacæ & antidotis vrinam cientibus miscetur.

Apium Alexandrinum.

Σμύρνιον, *Gal.*

Ἱπποσέλινον, *Dioſc.*

Apium Macedonicum Officin. *vulg.*

Hipposelinum, *Cord. Dod. Lobel.*

Smyrnium, *Mattiol.*

Alexandrinischer Peterlin.

Roß Eppich.

Spanischer Eppich.

Solum amat pingue, humidum.

Semen calidæ & siccæ naturæ, Lienis, Renum, Vesicæ & vteri vitijs prodest. Inflationes Stomachi lenit, sudores ciet & ructus.

Apium

Apium paluſtre.

Ὑδροσέλινον.

Ἑλειοσέλινον. *Dioſc. & Gal.*

Apium ruſticum.

Paludapium, *Matthiol. Lobel. Tabern.*

Apium Offic. *vulgò.*

Eppe/ Epte/ *Sil.*

Eppich/ Waſſer Eppich.

Humidis & vmbroſis hortorum angulis luxuriat.

Ingrati eſt tum odoris tum ſaporis, acutioris & grauioris, quo caput ferit; vnde à cibis abdicatur.

Temperamenti eſt calidi & ſicci. Reliquæ vires cum Apio domeſtico.

Succus attenuat, aperit, craſſa extenuat, obſtructiones amolitur & vrinas mouet: Tertianis ex frigida cauſſa, ac Regio morbo ſuccurrit. Oris Tonſiliarumq; malignis vlcerib. cum Hordei decocto, addito Melle Roſato, prodeſt.

Aquæ deſtillatæ peculiaris vis contra Hydropem à vulgo aſſcribitur.

Aquifolium Plinij.

Agrifolium.

Paliurus 2. *Lacun.*

Cratega, *Guland.*

Ruſcus ſylu.

Stech Palmen.

Wald Diſtel.

In viridario D. Laurent. Scholtzij.

Aquilegia hortenſis.

Agley.

Glocken blumen.

Varias hæc in flore tam ratione magnitudinis, quàm coloris obtinet differentias.

Aquilegia alba ſimplex.

Aquilegia ſimplex candido flore.

Aquilina alba.

Weiſſe einfache Agleien.

Aquilegia rubeſcens.

Aquilina rubra.

Rote Agleien.

Aquilegia purpurea.

Purpurbraun Agley.

Aquilegia incarnata.

Leibfarbene Agley.

Aquilegia multiplex cærulea.

Aquilina pleno flore.

Blawe volle Agley.

Semen Epilepticis commendatur.

Aquilegia candida multiplex ſtrijs cæruleis.

Weiſſe volle Agley mit blawen ſtreiffen.

Aquilegia multiplex variegata.

Aquilegia multiplici varij coloris flore.

Agley mit vollen geſchecketen blumen.

Aquilegia degener viridi flore.

Agley mit grünen blumen.

Aquilegia inuerſa.

Aquilegia flore inuerſo Mattiol.

Aquilegia hortenſis multiplex inuerſis floribus Caſp. Bauh.

Agley mit vmbgekereten blumen.

Hanc oſtendit mihi Georgius Röſler⁹ patricius Görlicenſis & Rei herbariæ ſtudioſiſsimus.

Arantia malus.

Μηλέα περσική.

Arbor Arantia.

Malus Aurantia, *Dod.*

Pomerantzenbaum.

Fronde viret perpetua, hyeme ſubterraneis locis aſſeruatur; cum hyemem non ferat.

Arantia mala.

Mala Aurengia, Nerangia.

Pomerantzen.

Refrigerant, ſitim febricitantibus ſedant, præſertim acida, vomitũ compeſcunt, ventriculum roborant.

Cortex amarus eſt. Cal. & ſicc. Aperit, abſtergit, ventriculum confortat, Icteritiæ medetur, Menſtrua prouocat, flatus expellit.

Semen venenis potenter reſiſtit, Lumbricos necat & expellit.

Arbor Iudæ.

Κερωνία, an κεράτια, *Theoph.*

Ceratia ſiliqua.

Siliqua fatua.

Fabago.

Judas baum.

Wild S. Johannisbrod.

In viridarijs rariſſ. frigoris impatiens.

Arbor vitæ.

Θύα, *Theoph.*

Κέδρος λυκία.

Cedrus Lycia, *Aduerſ.*

Cedrus Americana.

Baum des Lebens.

Americaniſcher Cederbaum.

In horto Laur. Scholtzij.

Ramuli in terram depacti facilè radices concipiunt, hyemis & frigoris eſt patiẽs.

Ex Canadas Americæ ſeptentrionalis Inſulis primũ ad nos allata.

Sapor

Sapor ei ſubamarus odoris fragrantiſsimi. Huius ligno, Xyloaloe hodie à pleriſq; adulteratur.

Ariſtolochia rotunda vera.

Ἀριστολοχία στρογγύλη, *Dioſc.*
Ariſtolochia rotũda, *Offic.*
Ariſtolochia femina.
Ronde Oſterlucey.

Ex Italia inſtructioribus Medicorum hortis nota.

Radix amara eſt & ſubacris. Abſtergit, digerit.

Venenis reſiſtit, Ruptis, conuulſis, laterum doloribus, ſingultibus, ſuſpirijs pota auxiliatur. Vlcera ſordida expurgat.

Ariſtolochia longa vera.

Ἀριστολοχία μακρὰ, *Dioſc.* Σκιλλῖτις.
Ariſtolochia maſcula.
Lange Welſche Oſterlucey.

Guſtu eſt amaro & graui, Calefac. & ſiccat 3. gradu.

Ad remorantes à partu ſecundas, Menſesq; ciendos magni vſus.

Ariſtolochia longa vulgaris.

Ἀριστολοχία κληματῖτις.
Ariſtolochia Saracenica, *Dodon.*
Ariſtolochia clematitis noſtrâs, *Lobel.*
Gemein Oſterlucey.
Lange Holwurtz.
Bruchwurtz.
Biberkraut.

Facilè in hortis propagatur.

Amara eſt inſigniter. Recens tuſa & impoſita aculeos, ſpicula, ſurculos extrahit. Menſtrua retenta mouet.

Artiſchocus lauis.

Σκόλυμος, Theoph. Dioſc. *Lobel.*
Κυνάρα, *Aduerſ.* quòd, dum colitur, cineribus maximè gaudeat.
Cynara, *Dodon.*
Carduus ſtrobilis.
Alticocalus, *Gal.*
Alcocalus, Cocalus, *Hipp. Nonn.*
Arcotum, *Officin.*
Artiſchaw.
Artiſchock.
Strobildorn.

Seritur ab Olitoribus capitis cauſsâ.

Stercoratam & ſolutam terram requirit.

Capitulum, quod altero à ſatione demum anno perficit, coctum, cum pipere, oleo ſeu butyro, ſale & ace-

to præparatur, gulæ & veneris incitamentum.

Radix amara calef. ſiccat, vrinam copioſam, vino pota detrahit, eamq; fœtentem.

Caules qui per hyemem eduntur, vocantur Cardi, & proſunt Spleneticis.

Artiſchocus aculeatus.

Σκόλυμος ἀκανθώδης.

Scolymus aculeatus, *Tab.*

Chamæleonta Monſpel. *Lobel.*

Cinara hiſpida, *Colum.*

Cinara degenerans, *Dod.*

Stechender Artiſchock.

Floret Auguſto & Septembri.

Ex obſonio ſumtus ſuccum generat Melancholicum, vt & prior.

Radix contuſa & illita cùm alarum graueolentiam tũ totius corporis emendat.

Foliorum coſtæ mediæ candidæ teneraq; factæ magno apparatu Menſæ cum bellarijs inferuntur.

Arundo ſatiua.

Δόναξ, *Dioſc.*

Κάλαμος.

Donax ſatiua ſeu Cypria, *Lobel.*

Arundo domeſtica, Italica.

Zam Rohr.

Spaniſch Ried.

Garten Rohr.

Folia refrigerantis & ſiccantis ſunt facultatis. Cortex excalefac. 3. & plus etiam ſiccat.

Radix attrahit, extrahit, fiſtulas vlceraque inueterata exiccat.

Arundo Indica florida.

Canna Indica, *Recent.*

Harundo Lilifera.

Indianiſch blumen Ried.

Indianiſch Lilgen Rohr.

In viridario Laur. Scholtzij Vratiſlauiæ Autumno floruit. Hyemem ægrè fert.

Aſclepias nigro flore.

Vincetoxicũ flore nigro.

Schwalben wurtz mit ſchwartzen blumen. Ibidem.

Aſparagus hortenſis.

Ἀσπάραγος ἥμερος, *Dioſc.*

Aſparagus altilis, *Tabern.*

Aſparagus marinus, *Cluſ.*

Sparagus Officin.

Spargen/ Spargeln.

Corallenkraut.

Paſsim in hortis humido pingui beneque ſubacto ſolo. Iunio & Iulio floret, Maio & Iunio turiones ad acetariorum vſum colliguntur.

Aſpara-

Asparagi recentes in cibo sumti Aluum emolliunt, vitia pectoris expurgant, vrinã mouent, Stomacho vtiles.

Radix pota Iecur, Lienem obstructione liberat, Vesicam expurgat, Regiũ morbum sanat, Vrinæ stillicidium difficultatemq; ac dysenterias mitigat.

Asphodelus luteus.

Ἀσφόδελος mas Dioſc. *Fuchſ.*
Aſphodelus femina *Matt.*
Haſtula regia.
Affodillus *Officin.*
Geel Affodillwurtz.
Goldwurtz.
Heydniſche Lilgen.

Radix extergentis & diſcutientis eſt facultatis. Iunio floret.

Aſphodelus albus.

Ἀσφόδελος *Theoph.* & *Dioſc.*
Aſphodelus mas *Mattiol.*
Aſphodelus maior *Cluſ. H.*
Weis Affodillwurtz.
Affodill Lilien.

Radix calefacit, ſiccat, vrinas & Menſes ducit.

Aſphodelus rubeus.

Aſphodelus flore ſuauè rubenti *Lob.*
Rote Affodill Lilien.
Iunio in horto meo floruit ex ſemine prognatus.

Atriplex ſatiua alba.

Ἀτράφαξις *Dioſc.*
Χρυσολάχανον.
Atriplex domeſtica, *Matt.*
Atriplex hortenſis alba.
Türckiſche Mölten.
Zam weiſſe Mölten.

Ab Olitoribus ſeritur ob guſtum cæteris ſuauiorem. Iunio & Iulio caules cum flore promit.

Humectat 2. refrigerat 1. gradu cum tepida caliditate. Aqueæ eſt ſubſtantiæ & minimè terrenæ. Emollit aluum, abſtergit & Iecoris obſtructiones aperit.

Calidis & macris naturis conducit.

Semen vomitus prouocat.

Atriplex ſatiua rubra.

Atriplex hortenſis *Dod.*
Atriplex 2. folio & flore purpureo liuens *Lob.*
Mölten/ Milten.
Grünkraut vulgò.

Seritur in campis & hortis hyemis initio.

In cibis præſtat vere tantum: ſiquidem velociſsimè ſeneſcit & deperditur.

Atriplex Hiſpanica ſinuata.

Σπαναχία, σευτλομάλαχος Tr.
Σευτλολάπαθον Gesn.
Olus Hispanicum Tr.
Spinacia, Spinachia Dod.
Boulapathra Plin.
Spineth.
Binetsch/ Spanach.
Spanisch Kraut.

Vere seritur & æstate, sed citò adolescit & inter duos Menses perficitur.

Sapor qualitatis expers, citò idcirco descendit & alvum emollit.

In cibum deuorata, exasperatas Arterias lenit, & aridæ tussi confert.

Atriplex Hispanica Betæ folio.

Spinachia nobilior seu femina.

Niederländischer Spineth.

Folia habet non vt prior prorsus acuta, sed parum in rotundum flexa Betæ instar, eaq; teneriora & gratiora.

Inter culinaria olera laudatissima habetur palatoq; gratissima sed flatulenta.

Succus epotus calorem restinguit, Stomachi rosiones mitigat. Lac elicit.

Auena candida.

Βρῶμος Dioscor.
Auena vesca Lobel.
Weisser Haber.
Augst Haber.

Sata Vere, sub finem Autumni matureſcit.

Temperiem paulò frigidiorem Hordeo obtinet, & nonnihil quoq; adstringit, ita vt Alui fluxiones sistat. Desiccat insuper & calefacit mediocriter & sine morsu.

Ex Ptisana & farina eius Pulticulæ & Sorbitiones coquuntur haud ingratæ Ventriculo. Tussientes plurimùm iuuant, nec non Pleureticos, Hepaticos & Splenèticos; temperant calorem Viscerum. Stranguriam leniunt & Raucedinem, purulenta excreantibus salubres.

Suauior hæc & vescendo cæteris gratior.

Auena nigra vulgaris.

Auena syluestris nigra Cæsalp.
Eichel Haber.
Grawer Haber.
Bart Haber.
Gemein Haber.

Frequentiùs seritur in riguis & montosis, quæ stercorari commodè nequeunt.

Minus est granum, Equorum pabulum laudatissimum, Ab Agricolis etiam in cibos recipitur.

Auena

Auena nigerrima.

Auena Turcica.
Schwartzer Haber.
Granum prorsus nigricat. Minus frequens feritur.

Auricula Vrsi purpurea.

Auricula Vrsi flore purpureo *Lob.*
Lunaria Arthetica *Gesn.*
Rote Schlüsselblumen.
Bär Sanickel.
Gustu multùm exiccat & adstringit. Vulneraria est.

Auricula Vrsi lutea.

Auricula Vrsi floribus luteis *Tab.*
Sanicula alpina lutea.
Geel Bär Sanickel.
Schwindelkraut.
Geele wolriechende Berg-Vlegelin.
Ad vulnera vt prior vtilis.
Aliunde allatæ in hortos recipiuntur.

Balsamina mas.

Balsamina Cucumerina.
Cucumis puniceus *Cord.*
Momordica *Bapt. Sard.*
Charantia *Dod.*
Balsamkraut.
Balsamöpffel.
In hortis pensilibus. Amat loca Soli exposita.

Siccat & mediocriter refrigerat. Vulneraria est. Ad Coli dolores & Intestinorum tormina, Rupta Conuulsaq; cum vino assumitur foliorum puluis.

Oleum ex fructu immaturo paratur ad vulnera glutinanda doloresque vlcerum praui humoris mulcendos, arcendasque Vulnerum & Mammillarum inflammationes. Pervtile Hæmorrhoidibus dolentibus, Ambustis Vesparum & Apum ictus sanat.

Rumicosis pueris efficax remedium, si eo locus sæpius perungatur, & Puluis foliorum interea aliquot diebus exhibeatur.

Balsamina femina.

Balsamina 2. *Cord.*
Balsamina Amygdaloides *Gesn.*
Balsamella.
Balsamkraut Weiblin.
In hortis & fictilibus alitur. Autumno fructus maturescit.
Eadem cum priori obtinet facultates.

Bellis minor hortensis pleno flore; purpureo, rubro, niueo, variegato.

Primu-

Primula veris hortensis multiplex.

Volle Maßlieben.

Sametblümlin.

Tausentschön.

Puellæ ad coronamenta expetunt.

Maio flosculi elegantes vigent, qui speciosissimi tam denso foliolorum contextu luxuriant, vt vix vllo aut nullo apparente luteo orbiculo, vniuersum & ambitum & medium floris occupent.

Eiusdem cum sylvestri naturæ.

Berberis.

Ὀξυάκανθα Gal. *Cord.* q. ὀξὺς ἄκανθα.

Berberis *Offic.*

Amerbaris *Auic.*

Spina acida.

Erbsal.

Sauerdorn.

Berbes.

Versich.

Salsendorn.

Ob fructus in hortos recipitur, ad quorum sepimenta vtilis.

Flores Maio exeunt coloris lutei, Septembri & Octobri fructus matureſcunt.

Folia refrigerant, siccant 2. ordine, tenuium partium, ac inciſionis quid obtinent.

Ad Ciborum condituram veluti Oxalidis vtilia. Cortex siccus pul. putredinem sanat oris & Colli.

Radix aculeos, & spicula extrahit illita.

Baccæ gustu sunt acido & subaustero. Refrigerant, siccant, cohibent, roborant, adstringunt: prosunt cruentis expuitionibus, firmant commotos Dentes.

Robè succo inspissatur, ad sitim restinguendam, biliosas pestilentesq; exhalationes supprimendas conuenientissimum.

Condiuntur Baccæ saccharo, Cœliacis, Cibum reijcientib⁹, Dysentericis & Cholericis vtiles: Mensium profluuia cohibent, tineas Ventris necant.

Beta candida.

Τεῦτλον *Dioſc.*

Σικελικὴ, Sicula *Theoph.*

Beta alba.

Cicla *Officin.*

Weisser Mangolt.

Biessenkraut. *Sil.*

Solum diligit madens ac lectum. Septembri semen ad maturitatem perducit.

Nitrosæ facultatis particeps sine manifesto calore.

Cocta nitrositatem omnem ex-

nem exuit fitq; facultatis leuiter digerentis. Iecoris obstructionibus quàm Malua aptius accommodatur, Lienosos similiter manducata mirificè iuuat.

Folia inueteratis & malis vlceribus ac Inflammationibus vtiliter imponuntur.

Planta recens cum radice & coliculis ex aceto comesta, Cibi appetentiã adfert, sitim compescit, Choleram in Ventriculo reprimit.

Beta nigra.

Τεῦτλον μέλαινον *Dioscor.*
Beta vulgatior.
Beta nigricans agrestis *Tr.*
Beta viridis.
Gemeiner Mangolt.
Schwartzer Mangolt.
Biessen *Sil.*

Paulò minor, à foliorum colore ex obscuro magis virentium nigra vocatur.

Culinaria est. Aluum minus mouet ob vim subadstringentem.

Eruptionibus Papularum, Igni sacro & ambustis medetur.

Succus recens Naribus attractus, Caput purgat, pituitam clementer extrahendo. Immiscetur Clysteribus ad indurata Alui excrementa euocanda.

Beta rubra.

Τεῦτλον ἐρέθριον.
Beta rubra Romana, *Dod. F.*
Rapum rubrum.
Roter Mangolt.
Rote Rũben/ *Sil.*

Vulgo nota. Radix priusquam caulis exit, in aqua elixatur aut cineribus calentibus coquitur, & exutis apicibus cum aceto, sale & Carui conditur ad vsum pro carnib. assis palato & ori grata.

Eadem derasa cortice Ano glandis modo supposita, aluum ad excrementorum expulsionem inuitat, præsertim exiguo sale aspersa.

Blattaria alba.

Verbascum femina vulgò *Lobel.*
Weis Schabenkraut.

Blattaria purpurea.

Blattaria flore purpureo, *Lobel.*
Blattaria phœnicea *Tab.*
Rot braun Mottenkraut.

Iulio floret. Autumno semen matureſcit.

Blattaria flore magno.

Schabenkraut mit grossen blumen.

Iulio flores exerit.

Borrago.

Βούγλωσσον, *Diosc.*

Βυφροτύνη, *Plin.*

Buglossum verum Veterum Quibusdam.

Buglossa vrbana.

Borragen.

Burretsch.

Hertzblümlin.

Hertz frewde.

Semel sata quotannis ex semine decidente renascitur.

Flores albos & cœruleos magna Aestatis parte in multum Autumnum vsque fert, Herba ad Aluum emolliendam cum alijs oleribus decoquitur.

Flores sunt Cordiales. In vinum nostra Aetas conijcit & acetarijs aspergit, lætitiæ ac hilaritatis excitandæ caussa.

Radix saccharo conseruatur ad Cordis affectus.

Botrys.

Βότρυς, *Diosc.*

Artemisia Turcica.

Vua herba.

Patientia, *Gallis.*

Traubenkraut.

Lungenkraut.

Mottenkraut.

Annua est planta tota succo resinoso madens: per maturitatem in viridi luteo languescit. Humecto lætatur solo.

Pertinacis odoris gratia fragrat, odoremq; haud ita dissimilem Ambrosiæ sed multò vegetiorem vibrat.

Excalefacit, siccat 2. recessu: penetrat, aperit, incidit, abstergit.

Præstat ad omnes pectoris & Thoracis pituitosos affectus: iuuat suppuratos, Asthmaticos, Suspiriosos, Puerperarum à partu dolores mulcet.

Arida vestimentis interponitur, vt ea à tineis & blattis præseruet.

Tenera folia saccharo cõseruantur ad Cordis & Pulmonis affectus.

Botrys II.

Ambrosia.

Chamæpitys 2. *Dodon.*

Chamædrys laciniatis folijs.

Feld Cypressen.

Feld Ambrosienkraut.

Iunio floret.

Amara est, odoris non iniucundi, resinosi. Calidæ & siccæ temperaturæ.

Capitis affectibus & vteri vtilis. Calculum viasq; vrinarias

Boulapathra. v. Atriplex Hisp:

narias expurgat: Iecoris & Lienis obstructionibus medetur.

Branca ursina, vide Acanthus sativa

Brassica.

Κράμβη κεφαλώδης.

Brassica vulgatissima Slesiaca albida & subcœrulea.

Brassica capitata albida, *Dodon.*

Brassica Lacuturres, *Plin.*

Caulis capitatus.

Caputium, *Officin.*

Olus, κατ' ἐξοχὴν.

Kraut/ Heuptkraut.

Hauptkōl/ Kappes.

Kappeskraut.

Hortis & campis frequētissima.

Martio seritur, Iunio transplantatur, post Solstitium in capita extuberat, quæ arctè occluduntur.

Hæc albida & cœrulea vulgò Weis vnd blaw kraut/ habetur. Solum amat mediocre, pingue, probè stercoratum & benè subactum. Desiccat, non tamen admodum acris: quin etiam emollit, glutinat, abstergit.

Crapulam discutit & inde noxam restinguit.

Crassum & Melancholicū procreat succū nimius esus.

Folia inflammationibus & tumoribus imponuntur.

Capita vel integra vel minutim concisa abundè condiuntur & vasculis concluduntur, atq; ita in quotidianum totius anni vsum adseruantur. Sauerkraut.

Ius eius Ignibus sacris imponitur.

Brassica latifolia Sabauda.

Brassica alba capite oblongo non penitus clauso.

Brassica Sabauda.

Brassica latifolia.

Saphoischer kōl.

Breitbletterter kōl.

Versich/ *vulgò.*

Hortis instructiorib. familiaris. Seritur & transplantatur vt prior, frigoris impatiens. Delicatior est, palato magis arridens.

Brassica vulgaris.

Κράμβη, *Diosc.*

Κράμβη λεία, *Plinij.*

Gemeiner Kōl.

Glatter kōl.

Kōlkraut.

In hortis ab Olitoribus seritur. Solum amat pingue.

Gustu hæc amara aliquantulum ac salsa. Esitata in cibo imbecillo Stomacho conuenit, Concoctionē adiuuat, Aluum durari non patitur,

titur, vrinam prouocat.

Brassicæ viridis cauliculi depurati si manducentur, aut succus cum Melle decoctus exhibeatur, ad vocem interceptam certissimum auxilium.

Brassica cœrulea.

Brassica Cumana seu rubra, *Dodon.*

Brassica vulgaris rubra, Marrucina.

Blawkol/ Rotkol.

Rubro colore ex cæsio, crebrò in hortis occurrit.

Brassica crispa.

Κράμβη οὐλόφυλλος, *Theoph.*

Brassica Apiana, *Plin.*

Brassica fimbriata.

Krauser köl.

In iure veteris galli decocta Colicam & Ventris tormina sedat, si iusculum sorbeatur, qua ratione & calculo Renum, nec non Hepaticis & Spleneticis commodat.

Hyberno tempore cum carnibus Veruecinis pinguibus decoquitur.

Brassica tenuifolia.

Κράμβη λεπτόφυλλος σελινοειδής.

Brassica tenuifolia laciniata.

Brassica Selinoides.

Zart Krausser Kol.

Folijs est fissis & in laciniás multas dissectis, sapore vulgaris Brassicæ.

Brassica florida.

Brassica Cauliflora *Dod.*

Brassica florida botryitis *Lob.*

Brassica Pompeiana *Plin.*

Blumenköl.

Salatköl.

Käslinköl.

Caulifior olitoribus.

Peregrina est. Caules medij conglomerati, Ori grati cocti ex iure pingui edūtur.

Brassica raposa.

Caulorapum *Mattiol.*

Brassica caule rapum gerens seu 9. *Dod.*

Brassica peregrina medio caule turbinata & rapacea.

Κράμβη γεγγυλώδης.

Ruben Köl.

E græcia hortis nostris familiaris facta, Solum vult mediocre, pingue & stercoratum.

Brassica prolifera.

Brassica crispa prolifera *Tabern.*

Brassica Asparagôdes crispa *C. B.*

Brurcg off. v. Rurcg.

Büschel

Büschel Kölkraut, *Tabern.*

In horto Laur. Scholtzij Vratisl.

Bugloſſum Italicum.

Bugloſſum Anguſtifolium *Lobel.*

Echium Italicum ſpinoſum *Fuchſ.*

Bugloſſa maior *Offic.*

Welſche Ochſenzunge.

Βύγλωσσον.

In viridarijs Medicorum perennat. A Iunio in Autumnum vſq; floret.

Floſculi aſpectu elegantes Cordiales ſunt, ſaccharo cõſeruantur, & in vſum Medicum exiccantur.

Bugloſſum rubrum I.

Ἄγχουσα *Dioſc.* παρὰ τὸ ἀγχυόζειν à fricando.

Anchuſa, Calys ſeu Onoclea *Aduerſ.*

Alcanna *Offic.*

Bugloſſa rubra *Matthiol.*

Rote Ochſenzunge.

Alkannenwurtz.

Türckiſche Röte *Vulgò.*

Iunio floret.

Radix refrigerat, deſiccat, adſtringit. Subamara eſt, extenuat, extergit humores Corporaq; denſat.

Calculoſis, Lieni & bile ſuffuſis commendatur. Hæc cum vino rubro adſtringenti & butyro recenti decoquitur ad vnguenti conſiſtentiam, Ruptis, Conuulſis, ex alto deuolutis proficuam.

Ad Exanthematum facilem eruptionem ex calenti Cereuiſia vulgi medicina.

Radicem ob ſanguineum ſuccum mulieres olim ad fucandam faciem vſurpabant.

Bugloſſum rubrum II.

Bugloſſum anguſtifolium.

Anchuſa ſpuria flore rubro.

Echij facie Bugloſſum minimum flore rubente, *Lob.*

Kleine rote Ochſenzunge.

Minus eſt & folijs anguſtioribus.

Bulbo-Caſtanum.

Βολβοκάστανον.

Ἀρνοκάστανον.

Nucula terreſtris Septentrionalium *Aduerſ.*

Oenanthe I. *Matthiol.*

Geranium I. *Dioſc. Caſalp.*

Erd Caſtanien.

Sew Caſtanien.

Schäfer Nüß.

Bulbus eſt oleraceus edendo totus & gratus Caſtaneæ ſapore.

Bulbus eriophorus.

Hh

Ἑειοφίεος Theoph.
Bulbus Bombycinus.
Wollechte frembde Zwibel.

Buxus humilis.

Πύξος Dioſc.
Χαμαίπυξος.
Buxbaum.

Semper humilis manet, nunquam ad Arboris aſſurgit proceritatem.

Perpetuò viret, nec frigora horret, grauis odoris.

Capillum ruffant, tum folia tum rami in lixiuio decocti.

Nec cariem nec vetuſtatem ſentit ſpiſsiſsima ac denſiſsima eius materia: ob id grauiſsima.

Calamintha montana præſtantior.

Καλαμίνθη ὀρεινὴ Dioſc. ὡς καλὴ μίνθη quaſi bona Mentha & vtilis.

Calamintha montana magno flore.
Edle Berg Münтze.

Viget æſtate & toto ferè Autumni tempore, à Iunio in Autumnum flores ſemenque perficit. Radix valde reſtibilis.

Olfactu eſt ſuauiter acri & ſapore paululum amaro.

Calidæ & ſiccæ temperiei. Digerit, mordicat, extenuat, incidit valenter craſſos humores, trahit ex alto ad circumferentiam.

Menſes ciet, vrinas pellit, Ruptis, conuulſis, ægrè ſpirantibus, torminibus, horroribusq; auxiliatur. Regium morbum expurgat, Venenis reſiſtit. Theriacæ miſcetur.

Calamintha montana vulgaris.

Calamintha *Mattiali.*
Calaminthum montanum vulgare *Officin.*

Gemeine Berg Münтze.

Iulio & Auguſto floret.

Eadem præſtat, ſed minus potens.

Calendula vulgaris hortenſis.

Χρυσάνθεμον Dioſc. *Aduerſ.*
Chryſanthemum oculatum Dioſc. *Aduerſ.*
Calendula *Officin.*
Verrucaria.
Ringelblumen *Sil.*
Goldblumen.

Nulli non horto decora & inquilina. Singulis ferè Menſium calendis, Maio & Iunio incipiente vſque in autumnum floret.

Guſtu eſt adſtringenti, cum

cum lenicula amaritudine. Calefac. ordine 2. Aperit, digerit, prouocat. Cor roborat, venenis resistit, & aduersus pestilentes febres commendatur.

Ventriculum frigidum corroborat, appetitum prostratum excitat, ab obstructione liberat Hepar & Lienem. Calefacit & confortat omnia viscera interna. Mouet vrinas & Menstrua ducit.

Semen vermibus infestum.

Calendula simplex maiore flore.

Grosse einfache Ringelblumen.

Calendula simplex maiore flore media rubra.

Calendula simplex medio ruffa.

Rotgelbe Ringelblumen.

Calendula simplex maior albicante flore.

Weisse Ringelblumen.

Præfertur cæteris ad album fœminarum fluxum immodicum.

Calendula multiplex.

Calendula flore pleno.

Calendula multiflora maxima.

Grosse volle Ringelblume.

Calendula multiplex aurea.

Calendula satiua polyanthos melina.

Grosse Goldgeele volle Ringelblumen.

Flores Virgunculorum coronis inserti bonum colorem eis reddere vulgo persuasum est. Poti earundem Ocriasin emendant, Menstrua eliciunt, Icteritiam discutiunt, & prauum Corporis habitum emendant.

Conserua florum cum Rhabarbaro sumta ad eosdem vsus efficax.

Vulneraria est insignis.

Calendula multiplex prolifera.

Calendula refloreſcens seu prolifera.

Calendula polyanthos prolifera.

Chrysanthemum proliferum *Lob.*

Volle Ringelblumen mit nebenblümlin.

Autumno vt plurimum laterales flosculi enascuntur.

Camelina III.

Camelina Thlaspi effigie.

Pseudo-Myagrum 3. *Matt. Camerar.*

Teschel

Teschel Sotter.

Camelina Thlaspi effigie.

Cameline *Lobel.*

Myagrum 2. Thlaspi effigie.

Schottendotter.

Semen Auiculis gratum.

Cannabis mas.

Κάνναβις καὶ ἀσέβεια χονδροφος, *Dioſc.*

Cannabis fœcunda *Dod.*

Cânapus.

Zamer Hanff.

Hanff *Sil.*

Ad veſtium ſtragula, Reſtes & quamlibet ſuppellectilem ſeritur in campis.

Semen gignit rotundum, cinereum colore, medulla dulci, alba. Calefacit multum, deſiccat, flatus diſcutit, genituram exiccat.

Emulſio ex ſemine trito fluxiones ſiſtit diuturnas, dolores, repentinoſque flatuum vortices, & humorum fluctuationē compeſcit, ſomnum conciliat. Vſus tamen immoderatus moleſto ſopore perfundit.

Contuſi medulla capiti vel pedibus imis admota haud abs re Icteri humores vaporesque tenues à centro auertere & euocare putatur.

Gallinæ hoc ſemine ouiferaciores redduntur.

Cannabis femina.

Cannabis ſterilis, *Dodon.*

Cannabis ſylu. *Mattiol.*

Cannabis maior, *Trag.*

Fimel.

Fimel Hanff *Sil.*

Hæc caules edit longè teneriores, multis ramis brachiatos, & floret etiam, ſed nullo ſemine prolificat.

Succus foliorum Auribus inſtillatus vermes interimit, Inteſtinorumque tineas excutit. Radices Podagricis tophis commodæ: recentes illinuntur vtiliter ambuſtis.

Capparis.

Κάπαρεις, *Dioſc.*

Kapperſtaude.

Non niſi inſtructiſsimis viridarijs alitur.

Fœtus priuſquam ſe pandat in florem, decerpitur & muria vel aceto conditur.

Cappares in Officinis duplices habentur. Maiores, minores. Minores vulgo, quia palato gratiores, habentur meliores, Kleine Kapperlin / Cappern in Eſſig. Cum reuera maiores melioris ſint ſuci, & aptiores alendæ carni.

Edun-

Eduntur ſale prius eloto, addito oleo & aceto, Quartanâ laborantibus ac Lienoſis in cibo proſunt: appetitum lapſum erigunt.

Cardiaca Moluccana lævis.

Cardiaca Melica ſeu Molucca Syriaca minus aſpera, *Adverſ.*

Molucca læuis, *Dodon.*

Meliſſa Conſtantinopolitana, *Mattiol.*

Syriſch Hertzgeſperr.

A Moluccis Orientis non ita dudum repertis Inſulis nomen habet, vnde primò allata creditur.

Ex ſemine naſcitur.

Contra venena efficax.

Cardiaca Moluccana aſpera.

Melica ſeu Molucca aſperior Syriaca, *Lob.*

Molucca ſpinoſa, *Dodon.*

Rauch Syriſch Hertzgeſperr.

A priori aſperiuſculis caliculis tantùm eſt diuerſa.

Calefacit, aperit, attenuat, abſtergit, Ictericos iuuat, Lumbricos interficit & Animalium venenoſorum ictibus mirificè auxiliatur, tum pota tum illita.

Carduus benedictus.

Ἀττρακτυλὶς ἐπιγειόκαυλος, Theophr. *Dod.*

Attractylis hirſutior, *Fuchſ.*

Cnicus ſupinus, *Cord.*

Cardobenedictus, *Officin.*

Carduus ſanctus.

Cardobenedict.

Bernhardiner kraut.

Geſegneter Diſtel.

Bornwurtz.

Planta apud Sileſios magni nominis, æſtimationis & vſus.

In hortis Iulio & Auguſto floret, quo tempore ad Medicos vſus colligitur.

Calefacit, ſiccat receſſu 2. Guſtu amarus eſt. Expurgat viſcera: Iecur & Lienem ab obſtructione liberat: ventriculo quē bilis infeſtat, confert, eiuſque dolores ſopit. Malos humores abſumit & educit. Pectus expurgat; Phthiſicis, Pleureticis conducit, tormina ſedat, ſudores elicit. Calculum comminuit. Menſesque promouet.

Tertianam, Quartanam aliaſque putridas Ventriculi febres ſanat.

Contra peſtilentiam omniſque generis venena lethalia mirificè pollet, tàm

interiùs sumtus, quàm venenosorum animaliummorsibus illitus.

Cancrum aliaque maligna, putrida & gallica vlcera sanat.

Semen vtiliter Emulsionibus in febribus malignis additur.

Carduus strobilis · ō · Artischoug

Carduus Mariæ.

Λευκάκανθα, Diosc. *Mattiol.*
Cardu⁹ leucographis, *Plin.*
Sylibum, *Aduers.*
Spina alba hortensis, *Fuchs.*
Bedegarim seu Bedeguar, *Officin.*
Mariendistel.
Margendistel/ *Sil.*
Vnser Frawendistel.

Planta est æstiua & quotannis ex semine deciduo repullulascit.

Desiccat Radix & modicè adstringit.

Semen tenuis est essentiæ & calidæ facultatis, gustu amarum, omnibus aduersatur venenis, conuulsisq; auxiliatur Infantibus. Bibitur vtiliter ad Hepatis & viscerum infarctus & vrinas remoratas. Quare confert Hydropicis, Ictericis ac Nephriticis. In pleuresi & lumborum doloribus vulgi medicina.

Carduus sphærocephalus.

Ῥῆτον, ῥίτο, Theoph. *Aduers.*
Echinopus seu Carduus echinatus, *Gesn.*
Crocodylium, *Fuchs.*
Spherdistel.
Balldistel.
Rund köpfficht distel.

In hortis elegantiæ caussa: altero à satione anno floret.

Folia & semina sapore leniter amara sunt. Caput echinatum cum semine decoctum collutu dentium dolores mulcet.

Carduus stellatus.

Τρίβολος φυλλάκανθος, *Theoph.*
Spina stella, *Tabern.*
Spina solstitialis, *Dod.*
Eryngium, *Guil.*
Calcatrippa Italis, *Matt.*
Sterndistel.
Radedistel.
Wallendistel.

Iulio & Augusto floret.

Radix calidæ est & siccæ facultatis, tenuis essentiæ, vrinas mirum in modum pellit. Calculumq; deturbat.

Aqua ex radicibus destillatur aduersus diuturnas febres vtilis, Lue venerea infectis commoda: sanguinem à vitiosis humorib. expurgat.

Carduus

Carduus fullonum ſatiuus.

Dipſacus fullonum, *Dod.*
Dipſacus albus, *Fuchſ.*
Onocardium.
Weberdiſtel.
Weberkarten.
In hortis & campis à pannificibus ſeritur.

Carduus ſatiuus ſpinoſiſsimus.

Τρίβολος πολυάκανθος.
Polyacantha *vulg.*
Groſſer ſtechelichter Diſtel.
Maximus eſt & ſpinoſiſsimus ad hominis altitudinem aſſurgens.
Auguſto floret.

Carthamus.

Κνῆκος, Dioſc. *Gal.*
Κνῆκος, *Theoph.*
Cartham⁹ ſeu Cnicus, *Lob.*
Crocus Sarracenicus Matthiol. *Cam.*
Cnicus vrbana & ſatiua, *Plin.*
Carthamum, *Officin.*
Wilder Garten Saffran.
Bürſtenkraut.
Saflor.
Iulio & Auguſto flores exponit, qui à nonnullis vice condimenti in cibum veniunt. Cibos namque croceo colore commendant & aluum emolliunt.

Adduntur & cordialibus medicamentis. Semen ſupernè & infernè purgat pituitam & aquas extrahit, ob id morbis inde natis mirificè auxiliatur. Corrigitur Maſtice, Aniſo, Zingibere & alijs ſtomachicis.

Carthamus ſylueſtris Recent.

Κνῆκος ἀγρία.
Attractylis ſylueſtris hirſutior.
Attractylis recticaulis, *Theoph.*
Spillendiſtel.
Spindeldiſtel.
Semen Cnico ſimile, ſed minus & nigrum, amaricans: ſiccat & digerit mediocriter.

Caryophyllus ſatiuus.

Φλόμον, Theoph. *Scalig.*
Betonica coronaria, *Tab.*
Betonica altilis, *Fuchſ.*
Herba Tunica, *Offic.*
Flos caryophyllorum.
Caryophyllus hortulan⁹.
Graß Negelin.
Garten Negelin.
Vbiuis in feneſtris, penſilibus vaſis, nec non in hortorum torulis ſpectatur,

vt nihil vulgatius.

Floret diutiſsimè, tota quidem æſtate, & autumno, in cellis etiam interdum, fauente loci tepore, hyeme tametſi rigida.

Mirum creditur, vt tam celebris flos tamque iucundus fuerit à veteribus ſilentio prætermiſſus, qui amplitudine, pulchritudine, varietate, odoris præſtantiâ Roſa non inferior cenſeri poteſt.

Vim floribus ineſſe calefaciendi & ſiccandi ſaporis amaritudo, odoriſque fragrantia ſatis declarant. Alijs mediocris eſſe temperaturæ videtur.

Præſtant purpureo nitentes colore, Caryophyllos aromaticos redolentes.

Roborant ventriculum, cerebrum, cor, & iecur, vnde commendantur ad omnes cordis affectus, Vertiginem, Apoplexiam, Paralyſin & conuulſionem.

Aduerſus venena, venenoſorumq; animalium ictus mirificè valent. Hinc contra peſtilentię contagia dantur, Antidotisq; inſeruntur.

Conſeruantur ſaccharo ad eoſdem vſus.

Succus haud inferior eo, qui ex granis tinctorijs Kermes dictis colligitur. In cordis affectibus, Cardialgia, Palpitatione, Lipothymia, Ventriculi imbecillitate, Capitiſque malis, Vertigine, Cephalalgia &c. præſtantiſſimum remedium. Commodiſsimè etiam in febribus malignis propinatur.

Acetum florum oxyrrhodinis vtiliter permiſcetur.

Aqua ad eoſdem vſus vitreis organis elicitur. Iulepis Cordialibus & Epithematibus Hepaticis & Cephalicis non ſine fructu miſcetur.

Radix inodora, inſipida cur floribus in compoſitis ſit præferenda, non video.

Caryophylli domeſtici apud nos varia ſunt genera, colore, odore, & florum ſtipatu differentia. Alij enim Maiores ſunt, alij Minores, alij pleni. Quidam coccineo rutilant colore, alij ſaturatâ purpurâ nitent. Alij candido, alij carneo, alij miniato gaudent colore. Sunt & verſicolores nonnihil albo rutiloq; colore miſtim reſperſi.

Caryophylli domeſtici maiores ſimplices.

Intenſè rubri.

Albi.

Minia-

Miniati.
Purpurei.
Variegati.

Einfache oder hole Negelin / roth / weiß / leibfarben / Pomerantzfarbene / eingesprengte.

Ex semine facilè nascuntur & hyemis frigora perferunt.

Caryophylli domestici pleno flore rubentes.

Caryophyllus multiplex intensè rubens.

Caryophyllus maior plenus intenso rubore nitens.

Volle satt rote Negelin.

Caryophylli dom. multiplices pallidè rubentes.

Caryophylli domestici pleni carnei coloris.

Leibfarbene volle Negelin.

Caryophylli dom. multipl. miniati.

Caryophylli domestici pleni Arantij pomi colore.

Pomerantzfarbene Negelin.

Præ cæteris ob colorem elegantem ad Corollas expetuntur: verùm odore minus fragrant.

Caryophylli domestici pleni variegati.

Caryophylli dom. multiplices rubris & albis punctis strijsq; picti.

Eingesprengte Negelin.

Strigische Nelcken vulgo.

Maiores sunt cæteris & denso foliorum stipatu suauissimum exhalant odorem.

Caryophylli dom. pleni ex surculis nati.

Allerley gepfropffte Negelin.

Hi diligentia & studio feminarum & Virgunculorum surculis tenellis in terram Maio subactis plantantur, & fictilibus multis annis Aestate & Hyeme florentes vigent.

Caryophyllus Armerius 1.

Flos Armerius 2. *Dod.*

Viola barbata latifolia *Lugdun.*

Caryophyllus Charthusianorum.

Charteuser Negelin.

Scharlachs Blumen.

Stein Neglin mit Silber pünctlin.

Folio est latiore, breuiore Saponariæ. Flores permulti in vmbella simul congesti, Iulio & Augusto pulchrè rubent exiguis argenteis punctis ornati.

Caryophyllus Armerius II.

Superba alba & suauè rubens *Lob.*

Caryophyllus minor *Dod.*

Weisse Zerkerbte Negelein.

Leibfarbene Negelin.

Pirmische Negelin.

Feder Negelin.

Flores minus profundè dissecti sunt, suauiter odorati.

Caryophyllus viscarius.

Muscipula seu Armeraria 2. *Lobel.*

Sesamoides magnum Salmanticum *Cl. H.*

Armerius flos 4. *Dod*

Frembde Kleber Negelin.

Caryophyllus Indicus minor simplex.

Λυκοπέρσον Gal. *Tabern.*

Tanacetum Peruuianum *Cord.*

Flos Aphricanus minor simplex.

Africanische Sametrosen.

Herbst Rosen / Sametblumen.

Color huic aureus subnigricans & liuida quadam purpurâ adumbratus, aspectu admodum iucundo, holosericum æmulans.

Augusto & Septembri in hortis & fictilibus floret.

Grauis, fœtidus & ingratus odor attestantur, huic inesse vim malignam & noxiam, ob id intra Corpus sumi non debet.

Caryophyllus Indicus minor plenus.

Flos Aphricanus minor multiflorus.

Othonna Dioscor. *Lacuna.*

Gefüllete Sametrosen.

Caryophyllus Indicus maior simplici flore.

Flos Aphricanus maior simplex.

Tanacetum Affricanum maius simplici flore.

Caltha Affricana fruticosa flore simplici *Gesn.*

Einfache geele Herbst-Rosen.

Geele Rosen vulgò.

Caryophyllus Indicus maior multiflorus.

Flos Aphricanus maior polyanthos.

Othonna maior polyanthos *Lob.*

Tages Indica.

Grosse volle gelbe Herbst-Rosen.

Fictilibus ad hyemem vsque

que flores lucent: qui ad Corollas à Puellis colliguntur.

Aggrauant Caput, nocent Cerebro & Cor debilitant.

Castanea Arbor.

Κάστανεια *Dioſc.*

Keſtenbaum.

Caſtanienbaum.

Fructum præcedunt nucamenta propendentia longa & lutea Nucis Iuglandis iulis ſimiles.

Largiùs ſumtæ in cibum Capiti dolorem inferunt. Adſtringunt, ſiccant, aluum ſiſtunt, ægrè concoquuntur & aluum inflant.

Centaurium maius.

Κεντάυριον μέγα *Dioſc.*

Centaurium maius ſerratifolium *Aduerſ.*

Rhaponticum Offic. *Cord.* & *Matt.*

Panax platyphyllon Plin. *Dod.*

Gros Centaurwurtz.

Gros Tauſentgůldin.

Solum amat pingue & lætum.

Succum flauum ſubruffeſcentem fundit Radix, quæ guſtu eſt acris ſimulque adſtringens, leuicula quadam dulcedine.

Medetur Ruptis, Conuulſis, ægrè ſpirantibus, diuturnæ Tuſsi, ſanguinem expuentib⁹, Aſthmaticis, ex aqua & vino vulnera glutinat.

Haud rectè Rheopontico ſubſtituitur, cum legitimum hodie ſufficienter aſportetur ad nos.

Cepa rotunda.

Κρόμμυον *Dioſc.*

Cepa Fuchſ. *Trag.*

Cepa rotunda capitata Matt. *Cam.*

Vnio.

Zwippel.

Zwiebel.

Zwiefel.

Coloris eſt rubei & candidi, Culinis notiſsima. Solum appetit pingue, vehementer ſubactum. Seritur Aprili & Maio.

Cepa acris eſt & odore lachrymoſa, calida & ſicca, craſſarumq; partium.

Incidit, mordet, flatus gignit, extenuat, expurgat, ſitim mouet.

Hæmorrhoides aperit cùm appoſita tùm cum aceto inuncta.

Cocta vehementer vrinam pellit, ſemen genitale auget & Venerem ſtimulat: impoſita tubercula concoquit & celerrimè rumpit.

Succus cum Melle & Ruta Ca-

ta Canis rabidi morsibus illinitur.

Largiore cibo sumta, Capitis dolores efficit, Oculos offendit, ac aciem eorum retundit & sensus stupidiores reddit.

Naturâ biliosis aduersātur.

Cepa oblonga.

Cepa Hispanica oblonga *Lobel.*

Cepa alba.

Lange weisse Zwibeln.

Spanische Zwibeln *Sil.*

Mitior est sapore, nec adeò Caput afficit.

Cepa sterilis.

σχοινόπρασον.

Κρόμμυον τμητὸν *Theoph.*

Porrum sectiuum *Lob.*

Porrum tonsile.

Schnitzwibel.

Brißlauch *Sil.*

Ad obsonia & condimenta paranda in hortos recipitur. Diu viget & plurimis annis restat hyemis ac frigoris patiens.

Odore & sapore cepam & porrum refert.

~~*Cepaa.*~~

Κηπαῖα *Diosc.*

Portulaca syluestris.

Zepeenkraut.

Acker Burtzel.

Welsch Harnkraut.

Folia in vino pota vrinæ stillicidio & Vesicæ scabie laborantibus opitulantur.

Cerasus hortensis dulci fructu.

Κέρασος.

Passim in hortis.

Cerasia dulcia rubra seu Cæciliana, rote Kirschen.

Cerasia nigra, Actiana.

Schwartze Kirschen.

Cerasia Hungarica.

Cerasia Hispanica.

Cerasia Iuliana *Plin.*

Grosse Vngrische Kirschen.

Spanische Kirschen.

Flatulenta sunt, Aluum emolliunt, cum nucleis vrinas pellunt; sed citissimè corrumpuntur & prauos succos generant.

Cerasia pinguia decocta & per cribrum traiecta in tabulis ligneis ad solem indurantur à feminis in Ciborum condimenta.

Gegossene Kirschen.

Cerasus Italica.

Welscher Kirschbaum.

Cerasia acidula, acidodulcia, Pliniana.

Welsche Kirschen.

Weisse Kirschen.

Weinseurlichte Kirschen.

Hæc

Hæc omnium sunt suauissima, quæ in Culinas veniunt.

Rubent quidem & melioris sunt succi, sed aquei, frigidi ac humidi. Sitim sedant, æstuanti Ventriculo prosunt, febricitantibus vtilia; facilè descendunt & aluum lubricam reddunt, nutrimenti verò exiguum præbent.

Cerasus fructu acido.

Sauer Kirschbaum.
Cerasia austera, Amarena.
Cerasia Aproniana.
Schwartze Sauer Kirschen.
Amarellen.
Weichsel Vulgò.

Refrigerant, desiccant & nonnihil etiam incidunt, Ventriculum constringunt, Cibi appetentiam inuitant, bonum sanguinẽ generant, Pituitam incidunt crassosq; humores, flauam bilem reprimunt, vrinam eliciunt.

Sapore commendantur ad intinctus conficiendos, quibus & sanis & ægrotantibus febribus maximè bilioſis vexatis edulia iucundissimè condiuntur.

Succus per se vel cum saccharo ad eosdem vsus ad certam consistentiam densatur. Condiuntur item saccharo & exiccantur integra in cibum & medicinam.

Cerasiorum gummi.

Lachryma Cerasi.
Kirschhartz.

Cum quadam viscositate tenuium est partium absque mordacitate.

Tussi veteri medetur, Arterias exasperatas lenit, Calculosis ex vino prodest.

Aceto liquefacta Infantium Lichenas sanat.

Virgunculæ in pyri formam effingunt, vulgò, Claren, quo pilos à fronte auertunt frontemque exhilarant.

Chamæcerasus.

Χαμαικέρασος.
Cerasus humilis.
Erd Weichsel.
In horto Laur. Scholtzij.

Chamælea.

Χαμαιλέα Dioſc.
Chamælea tricoccos Lob.
Mezereon Arabum Aduerſ.
Coccognidion Offic.

Κόκκος κνίδιος.
Zeidelbast.
Zeiland.
Kelbersbals.
Ibidem frutescit.

Folia & fructus amara sunt & acria vrentis & vehementer calidæ facultatis.

Bilem & Pituitam detrahunt, sordida & crustosa vlcera cum Melle repurgant.

Chamæmelum Romanum.

Chamæmelum odoratius *Dodon.*

Anthemis seu Leucanthemis odorata *Lob.*

Chamomilla Romana.

Römische Camillen.

Edle Camillen / oder Hermel.

Instructioribus hortis notum, etiam asperrima hyeme viret.

Facultatibus vulgari multò est præstantius. Suauius enim quiddam aromaticumq; Amaraci aut Abrotani exhalat.

Syrupus ex hoc ad Ictterum Splenis & Hydropem vtilis paratur.

In aqua aut vino decocta herba cum floribus addito Cymino pota, mirificum in Colica flatulenta præstat auxilium.

Chamæmelum Romanum flore pleno.

Chamæmelum Romanum multiflorum.

Anglorum niueum λευκάνθεμον flore multiplici *Aduers.*

Volle Römische Camillenblumen.

Edle Camillen/Hermel mit vollen blumen.

Eiusdem cum priori facultatis.

Charefolium.

Χαμαίφυλλον.

Chærefolium Offic. *Dod.*

Gingidium *Fuchs.*

Körffel/ Körffelkraut, Körbelkraut.

Terrâ stercoratâ & aliquantulum humente oblectatur. Maio floret & semen fert nigrum oblongum aristis Auenæ simile.

Si Augusto seratur, per totum hyemem vtile est.

Coctum crudumque Stomachi magna vtilitate estur. Culinaria est herba, tota dulcis & odorata, acriusculo quodam accedente sapore vix ferè insensibili.

Grumos Sanguinis concretos dissoluit, Menstrua prouocat, affectibus Renum & Vesicæ admodum vtilis.

Corroborat Ventriculum, Cerebrum, Intestina, & Pestilentialibus febribus occurrit.

Chare-

Cherefolium Hispanicum.

Μυῤῥὶς *Diosc.* ὡς μυὸς ῥὶς.
Πιτυόσπερμον. *Cord.*
Cerefolium maius.
Myrrhis maior *C.B.*
Smyrrhiza *Plin.*
Seseli Peloponnense *Anguil.*
Myrrenkraut.
Spanischer Körffel.

In hortis satum diutius restat.

Odore, sapore, jucunditate, facultatibus Cherefolium imitatur.

Radix longa crassa in Cibis additur instar Petroselini. Vrinas potenter ducit; ob id Ictericis, Hydropicis, affectibus Renum & Vesicæ commendatur.

Aiunt eam bis terúe die potam ex vino, in Pestilentia salutarem esse, & ne contagia Morbi sentiantur, obstare.

Chondrilla Hispanica.

Chondrilla rara purpurante flore, semine nitido deciduo *Lob.*
Crupina Belgarum.
Spanische Condrillen.
Facilè ex semine nascitur, neglecti vsus.

Chondrilla cærulea Belgarum.

Blaw Condrillenkraut.

Aliunde allatum semen in hortis seritur.

Chrysanthemum Mattioli.

Χρυσάνθεμον *Diosc.*
Bellis lutea *Tr.*
Bellium maius *Tabern.*
Boaria *Rom.*
Chrysanthemũ segetum.
Goldblume.
Geele Genseblum.
Geel Rindsauge.

Duplex est. Maius & minus folijs profundiùs incisis.

Aestiua est planta, frigoris impatiens, tenera, fruticosa, oleracea, gustu nonnihil caloris indicans.

Pota in Balneis post exitum de solio Morbo regio correptis breui bonum colorem inducit.

Chrysanthemum Americanum.

Chrysanthemum Peruuianum *Dod.*
Helenium Indicum maximum *C. B.*
Planta maxima.
Corona Solis.
Gigas herba.

Indianisch Goldblume.
Sonnenkrone / Sonnenblume.

Ex semine ab Hispanis ex America allato lubenter nascitur. Augusto floret.

Pediculi foliorum teneri adhuc pilis derasis in craticula cocti, sale oleoq; conditi, esu suaues, Oriq; grati, & ad Venerem promouendã prosunt.

Ad vulnera glutinanda gummi & vniuersa planta magnæ commendationis.

Chrysanthemum Americanum proliferum.

Flos Solis maximus ramosus.

Sonnenkron mit viel nebenblümlein.

Septem octoúe flores hoc anno in hortulo meo ex vna planta enati sunt.

Cicer Arietinum.

Ἐρέβινθος *Dioscor.*
Cicer satiuum.
Cicer *Officin.*
Kiechern.
Zifer Erbes.
Amat pingue solum.
Aperit, abstergit, discutit, incidit, flatus excitat.
Calidum est & humidum, amaritudinis non omninò expers.

Lac & semen copiosè adauget, venenis resistit.

Eius decoctum Lienem, Iecur & Renes expurgat, Menses & partus pellit, Calculum frangit, Ictericos Hydropicos & Cachecticos per vrinas purgat.

Cichorium Italicum.

Cichorea satiua.
Welsche Wegewart.
Garten Hindleuffe.

Magis quàm agreste refrigerat.

Olitores radices hyeme terrae aut sabulo obruunt; quo artificio mirum in modum albescunt, teneræ euadunt, & in totam asseruantur hyemem, exuto magna ex parte amarore.

Condiuntur etiam verè cum saccharo ad Hepatis calidiores affectus.

Citria Malus.

Μηλέα μηδικὴ, *Dioscor.*
Malus Medica, Citrea.
Citrus, *Tabern.*
Citronbaum.
Citrinatbaum.

In viridarijs aliquando asseruatur vasculis, sed fructum non fert.

Folia odorata, calida & sicca.

Citria

Citria Mala.

Μῆλα μηδικὰ.
Cedromela.
Citrula.
Citron ôpffel.
Citronen.
Citrinatôpffel.

Cortex amarus est, non sine acrimonia. Omnibus venenis aduersatur, & frigidum ventriculum roborat, Cor exhilarat.

Mansa oris halitũ emendat, suauitatemque accersit.

Caro refrigerat, humectat, flauam bilem reprimit, sitim sedat, & Pestilentiæ cõtagia arcet.

Succus grauidarum Malaciæ succurrit.

Semen amarum venenis aduersatur, Aluum mouet & lumbricos expellit, in febribus pestilentialibus magni vsus.

Cortex conditus sacch. Ventriculum, Cor & Cerebrum roborat.

Citrullus.

Anguria, *Matthiol.*
Cucumer Citrullus, *Fuchs.*
Citrulus, Citreolus, *Trag.*
Citrullen.
Erdôpffel.
Indianische Kürbis.

Autumno fructus matureſcunt, Augusto floret. Refrigerat & humectat.

Pulpa in ore commansa, Linguæ in febribus asperitatem lenit & sitim compescit.

Semen internarum partium inflammationibus succurrit & bilis acrimoniam ac feruorem contemperat.

Clematis seu vitis syluestris.

Ἄμπελος μέλαινα, *Fuchs.*
Κληματὶς ἑτέρα Dioſc. *Matthiol.*
Vitis nigra seu Bryonia, *Fuchs.*
Viorna vulgò, *Aduers.*
Clematis 2. *Matthiol.*
Lynen.
Wald Reben.
Rebling.

In horto Laur. Scholtzij, semen fert Septembri.

Gustus feruidus & acris calidam arguit vim.

Clematis peregrina purpurea.

Clematis Pannonica.
Purpur braun Winde.

In hortorum est delicijs: floret æstate.

Cochlearia.

Cochlearia Batana, *Aduers.*

Telephium Dioſc. *Lac. & Ronſæo.*

Herba Scorbuti.

Löffelkraut.

Schorbockskraut.

Ex ſemine integro anno viret in horto meo ad ſucci vſum.

Facultatem euidenter calidam & ſiccam, virenti Naſturtio ſapore & qualitate perſimilem obtinet.

Scorbuto efficaciter medetur.

Succus Hydropicis propinatur, nec non alijs externis maculoſis Cutis affectibus Lienis vitio progenitis.

Colchicum candido flore.

Zeitloſen mit weiſſen blumen.

In horto D. Laur. Scholtzij.

Colocynthis rotunda.

Κολοκυνθὶς.

Cucurbita amara cathartica, *Lobel.*

Coloquinthen.

Wilder Kürbis.

Vehemens cathartícum, Empiricis, quibus frequenter in vſu, notum.

Inſigniter eſt amara: Eapropter obſtructos meatus expurgat ac aperit.

Colocynthis pyriformis.

Κολοκυνθὶς ἀχρὶς.

Colocynthis pyramidalis ſeu fera, *Tabern.*

Coloquint weiblin.

Byren Coloquinten.

Voluptatis gratia ſeritur.

Colutea arbuſcula.

Κολυτέα, Theoph. *Aduerſ.*

Colutea veſicaria.

Welſch Senetbaum.

Linſenbaum.

Viridarijs familiaris. Vere floret, Auguſto ſemen in veſiculis matureſcit.

Folia in maiori copia exhibita, vt Sena aluum laxant.

Semen vomitorium eſt ſicut Geniſtæ.

Conſolida regalis cærulea vulg.

Κύμινον ἄγριον ἕτερον, Dioſc. *Tabern.*

Calcaris flos, *Recent.*

Calcitrapa, *Cord.*

Conſolida regia.

Ritterſporn.

Sporn blumen.

Horn kümmel.

Coronaria eſt puellis nota.

Conſolida regalis cærulea maior.

Delphinium, *Dodon.*

Groſſer blawer Ritterſporn.

Flores

Flores oculorum Epiphoris & inflammationibus vtiles, in aqua seu succo.

Consolida regalis purpurouiolacea.

Violbraun Ritterſporn.

Consolida ex albo purpurascens plena.

Weißbraun Ritterſporn mit vollen blumen.

In horto Laur. Scholtzij.

Consolida regalis incarnata.

Consolida regalis satiua flore rubro, *Tabern.*

Delphinium 3. flore roseo, *Gesn.*

Leibfarben Ritterſporn.

Consolida regalis albo flore.

Delphinium flore candido, *Gesn.*

Ritterſporn mit weiſſen blumen.

Ad coronarum vſum à puellis seritur.

Conuoluulus Asureus.

Conuoluulus hederaceus vel cœruleus exoticꝰ, *Aduerſ.*

Campana cœrulea, *Dod.*

Campana lazura, *Herbar.*

Flos Noctis.

Blawe Nachtwinde.

Potius voluptatis quàm vtilitatis cauſſa plantatur.

Cornus mas.

Κρανία, *Dioſc.*

Kornelbaum.

Folia & germina guſtu acerba ſunt valenterq; deſiccant, vulnera glutinant.

Corna, Hornkirſchen / Korlitzen.

Acerba ſunt & vehementer aſtringunt. Dyſentericis competunt.

Coronopus I.

Κορωνόπους, *Theoph.* & *Dioſcor.*

Herba ſtella ſeu cornu ceruinum, *Dod.*

Coronopodium.

Pes Miluinus ſeu Cornicis.

Hirtzgras.

Hirſchhorn ſalate.

Kappenfuß.

Ad Acetariorum vſum seritur.

Folia aliquantulum ſalſum & dulcem ſaporem habent: Cruda eduntur in acetarijs & cocta cum aceto & ſale.

Calculoſis & cœliacis vtilis radix.

Coronopus II.

Cornu Cerui alſioſum repens, *Dodon.*

Ambro-

Ambrosia spontanea strigosior, *Lob.*

Kriechender Kraenfuß.

Feld Hirtzhorn.

Wantzenfresse.

Tota æstate in hyemem multam viret. Iunio floret, semen Plantaginis ferè in spicis succedit.

Odore destituitur, sola acredine nares feriens. Estur in acetarijs vt prior.

Corylus domestica.

Nux Auellanæ, Pontica.

Garten Haselstrauch.

Auellanæ rubræ, ponticæ, rote Haselnüsse / Kuhr nüsse / putamine extrinsecus vestiuntur barbato, nucleo intus ruffa membrana cincto, oblongiore. Gustu sunt gratiores vulgaribus & fractu minimè contumaces.

Aluum adstringunt, Cœliacis ac Dysentericis vtiles. Contra serpentum morsus valent.

Cotonea malus.

Μηλέα κυδωνία.

Malus cydonia.

Küttenbaum.

Quittenbaum.

Foliorum decocto fouentur Vterus & Anus procidentes. Flores ei albæ Rosæ sylu. figurâ singuli seorsim collocati: fructus Autumno matureſcunt.

Cotonea mala.

Κυδώνια μῆλα, χρυσόμηλα.

Mala Cydonia.

Cydonia minora.

Quitten öpffel.

Kütten / Kleine Kütten.

Pyra Cydonia.

Στρουθόμηλα vel στρέβια, *Dioſc.*

Quitten Byren.

Grosse Quitten.

Pyri ferè turbinatam figuram exprimunt. Magna quidē sunt, sed minus vtilia.

Ad Medicum vsum eliguntur Cydonia mala, quæ pressa sunt, & in toros ferè diuisa, Melopeponum modo, benè habita, flauescentia, lanuginosa, odorata.

Refrigerant 1. siccant 2. ordine: valenter adstringūt, cohibent, roborant.

Cocta in cineribus cum saccharo Ventriculo apta, Singultū & nauseam compescunt, calorem mitigant, concoctionem iuuant, ventriculum occludunt, & vaporum exhalationem prohibent; Omnes alui fluxiones sistunt, Dysentericis ac Cœliacis vtilia.

Cruda

Cruda cataplasmatis adduntur ad cohibendam aluum, aut si Stomachus æstuet, aut in vomitiones effundatur, ad Mammarum inflammationes, præduros Lienes & condylomata.

Condiuntur cydonia Saccharo integra vel incisa, demtis nucleis, ventriculo grata. Caro cum Melle aut Saccharo vel per se vel additis corticibus Citrij, Ambra & alijs aromatibus ad Electuarij formam coquitur.

Vinum seu succus ad syrupi vel gelu consistentiam addito saccharo redigitur.

Crespinus I.

Ceanothus, *Theoph.*
Grossularia præcox.
Vua crispa, *Lobel.*
Vitis precia, *Plin.*
Christdorn/ *Sil.*
Wegdorn.
Stechdorn.
Rauche Kreuselbeeren.

Baccæ nonnihil hirsutæ circa solstitium maturæ refrigerant, exiccant, roborant & adstringunt. Viret primo vere niuibus delapsis.

Succus immaturi fructus Omphacij loco est. Iusculis febricitantiũ commodè incoquuntur; sitim, calorem extingunt & appetentiam excitant.

Crespinus II. spinosior.

Grosselbeer.
Glatte Kreuselbeern.

Spinosior est & baccas subluteas læues non hirsutas, dulces habet, quæ tardiùs maturescunt.

Maturæ parum aut nihil adstringunt, & caloris exiguum quid obtinent.

Crocus hortensis.

Κροκὸς, *Dioscor.*
Crocum.
Safran.

Solum amat mediocriter pingue.

Autumno floret; folia virent tota hyeme.

Calefacit, exiccat, frigidi terreiq; nonnihil obtinet. Aperit, pellit, digerit, roborat, emollit, concoquit, leuiter adstringit.

Lætitiam affert & cordi conducit, venenis & Pesti aduersatur.

Immodicus vsus Capitis dolorem, inappetentiam cibi palloremq; facit.

Crocus syluestris montanus flore albo Lob.

Berg Safran mit weissen blumen.

Cucumis satiuus vulgaris.

Σίκυος ἥμερος, *Dioſc.*

Cucumis eſculentus.

Cucumis vulgaris, *Dod.*

Cucumern / quaſi Curuimer à curuore.

Gorcken.

Pinguia & aprica amat loca. Iulio & Auguſto matureſcunt fructus.

Humectant & refrigerant Cucumeres ordine 2. Abſtergunt, incidunt, vrinas mouent, aluo & Stomacho vtiles.

Condiuntur fermento aqua & Anetho virides nondum maturi; ſi iam citrini facti ſunt, eſui haud idonei.

Menſis Acetariorum vice cum carnibus aſsis apponuntur palato non ingrati.

Semen deſiccat, aperit, abſtergit, Pectoris & Pulmonis inflammatione laborantibus prodeſt, Iecinoris obſtructiones aperit, Calculo Renum & Veſicæ exulcerationibus ſubuenit. Emulſionibus commodè additur.

Cucumis anguinus flexuoſus.

Cucumis oblongus, *Dod.*

Schlangen Gurcken.

Lange Cucumern.

Hortis inſtructiorib. notus.

Cucumis aſininus.

Σίκυος ἄγριος, *Dioſc.*

Cucumis ſylu. Elaterij, *Lob.*

Eſelkürbis.

Springkürbis.

Circa autumnum fructus matureſcit.

Radix abſtergit, digerit, emollit; Bilem & pituitam deijcit, præſertim in Hydropicis. Succus ſummè amarus eſt, calidus leuiter & ſubtilium partium.

Elaterium, ſuccus qui è fructu oblongo, glandi ſimili, paratur, ſummè amarus eſt, ordine ſecundo calid⁹; Menſes mouet, Cynanchis cum melle illinitur, Ictericis cum Lacte in Nares trahitur & Cephalalgicis.

Cucurbita rotunda.

Κολόκυνθα ἐδώδιμος ſeu ἥμερος, *Dioſc.*

Cucurbita ſeu Zuccha, *Aduerſ.*

Cucurbita maior albo flore, *Fuchſ.*

Kürbis.

Ronder Kürbis.

Loca amat rigua & aquoſa.

Cucurbita humectat & refrige-

frigerat 2. gradu. Cruda cibo insuauis, Stomacho pernicioſa & concoctu fermè inexpugnabilis.

Comeſta ſitim propellit. Exiguum corpori præbet alimentum, idque frigidum & humidum: facilè autem ſubſidet præcipuè elixa, quæ acrimoniam contemperat & propter ſubſtantiæ ſuæ lubricitatem aluum emollit.

Cruda illita tumores & abſceſſus mitigat. Oculorum inflammationibus & Podagris benè facit.

Ramenta infantibus contra Syriaſin, Syncipiti illinuntur.

Semen feruorem Renum mitigat, vrinæ acrimoniam temperat, eamq; prouocat.

Folia Mammis Puerperarum addita Lac exiccant.

Cucurbita oblonga.

Cucurbita longior, *Dodon.*
Cucurbita ſiue Zucha omniũ maxima anguina, *Lob.*
Langhalſichter Kürbis.
Zincken Kürbis.
Vratiſlauiæ in hortis.
Sapore eſt ſubdulci.

Cucurbita lagenaria.

Cucurbita ſeſſilis.
Flaſchen Kürbis.

Cucurbita coronata.

Cucurbita capitata.
Kronen Kürbis.
Ex horto Laur. Scholtzij.

Cucurbita Indica maxima.

Cucurbita Indica ſeu Sarracenica maior.
Türckiſcher Kürbis.
Türckiſch kraut. *Sil.*
Differt hæc quantitate, figura, colore.

Paſsim in hortis ſeritur ob fructum dulcem. Eſtur vel cum juſculis elixa, vel in butyro additis Malis Ponticis aut Cydonijs piperęq; frixa. Alimentum confert exiguum.

Semen ei magnum album, in quo nucleus includitur dulcis & ſuauis.

Cucurbita Indica longa maior ex ſaturato vireſcens verrucoſa.

Langer ſatgrüner wartzen Kürbis.

Cucurbita teres ex flauo rubens.

Lenglichter rotgelber Kürbis.

Cucurbita Indica minor.

Cucurbita Indica minor rotunda.

Kleiner OepffelKürbis.

ErdOepffel.

Fructus eſt minimus & pilæ inſtar rotundus. Viridarijs & penſilibus hortis ſolummodo nota.

Cucurbita picta.

Cucurbita varia.

Flecken Kürbis.

Oblonga eſt & maculis ſubnigris variegatur.

Cuming Aethiopig. Ammi.

Cuminum ſatiuum.

Κύμινον ἥμερον *Dioſc.* ἀπὸ τῆς κύω, quòd inter olera maximè fruticet ac fœcundiſsimum ſit.

Cuminum Regium, Romanum.

Anethum regium ſeu Aethiopicum.

Cyminum *Offic.*

Römiſcher Kümmel.

Kramer Kümmel.

Rechter Kümmel.

Radix tenuis poſt ſeminis maturitatem perit. Difficilè naſcitur.

Semen vim habet excalefaciendi, ſiccandi. Attenuat, incidit, aperit, prouocat, adſtringit, diſcutit, fluorem Muliebrem ſiſtit. Ad Stomachi nauſeam, tormina inflationesq; conuenit, phlegmata lentosque incidit humores.

Vtile Pectori & Pulmonibus refrigeratis cum ſorbitione ſumtum.

Ex vino demorſis à ſerpentibus propinatur; à Balneo Regium morbum expellit, vertiginiq; prodeſt.

Cuminum corniculatum.

Τπήκοον, *Dioſc.*

Hypecoon *Dod.* & *Cluſ.*

Cuminum ſylu, 2. ſiliquoſum *Aduerſ.*

Hornkümmel.

Semen excalefacit, aperit, penetrat.

Epotum Serpentum morſibus præſidio eſt.

Cyanus maior.

Cyanus montanus *Tabern.*

Cyanus latifolius.

Verbaſcum Cyanoides.

Groſſe Kornblumen.

Wald Kornblumen.

Hortenſis eſt apud nos, alibi ſpontaneus.

Eadem poteſt quæ aruenſis.

Cyanus ſatiuus multiflorus.

Volle Kornblumen.

Cyanus

Cyanus ex albo violaceus.

Cyanus albus mediopurpureus.

Liechtweisse veielbraune Kornblumen.

Cyanus albus medio rubens.

Weisrote Kornblumen.

Cyanus cœruleus mediopurpureus.

Blaw braune Kornblumen.

Cyclamen anguloso folio.

Κυκλάμινος *Diosc.* ἀπὸ τοῦ κύκλου.

Cyclamen vernum *Lob.*

Cyclaminus.

Panis porcinus.

Arthanita *Offic.*

Schweinbrod.

Schweintod.

Radix cal. & sicc. 3. Abstergit, incidit, venarum ora aperit, attrahit, digerit, detergit, prouocat, aluum emollit.

Cum hydromelite pota pituitam & aquam per inferna trahit.

Coli cruciatus à pituita progenitos aut ab induratis excrementis tollit.

Radix excauata oleo repleta & Cineri feruenti imposita adiecto Ceræ tantillo, vt strigmentosa fiãt, vnguentũ pernionibus vtilissimum.

Supposita Menses ciet.

Miscetur medicamentis, tubercula, strumas aliasque durities discutientibus.

Succus naribus instillatus Caput purgat.

Cynoglossum Creticum.

Cretische Hundszunge.

Folia sunt asperiora vulgari, flores dilutè cœrulei: semine maturo planta perit. Iunio & Iulio floret, semen in theculis asperiusculis amarum, abstergendi vi præditum.

Cyperus longus

Κύπειρος *Diosc.*

Ἐρυσίσκηπτρον.

Cyperus longus odoratior habitior *Lob.*

Iuncus angulosus, quadratus *Cels.*

Galanga syluestris.

Cyperwurtz.

Wilder Galgen.

Wolriechende Bintzen.

Humectis lætatur locis. Eminent Iubæ Iulio & Augusto.

Radix odorata, Calefacit, exic-

exiccat absq; morsu, roborat, adstringit ac simul incidit & aperit, vrinam & Menses prouocat. Calculo vexatis congruit.

Cyperus dulcis.

Σχοινοκάρυον *Gesn.*
Dulchichnium *Dod.*
Trasi Veronensium *Matt.*
Cyperus dulcis Theoph. *Tabern.*
Italianische Zuckerwurtz.
Süsser wilder Galgan.
Radix excalefacit, humectat 1. ordine, lenit, leuigat, emollit, acres fluxiones contemperat, genituram auget, & ad Venerem facit.

Cytisus.

Κύτισος *Diosc.*
Cytisus Maranthæ *Gal.*
Geeler Geisklee.
Gehörnter Geisklee.
Semine & racemis seritur.
Folia digerendi possident facultatem aquæ temperatæ mistam, sicut & Maluæ folia.
Refrigerant, tumores inter initia discutiunt, si pane trita illinantur.
Floribus Apes delectantur, ex quibus plurimum Mellis excerpunt.

Damasonium nothum.

P Seudo-Damasonium *Clus. P.*
Alisma ὠάνθεμον seu κοιλάνθεμον, *Thal.*
Calceolus Mariæ & Sacerdotis crepida.
Helleborine punicea seu ferruginea *Lugdun.*
Butterballen.
Welsch Wegericht.
Frawenschuch.
Iulio floret. Sapor ei amarus.
Vulnera recentia glutinat.

Digitalis purpurea.

Δακτυλῖτις
Δρύαλλις.
Campanula syluestris.
Verbasculus digitalis *Costæi.*
Nola syluestris.
Braun Fingerhütlin.
Braun Waldglöcklin.
In Lotharingiæ & Alsatiæ montibus sponte vmbrosis locis luxuriat.
Integra æstate flores gerit pendulos elegantes, semen in theculis paleaceum.
Vulneraria est.
Folia aluum leniunt.
Flores decocti gargarizatu faucium ardori & Inflammationi prosunt.

Digita-

Digitalis candida maior.

Digitalis 2. *Dod.*

Schneeweisse Fingerhütlin.

Paulò serius floret quàm purpurea.

Digitalis candida purpureis maculis respersa.

Weisbrauner Fingerhut.

Diptamnus germanica.

Χαμαιπέλιος.

Diptamnus vulgaris scumas, minor.

Fraxinella *Lob. Dod.*

Tragium *Cord.*

Pœonia mascula *Veter.*

Weisser Diptam.

Gemeiner Diptam.

Spechtwurtzel.

Floret Maio.

Amara est radix, candida, grauis odoris.

Calefacit, siccat, aperit, abstergit, extrahit, prouocat.

Comitialibus & frigidis Cerebri affectibus vtilis. Præstat contra Pestilentiæ contagia quouis modo sumta. Confert Stomacho & Anhelosis. Antidotis vtiliter permiscetur.

Diptamnus Italica.

Fraxinella Italica.

Polemonium veterum.

Dictamnus maior.

Welscher Diptam.

Huius folia maiora, virentiora, duriora, magisq; acuminata. Cætera paria sunt.

Doronicum.

Doronicum 1. *Tabern.*

Doronicum latifolium *Clus. P.*

Aconitum Pardalianches 1. *Dodon.*

Schwindelwurtz.

Gembsenwurtz.

Flores lutei.

Radix gustu dulcis, temperiei mediæ ac temperatæ proxima vicinaque. Diu in hortis durat.

Draco hortensis.

Draco *Aduers.*

Dracunculus hortensis *Matthiol.*

Tarco.

Dragoncell.

Dracenkraut.

Zitwerkraut.

Keyserssalat.

Serpendo se propagat radiculis. Tota æstate viret. Augusto flosculos fert.

Acris est cum aromatico sapore. Calef. & siccat. Mansa pituitam ciet, Dentium dolores mulcet.

Estur passim in acetarijs cum

cum Lactucis alijsq; oleribus; concoctionem juuat & vrinas mouet.

Epimedium.

Ἐπιμήδιον Dioſc. *Aduerſ.*
Lunaria *Italis.*
Monfraut.

Radix prolixis ambagibus incuruatur, atq; in latera diffunditur, ſubadſtringentis & ſiccandis guſtus. Aeſtate multos floſculos promit.

Folia multum amara.

Aiunt epotum concipiendi ſpem adimere.

Eruca ſatiua I.

Eruca ſatiua floribus albicantibus.

Eruca *Offic.* ab erodendo.

Εὔζωμον Dioſc.
Rauckelen.
Zamer weiſſer Senff.

Flores Iulio apparent, odoris ingrati.

Excalefac. manifeſtè, ſiccat, attenuat, aperit, flatus pellit.

In Cibis ſumta ſemen genitale auget, & Venerem excitat, Aluo perquam commoda.

Semen diureticum eſt, Ventris tineas perdit.

Eruca ſatiua II.

Eruca lutea maior.
Eruca ſylu. *Aduerſ.*
Eruca Sabaudica.
Rekulla.
Rokhes. Bocker.
Rauckelen.

Ad acetaria ſeritur. Eiusdem facultatis, vrinam potentius trahit.

Cocta addito ſaccharo Infantium tuſsi medetur.

Eruca ſatiua III.

Eruca lutea minor.
Sinapi 1. genus ſylu. *Fuchſ.*
Erucula.
Klein Rokhes.
Klein Rauckelen.
Tota minor priori.

Eruca ſatiua IV.

Eruca Naſturtio cognata tenuifolia *Lob.*

Naſturtium ſylu. *Cluſ.*
Wilder Senff.

Eruum ſatiuum I.

Ὄροβος κηπαῖος.
Piſum Græcorũ ſatiuũ *Tr.*

Phaſeolus minor ſatiuus *Cord.*

Cicer Columbinum *Quibusdam.*
Weiſſe Zam Eruen.
Eck Erbis.

Semen

Semen calefacit, siccat. Ratione amaritudinis incidit, exterget atq; obstructiones expedit. Ventrem turbat sanguinemq; per vrinam ducit. Corporis colorem commendat.

Eruum satiuum II.

Vide Orobum.

Eryngium cœruleum.

Eryngium planum *Dod.*

Eryngium alpinum cœruleum *Tab.*

Blaw Brackendistel.

Blaw Manstrew.

In hortos elegantiæ caussa recipitur. Capitula echinata Augusto & Septembri hilari cœruleo colore placent.

Faba maior.

Κύαμος Dioſc.

Faba maior satiua.

Bona siue Phaseolus maior *Dodon.*

Grosse rote Bonen.

Seutsche Bonen.

Seritur in agris & hortis.

Frigidæ est & siccæ naturæ. Adstringit, discutit, abstergit, impinguat, flatus gignit.

Insomnia tumultuosa causatur, tussi confert. Farina maculas Cutis abstergit & nitorem ei conciliat.

Aqua ex floribus ad eosdem vsus elicitur.

Faba minor.

Faba minor rubea.

Kleine rote Bonen.

Faba nigra.

Κύαμος ἄγριος.

Faba Latinorum *Dodon.*

Faba syluestris *Matthiol.*

Bona syl. siue Phaseolus.

Pisum nigrum.

Pisum ἀπόκαρπον.

Schwartze Bonen.

Wilde Erbeis.

Mohren Erbeis.

Gustu est fabaceo, sed non ita grato, odoris grauiusculi.

Pares cum maiore facultates habere creditur.

Fegopyron.

Φηγόπυρον.

Τραγόπυρον.

Erysimum Theoph. *Lob.*

Ocymum cereale *Tabern.*

Granum Parnasium *Crat.*

Heiden Korn.

Buchweitzen.

Bockweitzen.

Incultis seritur montium locis.

Calefacit & humectat non multũ à temperatis distans.

Minus alit quàm Secale & Hordeum, plus tamen prouocat quàm Panicum & Milium. Pulticulæ ex Ptisana & farina facilè digeruntur, gignuntq; mediocrem sanguinem; Tussientibus & difficulter mingentibus prosunt.

Semine Gallinarum genus pastum citissimè pinguescit.

Succus herbæ viridis expressus confert ad lachrymantes oculos.

Ferula.

Νάρθηξ *Dioscor.*

Ferula mas seu maior.

Steckenkraut.

Gertenkraut.

In viridarijs ex semine plantari cœpit.

Vi pollet calefaciendi, siccandi, attenuandi.

Ferrum equinum.

Sferra Cauallo *Mattiol.*

Lunaria minor *Chemic.*

Huf Eisenkraut.

Facilè ex semine prouenit.

Multa huic à Chemicis tribuuntur secreta.

Ficus vrbana.

Συκῆ ἥμερος *Dioscor.*

Feigenbaum.

Hyeme perit, nisi in cellas subterraneas reponatur. Germina Maio erumpunt atque fructuum rudimenta. Priores Augusto, posteriores nunquam apud nos maturescunt.

Arbor tenuium est partiũ.

Caricæ, Ficus aridæ seu passæ. Calefaciunt in fine primi gradus, tenuium partium. Digerunt, tennant, coquunt.

Renibus, Vesicæ, Suspiriosis, Hydropicis & Comitialibus aptissimæ. Thoracem expurgant. Ad Tonsillarum inflammationes gargarizatu vtiles.

Folia Hæmorrhoides referant, si ijs fricentur.

Ficus Indica.

Opuntia Plin. *Vulg.*

Tuneficifera Indorum *Aduers.*

Anapallus *Petr. Bell.*

Jndianischer Feigenbaum.

Stachlichte Jndianische Feigen.

Fictilibus alitur, à Laur. Scholtzio Vratislauiæ: in Hispaniola Noui Orbis spontanea est.

Flammula.

Flammula, seu Flammula Iouis *Matt.*

Flam-

Flammula surrecta.
Brennwurtz.
Blatterzug.
Caustica est & Cutim carnemq; exulcerat.

Fœniculum vulgatius.

Μάραθρον *Dioscor.* παρὰ τὸ μαραίνεσθαι à marcescendo, quòd, vbi inaruit, ad plurima condimenta aptissimum sit.

Fœniculum *Offic.*

Fenchel.
Frawen Fenchel *Sil.*

In hortis & campis seritur. Autumno semẽ maturat.

Coma ex aqua frigida pota nauseam amouet & in olere sumta Lac Nutricibus auget.

Semen naturæ calidæ & siccæ cum leui adstrictione. Aperit, attenuat, digerit, resoluit, Menses ducit, Lac auget, vrinas ciet, venenis aduersatur, Ventriculum roborat, flatus discutit, Regium morbum expurgat. Pulmoni & Iecori amicum: Artheticis commodum: Puerperas purgat; Mulieres frigidas steriles iuuat.

Radix Lienis & Hepatis infarctus expedit, & viscera ab obstructione liberat: Idcirco difficulter mingentibus, Calculosis prodest.

Succus instillatus Oculorum aciem excitat.

Fœniculum Romanum.

Fœniculum dulce *Aduers.*
Fœniculum Florentinum *Gesn.*
Römischer Fenchel.
Grosser süsser Fenchel.

Semen vt planta vulgari maius & sapore suauius.

Fœnugræcum satiuum.

Τῆλις *Dioscor.*
Βύκερως *Theoph.*
Fœnugræcum *Aduers.*
Siliqua *Columell.*
Fenugreck.
Bockshorn.
Ziegenhorn.
Drüesenkörner.

Solum amat pingue. Semen Augusto maturum legitur. Digerit, resoluit, emollit, abstergit, mitigat. Excalefacit ord. 2. & sicc. 1.

Ex aqua mulsa coctum & potum internas collectiones emollit, vitia, doloremq; internorum membrorum sanat & mitigat. Sorbitio farinæ exulcerato pectori & tussi diuturnæ medetur.

Semen integrum coquitur, cuius decocto spongiâ imbuta fouentur oculi prurientes.

Fritillaria purpurea variegata.

Ab abaco siue abucelo, in quo scacorum ludus exercetur, quem fritillum dici existimant.

Meleagris *Dodon.* à coloris varietate.

Braun gescheckte Narcissen Lilgen.

Maio floret.

Galega.

RVta capraria.

Onobrychis, *Dracast.*

Geiß Raute.

Flecken Raute.

Fleckenkraut.

Petechienkraut.

Aestate floret.

Vis illi peculiaris inest contra omnia venena & pestilentiam.

Succus & liquor stillatitius febribus pestilentialibus, variolis, Morbillis, Pueris conuulsis ac comitiali morbo laborantibus commodissimè propinantur.

Flores decoctis ad eosdem vsus adduntur.

Genista Italica.

Σπάρτιον, *Dioscor.*

Genista iuncea.

Spartium Dioscor. *Aduers.*

Welsche Pfriemen.

Spanische Pfriemen.

Flores vomitum cient.

Gentiana maxima.

Γεντιάνη, *Dioscor.*

Gentiana maior flore luteo.

Entzian/ Entzies/ *Sil.*

Bitterwurtz.

Ægrè in hortis manet.

Radix impensè amara, Menstrua mouet. Lumbricos enecat: Hepaticis, Stomachicis, qui cibum retinere non valent, subuenit. Venenatorum, maximè Serpentum & Canis rabidi morsibus auxiliatur.

Geranium moschatum.

Geranium myrrhinum.

Acus moschata, *Lobel.*

Wolriechender Storckenschnabel.

Biesemkraut.

Moschum redolet: facilè ex semine deciduo quotannis repullulat.

Recentibus cruentisq; vulneribus commodum & aduersus inflammationes incipientes vtile.

Geranium Creticum.

Geranium Creticum annuum hæmatôdes, *Lob.*

Gera-

Geranium acu longissimum.

Cretischer Storcken-schnabel.

Iunio in hortis floret acu succrescente longissima.

Vulneribus medetur.

Geranium macrorrhizon.

Geranium longiùs radicatum.

Geranium batrachioides 2. *Lobel.*

Geranium hæmatõdes 2. *Clus. P.*

Sanguinaria radix.

Langwurtzelichter Storckenschnabel.

Flores rubei, staminibus luteis Maio & Iunio conspiciuntur. Radix rubra adstringens.

Geranium Althaeõdes.

Geranium Malacoides *Aduers.*

Geranium 2. Maluatum, *Dodon.*

Geranium 6. *Mattiol.*

Pappel Schnabelkraut.

Vulnera glutinat & fistulas sanat in potionib. sumta.

Gladiolus Italicus.

Ξίφιον, *Dioscor.*

Gladiolus vtrinque floriferus, *Dodon.*

Gladiolus segetalis, *Matt.*

Welscher Schwertel.

Braun Schwertel.

Cum vino & thure spicula & aculeos è corpore eximit.

Glycyrrhiza echinata.

Γλυκύῤῥιζα vera Dioscor. *Dod.* Liquiritia, *Officin.*

Regalitia, *Barbaris.*

Süsseholtz.

Süssewurtz.

Vratislauiæ in viridario Dn. D. Laur. Scholtzij.

Glycyrrhiza vulgaris.

Glycyrrhiza communis, *Aduers.*

Glycyrrhiza siliquosa, *Lob.*

Radix dulcis Francica.

Lackritz/ *Sil.*

Gemein Süsseholtz.

Augusto & Septembri floret.

Gustu est dulcis modicè adstringens & subacris, adiuncta leuiuscula quadam amaritudine.

Ad Tusses, Raucedines, aliosque Thoracis morbos, Vesicæ & Renum dolores vtilis.

Acrimoniam & salsuginem humorũ contemperat.

Gramen nodosum.

Gramen bulboſum nodoſum, *Aduerſ.*

Agroſtis 2. ſeu nodoſum Gramen, *Dod.*

Knopffgras.

Knodengras.

Radices bulboſæ dulces, Canario medicato viribus pares. Ex vino potæ Strangurioſis ſuccurrunt.

Gramen pictum.

Gramen ſulcatũ vel ſtriatum album, *Aduerſ.*

Gramen Turcicum.

Gramen variegatum.

Spaniſch Gras.

Margen Gras/*Sil.*

Welſch Gras.

Voluptatis cauſſa paſsim in hortis alitur.

Radiculis longè lateq; reptantibus citiſsimè magna ſpacia occupat.

Hedyſarum maius.

Ἡδύσαρον, *Dioſc.*

Πελητίνος.

Hedyſarum purpureum maius, *Tabern.*

Securidaca maior, *Aduerſ.*

Linſenkraut.

Groſſe Peltſchen.

Purpurbraun Peltſchen.

Semen amarum & ſubacerbum eſt. Confert Icteri-cis, Lienoſis, Vrinas & Menſtrua trahit.

Hedyſarũ maius luteum.

Hedyſarum maius Creticum.

Geele Peltſchen.

Aeſtate floret.

Hedyſarum minus.

Securidaca minor, *Aduerſ.*

Hedyſarum 2. *Dod.*

Aſtragalus, *Monſpel.*

Kleine Peltſchen.

Geele Steinwicken.

Helleborus albus floribus atrorubentibus præcox Lobel.

Helleborus albus femina.

Veratrum album floribus nigricantibus, *Dod.*

Weiſſe Nieſewurtz mit ſchwartz roten blumen.

In ſyluis ædituoribus Hungariæ ſponte creſcit, apud nos hortenſis eſt.

Helleborus niger Stiriacenſis.

Elleborus Stiriacus.

Veratrum nigrum Stiriacum, *Tabern.*

Steiriſche Chriſtwurtz.

Præfertur vulgari in medicamentis. Einſdem facultatis.

Helleborus niger verus.

Ἑλλέ-

Ἑλλέβορος μέλας.

Helleborus niger, *Aduerſ.*

Elleborum nigrum legitimum flore albo, *Cluſ. P.*

Elleborus niger, *Offic.*

Veratrum nigrum, *Dod.*

Schwartze Nieſewurtz.

Garten Chriſtwurtz.

Colligitur æſtate Meſsis tempore, ſemine maturo flacceſcunt folia.

A vulgari parum differt, niſi quòd folia eius latiora, flores albidiores ſint.

Guſtu eſt acris feruensq; adiuncta amaritudine.

Ventrem purgat tam per vomitum quàm per ſeceſſum, vtramq; bilem ac pituitam detrahens.

Morbis penè inuictis, non modò Melancholicis, ſed etiam merè pituitoſis & ſanguineis eximiũ præſidium.

Scabiem illitus ſanat, vitiligines, Lepras, Impetigines, ex aceto.

Helleboraſtrum minus.

Helleborus niger adulterinus ſylueſtris.

Veratrum nigrum 3. *Dod.*

Seſamoides magnũ, *Cord.*

Conſiligo, *Ruell.*

Wilde Chriſtwurtz.

Leuſekraut.

Schlangenwurtz.

Commendatur ad pecorum Pulmoniam peſtilentiamq; arcendam.

Lentes & pediculos interficit.

Helleboraſtrum magnum.

Helleboraſtrum maximũ, *Tabern.*

Helleboraſtet maximus, *Lobel.*

Gros Leuſekraut.

Hemerocallis rubra.

Ἡμεροκαλλὶς, *Dioſc.* quòd flos interdiu pulchritudinẽ ſuam tueatur, nocte appetente languidus flacceſcat.

Hemerocallis flore rubello, *Lobel.*

Hemerocallis ſeu Lilium ſylueſtre, *Aduerſ.*

Lilium coronarium.

Heidniſche Lilgen.

Rote Goldlilgen.

Elegantia ſua exornat viridaria.

Hemerocallis miniata.

Hemerocallis Byzantina 2. *Lob.*

Lilium rubens ſeu miniatum Chalcedonicum.

Türckiſche Goldwurtz.

In horto Laur. Scholtzij.

Heſperis alba.

Ἑσπερις, *Plin.*

Hesperis 1. *Cluſ.*

Viola matronalis ſeu Damaſcena, *Aduerſ.*

Weiſſe Veilichen/ *Sil.*

Winter Violen.

Damaſceniſche Negelin.

Ad ſerta excolitur, altero demum à ſatione anno floſculos promens.

Thlaſpi aut Rapuntium tota ſapit.

Heſperis purpurea.

Viola hyemalis flore purpureo, *Tabern.*

Heſperis 2. *Cluſ.*

Leibfarben Winter Violen.

Braune Pfingſt Negelin.

Heſperis viridi flore.

Viola matronalis flore vireſcente.

Grüne Winter Violen.

Iunio & Iulio floret.

Hordeum maius.

Κριθη, *Dioſc.*

Hordeum hyemale ſeu hybernum.

Winter Gerſte.

Groſſe Gerſte.

Hordeum polyſtichum æſtiuum Tabern.

Hordeum trimeſtre polyſtichum.

Groſſe Sommer Gerſte.

Vielzeitlichte Sommer-Gerſte.

Hordeum æſtiuum diſtichon.

Δίστιχον.

Hordeum trimeſtre min⁹.

Hordeũ Galaticum, *Colum.*

Kleine Gerſte.

Futter Gerſte.

Zwozeidelichte Gerſte.

Hordeum agrum deſiderat pinguiſsimum & probè ſtercoratum. Seritur Autumno, frequentius Aprili.

Refrigerat & ſiccat 1. ordine, nonnihil abſtergit, vrinas ciet, inflationes parit.

Hordeum mundum.

Πτισάνη, ἀπὸ τῦ πτίσσειν.

Hordeum mundatum, *Aduerſ.*

Hordeum deglubutum, *Mattiol.*

Gerſten graupe.

Edulium eſt in acutis morbis, febribus, dyſenteria, cholera, alijs omnibus frumentaceis præferendum.

Ab Agricolis etiam ex Lacte coquitur, cibus haud ingratus.

Hordei farina.

Gerſten Mehl.

In a-

In aqua mulsa cum Ficu decocta. Inflammationes & Oedemata discutit, durities cum pice, resina & fimo columbino concoquitur. Cum pyris syluestribus, Cydonijs aut Rubo, alui ꝓfluuia sistit.

Maltum hordeaceum.

Σιών, *Aëty.*

Gersten Maltz.

Refrigerat remissius; exiccat, calefacit, potentius abstergit.

Ventris torminibus alijsque similib. ex frigida caussa doloribus succurrit tostum feruensque in sacculo appositum.

Cereuisia hordeacea.

Οἶνος κρίθινος.

Gersten Bier.

Bitter Bier.

Potus Silesijs frequens, ex aqua, Malto & Lupuli floribus decoquitur.

Si Martio coquatur, per integrum annum durat.

Præfertur Suidnicensis, Goldbergensis, Lehnensis, Gryphibergensis.

Egregiè nutrit, minus tamen quàm Triticea, Valetudinem, firmitatem, colorem & proceritatem cæteraque ad bonum corporis habitum pertinentia procreat.

Cum oleo dulci & butyro largo haustu calidè pota, constipatos laxat, vrinam benigniter omnibus, imò etiã calculosis mouet. Cum Pipere, Macis, Zingib. cruditates curat.

Dolentes ex pedibus manibusúe, vel ex violento motu, vel alijs caussis fotu dolores sanat, maximè si recens fuerit.

Horminum satiuum I.

Ὄρμινον *Diosc.*

Horminum *Lob. Dod.*

Horminum verius.

Garten Scharlach.

Römischer Scharlach.

Semen cum vino potum Venerem stimulare fertur.

Horminum satiuum II.

Saluia Turcica seu transmarina *Ruell.*

Horminum maius seu odoratum *Mattiol.*

Scarlea *Aduers.*

Sclarea *Mattiol.*

Gallitricum *Officin.*

Türckische oder Römische Salbey.

Scharlach / Scharley.

Iunio & Iulio floret, maturo semine interit. Grauis est odoris.

Excalefacit, attenuat, discutit, aperit, resoluit, venenis resistit.

Medetur Epilepsiæ & suffocationi Matricis, Menses & Secundas ducit. Venerem ciet. Puluis naribus attractus sternutamenta ciet, Catarrhum tollit & Cerebrum purgat.

Semen Oculis immissum sordibus purgatis spontè facilè excidit & visum clarificat.

Quidam plebeij ad zythi hordeacei confectionem addunt, Lupuli penuriam explentes & potionem vegetiorem reddentes.

Hippoglossum.

Ἱππόγλωσσον, *Clus. P.*
Vuularia *Tabern.*
Laurus Alexandrina *Fuchs.*
Zapffenkraut.
Zäpfflinkraut.
Zungenblat.
Bauchblat.

In hortis viret ex collibus Pannoniæ Danubianæ allatum.

Gustu subamarum & acre, calidum & siccum. Vsus communis in Angina, Vuæ procidentia & faucium vlceribus.

Radix cum vino dulci partum difficilè facilem reddit.

Hyacinthus I.

Hyacinthus germanicus Liliflorus *Lob.*

Hyacinthus mas minor cœruleus *Fuchs.*

Hyacinthus stellaris *Cl. P.*

Bulbus syluestris *Lugdun.*

Blaw Mertzenblümle.

Blaw gestirnter Hyacinth.

Aprili floret.

Hyacinthus II.

Hyacinthus stellaris albo flore.

Hyacinthus albicans serotinus *Lobel.*

Narcissus candidus *Trag.*

Weis gestirnter Hyacinth.

Hyacinthus III.

Hyacinthus orientalis græcus *Lobel.*

Hyacinthus orientalis cœruleus 1. *Tabern.*

Blaw frembder Constantinopolitanischer Hyacinth.

Hyacinthus IV.

Hyacinthus orientalis albo flore.

Weisser frembder Hyacinth.

Rarior est & nisi instructioribus hortis notus. Maio floret.

Hyacin-

Hyacinthus V.

Hyacinthus orientalis maior *Dod.*

Hyacinthus maior polyanthos *Lobel.*

Fembder Hyacinth mit vielen blumen.

Hyacinthus VI.

Ὑάκινθος *Dioſc.*

Hyacinthus Dioſc. comoſus maior *Aduerſ.*

Hyacinthus racemoſus maior, *C. B.*

Hyacinth⁹ obſoleto flore.

Groſſer Hyacinth.

Breunling.

Maio floret, Iulio ſemen maturum.

Hyacinthus VII.

Hyacinthus botryoides vulgaris *Lobel.*

Hyacinthus Neotericorum 1. *Dodon.*

Hyacinthus comoſus minor *Dalech.*

Bulbine Plin. *Geſn.*

Getreubelter Hyacinth.

Blaw treublete Merzenblume.

Pruni odorem ſpirat.

Hyacinthus VIII.

Hyacinthus botryoides cœruleus amœnus *Lob.*

Hyacinthus botryoides cœruleus 1. ſeu maior *Cluſ. P.*

Violbraun trauben Hyacinth.

Albo flore etiam in horto D. Laur. Scholtzij obſeruaui.

Hyacinthus IX.

Hyacinthus Chalcedonicus muſcatus.

Bulbus vomitorius *Matthiol.*

Muſcari Turcarum.

Frembd trauben Hyacinth.

Hyacinthus X.

Hyacinthus Chalcedonius luteus *Tabern.*

Dipcadi flauum ſeu Muſcari Conſtantinopolitanum.

Geel Muſcat Hyacinth.

Hyacinthus XI.

Hyacinthus botryoides lacteus *Tabern.*

Tipcadi albis floribus *Lob.*

Weis trauben Hyacinth.

Maio floret.

Hyoſcyamus albus.

Τοσκύαμος λευκὸς *Dioſc.*

Hyoſcyamus candid⁹ *Dod.*

Iuſquiamus *Officin.*

Altercum *Arabib.*

Weis Bilſen.

Weis Bilſenkraut.

Mitior & tutior multò eſt nigro.

Aduersus omnes calidas defluxiones Oculorum aliarumq; partium inflammationes adhibetur.

Semen additur commodissimè medicamentis, quæ dolorum sensum auferunt, contra acutas calidasq; fluxiones, Aurium dolores atq; vuluæ mala.

Hyssopus vulgaris.

Ὕσσωπος *Diosc.* ἀπὸ τοῦ ὕειν ὀπωπὴν à madefaciendo faciem.

Hyssopus Arabum Mes. & Offic. *Aduers.*

Hyssopus hortensis *Fuchs.*

Eisop/ Isop.

Eisewig *Sil.*

Nota vulgo planta. Locum postulat apricum, non admodum pinguem & stercoratum. Semine & surculo plantatur.

Iulio & Augusto floret.

Amara est, odorata & tenuium partium. Pituitam facilè deijcit, nec non bilem atrum addito sale Gemmæ.

Facit ad pituitosos, tum Cerebri, tum neruorum affectus. Capitis enim pituitam expurgat. Pectus & Pulmones detergit, vnde Tussientibus, Asthmaticis: Peripneumonicis auxiliatur.

Additur Insessibus, Balneis, fomentis, Clysteribus ad Colicam & Vteri affectus præscriptis.

Hyssopus rubro flore.

Hyssopus Arabum flore rubro *Lobel.*

Eisop mit roten blumen.

Hyssopus albis floribus.

Eisop mit weissen blumen.

Iulio in meo hortulo flores ostendit.

Iasminum album.

GElseminum vulgatius *Lobel.*

Iasme albis floribus.

Iasmina viola alba.

Weisse VeilReben.

Facilè nascitur & ramulis in terram depressis & obrutis breui multiplicatur; attamen Hyemis impatiens.

Ab æstate in Autumni finem vsq; niueos flores odoris suauissimi promit, qui excalefaciunt & siccant ordine 2.

Pituitæ lentitiam senibus frigidis digerunt, Cruciatibusq; ex eadem caussa prouenientibus mirè prosunt.

Lentigines & Impetigines in facie abstergunt.

Iasminum luteum.

Iasme

Iasme luteis floribus.

Veil Reben mit geelen blumen.

Iulio floret in viretis.

Frigus facilius fert.

Intubus maior.

Σέρις, ἰνδίος Gal.

Σέρις ἥμερος Dioſc.

Σέρις πλατύφυλλος.

Intybum, Indiuium.

Intubum ſatiuum latifolium.

Seris ſeu Intybum ſatiuum latifolium *Lobel.*

Endiuia maior *Officin.*

Gros Endiuien.

Antifien.

Winter Salade.

Ex ſemine naſcitur, hyeme perit.

Herba, radix, ſemen Hepatis calidioribus affectibus vtiliſsima; Oſcula venarum eius extergit, obſtructiones aufert, Stomacho conuenientiſsima: mediocriter ſomnum inducit, Veneris appetentiam extinguit & ſemen genitale minuit.

Febres ex flaua bile ortas plurimùm iuuat. Iulio ſatus in hyemen reſtat, & in ſubterraneum locum repoſitus Niuis inſtar candidus redditur, amaritie amiſſa ad acetariorum vſum. Vulgo Alba Endiuia Winter Salade.

Intubus minor.

Σέρις στενόφυλλος.

Intybum anguſtifolium.

Seriola aut Endiuiola *Aduerſ.*

Klein Endiuien.

Garten Scariol.

Eiuſdem facultatis, nec diuerſa figura propter folia anguſtiora.

Intubus criſpa.

Endiuia criſpa.

Krauſe Endiuien.

Folia ampliora, rugoſa, in plicas contracta, criſpantia.

In hortis cultioribus.

Iris noſtrâs.

Iris noſtra vulgaris *Lob.*

Iris domeſtica flore cœruleo.

Blaw Lilgen.

Veilwurtz.

Schwertelwurtz *Sil.*

In hortis nota locis opacis & vmbroſis variat ſæpe colore.

Acris eſt radix & amara. Pituitam & ſeroſos ducit humores.

Succus cum ſpica & Syr. è Cich. c. Rhabarb. Hydropi-

cis propinatur, aquas mirum in modum per aluum trahens. Verùm ventriculo negotium facessit.

Iris Florentina.

Iris Illyrica *Cord.*
Iris Dioſc. *Guland.*
Iris *Theoph.*
Iris femina *Geſn.*
Iris odorata.
Iris cœrulea.
Violwurtz.
Velckenwurtz.
Florentiner Veilwurtz.
In viridarijs Maio floret.

Forma à vulgari parum differt, præterquam quòd radix ſolidior, candidior, & odoratior.

Sarcotica eſt, acris, amara, odorata.

Excalef. 2. & ſiccat ord. 3. incidit, abſtergit, aperit, trahit, concoquit, deijcit, mollit, reſoluit, expurgat.

Decoct. obſtructiones aperit. Renum calculos eijcit, Ictericos, & Hydropicos iuuat.

Contra tuſsim efficax.

Manſa oris halitum commendat. Dentium dolores mulcet: Hæmorrhoides fotu elicit.

Iris Dalmatica maior.

Iris Aſiatica cœrulea *Cl. P.*
Dalmatiſch Veilwurtz mit gantz blauen blumen.
In horto meo Iunio floret.

Iris obſoleti cœrulei coloris polyflora.

Bleichblaw Veilwurtz mit viel blumen.
Maio & Iunio floret.

Iris lutea.

Iris ſatiua floribus aureis *Matthiol.*
Veilwurtz mit gelben blumen.

Iris lutea oris rubellis.

Geel Veilwurtz mit geſcheckten blumen.
Geel Schwertel mit roten rãnden.

Iris Biflora B.

Iris vere & Autumno florens *C. B.*
Veilwurtz die zwier blühet.
In horto D. Laur. Scholtzij.

Iris pumila anguſtifolia.

Χαμαίιρις *Dod.*
Chamæ-Iris vel Iris humilis *Matt.*
Iris anguſtifolia minor *Cluſ. P.*
Klein ſchmalblettricht Himmelſchwertel.

Flos

Flos Maio apparet.

Radix vehementer calida & feruens.

Iris pumila latifolia.

Ἶρις ἀγρία μικρὰ πλατύφυλλος.

Chamæ-Iris latifolia.

Iris minor latifolia.

Klein breitbletterichtHimmelschwertel.

Maio floret & Iunio.

Excalefacit & extenuat.

Iris syluestris angustifolia.

Iris syluestris Byzantina peramœna *Lobel.*

Klein niedrig Himmelschwertel.

Caulis vix dodrantalis florem peramœnum gerit Maio.

Iris syluestris fœtida.

Ξίρις Dioſc.

Ἶρις ἀγρία Theoph.

Σπαθὶς ἀγρία.

Xyris et Iris agria Theoph. *Lobel.*

Spatula fœtida *Dod.*

Pedicularis.

Welsch Schwertel.

Leuſekörner.

Wandleuskraut.

Stephanskörner.

Iulio & Auguſto flores dat cœruleos, ſtellatos.

Tenuium eſt partium, Acris & fœtida.

Calefacit, ſiccat, attrahit, digerit, valenter abſtergit.

Radix trita & illita ex oleo phthiriaſi prodeſt, Prurigini, pſoris, malæ Scabiei, Papulis & Serpiginibus. Lentes & Pediculos enecat.

Aculeos & Spicula extrahit.

Succus lecto illitus Cimices abigit.

Semen & rad. Mures interficit.

Iſatis ſatiua.

Glaſtum ſatiuum *Lobel.*

S. Philippi herba.

Ἶσατις ἥμερος Dioſc.

Weid.

Valenter exiccat, nondum tamen mordet: Eſt quoque ſimul amara atque adſtringens. Folia illita omnia Oedemata & tubercula diſcutiunt, cruenta vulnera glutinant.

Lactuca lata.

Θρίδαξ ἥμερος Dioſc.

Lactuca ſat. Scariolæ folio *Lobel.*

Lactucke.

Salat *Sil.*

Lattich.

Schmaltz-

Schmaltzkraut.

Toto anno seritur ad vsum acetariorum, Olitoribus nota.

Humidum & frigidum est olus. Amaricat tamen nonnihil: ideò abstergendi facultate non vacat.

Aestuantem ventriculum refrigerat, à bile infestatum iuuat, sitim arcet, somnum conciliat, aluum emollit, Lac euocat mulieribus calidis & siccioribus.

Succum gignit humidum & frigidum, non tamen vitiosum.

Verùm frequens eius esus frigido ventriculo & oculis nocet.

Succus illitus capitis dolores ab æstu febricitantibus mulcet, genitalibus nocturnas pollutiones & seminis profluuium compescit.

Semen ardoribus vrinæ opitulatur & assiduis libidinum in somno imaginationibus.

Lactuca crispa.

Lactuca crispa non capitata, *Lobel.*

Lactuca Cœciliana, *Colum.*

Krauser Lattich.

Tota tenerior & olere gratior habetur. Olitoribus diligentioribus cognita.

Lactuca Intybacea.

Lactuca Romana.

Endivien Lattich.

Roman Salat.

A vulgari distat folio nigriore nec perinde scabro, semine nigro.

Tota tenella gustu dulcior, eaq; gratior, aptior ventri mouendo.

Lactuca capitata.

Lactuca sat. sessilis, seu capitata, *Lobel.*

Lactuca sessilis, *Plin.*

Lactuca satiua maior.

Köpffel Lattich.

Weisser Lattich.

Kropff Salad.

Rarior hæc & nisi instructioribus nobiliumque hortis nota.

Primæ in acetarijs commendationis.

Lactuca fusca.

Lactuca purpurei coloris.

Lactuca nigra, *Cæsalp.*

Schwartzer Salade.

Florentiner Salad/ *Hortul. Nonn.*

Minus palato sapit, vt prior.

Lactuca syluest. Herb.

Lactuca sylu. costa spinosa, *C. B.*

ſa, *C.B.* Seris domeſtica 2. *Aduerſ.*

Seriola Italis, ob ſpinulas acutas ſerræ modo.

Scariola Officin.

Θρίδαξ ἀγρία, *Dioſc.*

Wilder Lattich.

Wilder Saladt.

Scariol.

Flores, ſemen & tota facies Lactucæ, valde amara eſt, & cum humido ſit paulò tenuiore, & minus excrementoſo, melius reſerat & abſtergit.

Menſes trahit. Ad Iecinoris inflammationes, & morbum regium commodè vſurpatur, calorem ſiquidem temperat, & meatus expurgandos aperit.

Semen in officinis paſsim pro Scariolæ ſemine proſtat.

Lagopus ſanguineus.

Lagopus coma ſanguinea.

Roter Blutklee.

Adſtrictoriæ eſt facultatis. Ad ſanguinis profluuia immodica, & Dyſenteriam vtilis.

Lapathum domeſticum.

Hippolapathum ſ. Rha Monachor. *Dod.*

Lapathum hortenſe.

Rhabarbarum *Monachor. Franciſcanorum.*

Patientia, *Nonn.*

Ἱππολάπαθον, *Dioſc.*

Münch Rhebarbara.

Rhebarbaren wurtz/*Sil.*

Frequenter in hortis ſeritur, & ſponte ſemine ſe propagat.

Radix lutea eſt, amara guſtu, & facultate deiectoria, Rhabarbarum imitatur.

Vſus haud contemnendi.

Aperit, prouocat, digerit, mundat, abſtergit, nonnihil adſtringit.

Bilem flauam, & ſeroſos humores educit, proinde Ictero, febribus bilioſis & ſcabie affectis vtiliſsima.

Folia tenera in oleribus eduntur ad emolliendam aluum.

Lapathum domeſt. rotundifolium.

Lapathum rotundum, Aliquibus Rhabarbarum, *Geſn.*

Hippolapathum rotundifolium.

Pſeudo-Ra Recentiorum, *Lobel.*

Falſch Rhebarbaren mit ronden blettern.

Lapathum ſanguineum.

Ἐρυθρολάπαθον.

Lapathum rubens ſeu nigrum,

grum, *Dodon.*

Sanguis Draconis.

Drachen Blut.

Blutkraut.

Adstrictoria vi pollet. Additur Clysteribus in Dysenteria.

Semen menses immodicè fluentes cohibet.

Lathyris.

Λάθυρις, *Dioscor.*

Cataputia minor, *Officin.*

Treibkörner.

Springkraut / *Sil.*

Flores æstate pusillos & semen Augusto & Septembri ædit.

Semen calidæ est & siccæ naturæ, extenuat, menstrua & vrinam ciet.

Grana 7. aut 8. deuorata aluum purgant, Bilem, pituitam, & mixtos humores trahunt, vomitum prouocant. Paganorum, qui Philtra aut alia veneficia deuorarunt, medicina: verùm Ventriculum valde lædit & corpus debilitat.

Lauandula maior.

Lauandula, *Dod.*

Pseudonardus, *Lobel.*

Nardus Italica, *Mattiol.*

Spica alba, *Tabern.*

Garten Spick.

Spicanard.

Iunio & Iulio flores exeũt.

Calef. sicc. ord. 2. Aperit, attenuat, resoluit, concoquit. Tenuium est partium, ex multis aëreis, spirituosis partibus constans.

Valet contra Vertiginem capitis, Spasmum, veternũ, tremorem, stuporem & resolutionem Artuum.

Flores ex vino ventriculum roborant, Ictericis ex Iecoris infarctu auxiliantur. Stranguriæ & difficultati vrinæ prosunt: Vterum calefaciunt, Menses & secundas educunt.

Lauandula minor.

Lauandula femina.

Spica lauandula, *Lob.*

Pseudonardus fem. s. Lauendula, *Matt.*

Lauendel.

Lafander.

Flores Cardiacæ medentur, flatus discutiunt, affectibus Matricis ad suffocationem & ascensum ex vaporibus putridis cùm potu tùm insessu auxiliantur.

Laurus.

Δάφνη, *Dioscor.*

Lorberbaum.

Lorbaum.

In va-

In vasculis asseruatur, sed rarò fructum fert.

Folia in Balneis aut insessu vteri ac vesicæ vitijs conueniunt.

Baccæ calefac. & siccant vehementer, emolliunt, digerunt, subtiliant, ventriculum frigidum calefaciunt, concoctionem iuuant, crassum phlegma extenuant & Colicæ medentur.

Laurus Alexandrina, vid. Hippoglossa.
— rosea. v. Oleander purp. fl.

Lens.

Φακὸς, *Dioscor.*

Linsen.

Calidiore solo & sudo siccoq; cœlo proseri gaudet.

In caliditate & humiditate medium tenet, desiccat tamen ord. 2. valenter quoque adstringit, ventrẽ sistit.

Leon stolonor v. Anthirrinz maius

Decoctum verò prouocat, inflat, lenit, glutinat, extinguit, purgat, discutit.

Lepidium Pauli.

An λεπίδιον, *Diosc.*

Lepidium maius, *Cord.*

Raphanus sylu. *Offic. Nonn.*

Ingwer kraut.

Senffkraut.

Pfefferkraut.

Römische kresse.

Roßkresse.

Vere folia erumpunt. Iunio & Iulio floret.

Calef. & siccat vehementer, cutem exulcerat & vesiculas excitat, vtpote feruida & acuta gustu.

Leucanthemis odor. v. Chamamel.

Vsus eius in acetarijs.

Leucoium luteum.

Viola lutea petræa, *Tab.*

Leucoium aureum, *Matt.*

Keyri, Officin.

Λευκοῖον, μήλινον, *Diosc.*

Geele Veilichen.

Gelbe Negel Veilen.

Passim in hortis & fictilibus vulgatissimæ cognitionis. Aprili, Maio & Autumno floret.

Flores amari sunt, calidi, & sicci. Aperiunt, extenuant, menstrua & vrinam cient.

Ex vino Ictericos iuuant vitijs Hepatis & Renum apprimè vtiles.

Aqua maculas faciei delet.

Leucoium luteum duplici flore.

Keyri duplicato flore.

Viola muraria multiplex.

Doppel geel Veilen.

Gefülte geel Veilen.

Rarius occurrit.

Leucoium album.

Leucoium candidum maius, *Dodon.*

Viola candida, *Trag.*

Weisse Violen.
Welsch weisse Veilichen.

Voluptatis potius quàm vtilitatis causa seritur. Extergendi facultate donatur, ac tenuium partium.

Succus purgat oculos & maculas discutit.

Leucoium rubrum.

Leucoium purpureũ, *Matt.*
Viola purpurea, *Trag.*
Rote veilichen.
Leibfarbene Violaten.

Leucoium violaceum.

Leucoium purpuro-cœruleum.
Veilbraun Veilichen.
Welsche Veilichen.

Leucoium cinereum.

Viola cinerei coloris.
Aschfarb Veilen.
Welsch Violaten.

Leuisticum.

Liguſticum, *Trag.* à Liguriæ montibus, in quibus nascitur.

Σίλφιον, *Theoph.*
λιγύστικον, *Dioscor.*

Leuisticum seu Laserpitiũ germanicum, *Aduers.*

Hipposelinum Dioſc. vulgo Leuisticum *Matt.*
Liebstöckel.
Badekraut.

Nullum solum respuit; amat tamẽ vmbrosum magis.

Radix pulu. & instar condimenti in cibo sumta, ventriculo frigido vtilis, concoctionem iuuat, omnesq; superfluas humiditates exiccat, doloresq; internos soluit.

Semen & Radix puerperas optimè purgant.

Ex vino pota, venena expellunt, vrinas & menstrua eliciunt.

Folia in Balneis sudores mouent, cutis fœditates tollunt & menstrua prouocant.

Tussi pecorum medetur herba recens, pabulo commixta.

Libanotis cachryfera.

Λιβανωτὶς, 2. *Dioſc.* & *Gal.* παρὰ τὸ ὄζειν λίβανον, quia thus redolet.

Λιβανωτὶς καχρυφόρος.
Libanotis 3. *Dodon.*

Cachrys verior Libanotis Gal. *Lob.*

Rosmarinum ferulaceum.
Rosmarinkraut.
Weirauchskraut.

Ex semine, sed difficilè nascitur.

Rãdix odorata est, thus redolens, calefacit & siccat.

Liguſtrum.

Κίγυστρος,

Κύπρος, Dioſc. *Lobel.*
Phyllirea, *Dodon.*
Cyprus, *Matthiol.*
Beinhöltzlin.
Schulweiden.
Reinweiden.
Rerngertten.
Geißholtz.

Folia miſtæ ſunt temperaturæ, commanducata oris vlceribus, & puerorum aphthis medentur.

Acini contra Phthiriaſin & gallinarum pituitam proſunt.

Aqua florum inflammationibus vtilis.

Lilium album.

Lilium candidum, *Aduerſ.*
Roſa Iunonis.
Κρίνον κοὶ λείριον, *Dioſc.*
Weiſſe Lilgen oder Gilgen.

Solum deſiderat pingue non omninò apricum.

Iulio flores niueos elegantes explicat, Auguſto folia exeunt, tota hyeme virentia.

Vniuerſa planta muccagineo turget ſucco. Radix foliaq; deſiccant, abſtergunt & digerunt moderatè.

Radix inaſſata & ex Roſac. trita igni ambuſta ſanat, vuluam emollit, Menſes ciet, vlcera cicatrice obducit.

Folia recentia ignibus ſacris, ambuſtis & alijs puſtulis opitulantur.

In puerperis papillarum fiſſuras ſanant recenter impoſita.

Flores miſtæ ſunt facultatis. Conſtant enim partim ex tenui, partim ex terrena eſſentia, partim ex aquea, eaq; temperata. Lieni, ruptis & conuulſis proſunt.

Croceis ſtaminibus cum ſaccharo & aqua Cinam. Mulierculæ delicatæ ad partum accelerandum vtuntur.

Succus folior. Melle & aceto mixtus in æneo vaſe coctus, veteribus & recentibus vlceribus vtile eſt medicamentum.

Lilium rubens.

Κρίνον ἐρυθρὸν.

Lilium cruentum ſec. caulem bulbulis donatum *Cluſ.*
Lilium-rubens ſeu croceum.
Martagon Chymiſtarum.
Goldgilgen.
Goldgelbe Lilgen.
Rote Lilgen.

Foret paulò ante candidum Lilium.

Emollit & maturat abſceſſus.

Lilium rubens ſummo alis diuiſo caule.

Lilium cruentum polyanthes.

Goldgilgen mit vielen blumen.

Lilium miniatum.

Ἡμερόκαλλις, ab vnius diei pulchritudine.

Lilium aureum.

Hemerocallis *Dioſc.*

Pomerantzfarbe Lilgen.

In viridario Dom. Laur. Scholtzij.

Lilium Perſicum luteum.

Lilium ſ. Corona imperialis flore luteo.

Lilium Perſicum 1. ſeu Tuſai *Cluſ. P.*

Corona Imperialis *Dod. F.*

Königslilien.

Königskron.

Radix crocea grauem odorem vibrat. Flos Maio exhilarat, nouus & veteribus incognitus.

Lilium Perſicum rubrum.

Tuſai ſ. Lilium Perſicum 2. *Cluſ. P.*

Rötlichte Königslilien.

Nunc in hortis noſtris coli incepit.

Lilium non bulboſum luteum.

Liliaſphodelus *Cluſ. P.*

Liliasphodelus luteus liliflorus *Lob.*

Liliago vel Liliaſtrum.

Aſphodelus luteus Liliflorus *Aduerſ.*

Geel Lilien.

Geel Affodill lilien.

In hortis elegantiæ cauſa.

Lilium non bulboſum phœnicium.

Lilium non bulboſum purpur. *Dod.*

Liriasphodelus phœnicius *Lob.*

Aſphodelus Liliaceus rubens 2. *Tab.*

Lilium Ephemerum.

Braunlilgen.

Feuerlilgen.

Sterbende Lilgen *Sil.*

Rot Affodill lilien.

Flos matutino tempore dehiſcens obſoletè rubeus, veſperi dein mox marceſcit & perit.

Linaria Beluidere.

Linaria Italica.

Ὄρυξις Græc. *Dod.*

Ἄξυξις *Anguill.*

Scoparia *Aduerſ.*

Scopæ Paduanæ.

Welſch

Welsch Harnkraut.
Studentenkraut.

Exotica est, & in hortis ac fictilibus æstate viret, & viget.

Amara est & obstructiones expedit.

Abstergit scabiem & Cutis sordes, quibus studiosi frequenter infestantur ob aëris & victus mutationem.

Linaria lutea Austriaca minutissimis floſculis.

Linaria peculiaris lutea *Aichholtij.*

Linum sylu. Pannonicum 3. *Tabern.*

Vngrisch Harnkraut.

Harnkraut mit geelen blumen.

Aestate floſculi emicant aurei.

Linaria cærulea.

Osyris purpurocærulea repens *Lob.*

Linaria Pannonica 2. *Cluſ. P.*

Linaria minor *Dalech.*

Blaw Harnkraut.

Blaw Flachskraut.

Linum ſatiuum.

Linum germanicum *Tr.*

Λίνον *Dioſc.*

Flachs.

Lein.

Duplex hoc. *Aliud Satiuum domeſticum.*

Auslauffender Flachs.

Leuffer Flachs. *Aliud Satiuum ſylueſtre*, Wilder Flachs/ Dreſcher Flachs/ aus welchem der Same nicht leiffet.

Huius generis est linum, cuius semen ex Belgio affertur, vulgò Seeflachs.

Duplo maius est vulgari.

Seritur in campis Solo probè attrito Maio, Iunio, Iulio floret, vbi maturitatem adeptum fuerit, euellitur ad Telarum vsum: vnde magnum commodum & lucrum Incolis cedit.

Semen excalefac. 1. ord. in siccitate & humiditate quodammodo medium. Emollit, resoluit, concoquit, abstergit, maturat.

Esum flatulentum est, vtpote excrementitiâ humiditate plenum. Stomacho & concoctioni repugnat, tenuiter Corpus alit.

Farina cum melle delincta Pectoris vitia extrahit, tussim lenit, & lateris dolores mitigat.

Vtile in deſessionibus ad vuluæ inflammationem & interaneorum erosionem.

Fotu

Fotu Pleuriticos, Nephriticos & Dyſentericos iuuat.

Oleo expreſſo vulgus loco butyri tempore. Quadrageſimali vtitur incibis.

Cochlear vnum per ſe, vel in brodio hauſtum, remedium in Colica efficax plebeium.

Aqua florum exhibetur ad variolarum & morbillorum expulſionem.

Lithoſpermon maximum.

Lithoſpermon arundinaceum *Lugdun.*

Lithoſpermon Plinianum maius *Aduerſ.*

Arũdo Lithoſpermos *Geſn.*

Lachryma Hiobi ſeu Chriſti *Dod.*

Groſſer Steinhirſe.

Candiſcher Steinhirſe.

Ad calculum commendatur ſemen.

Lotus odorata.

Lotus hortorũ odora, *Lob.*

Trifolium odoratum 2. *Dodon.*

Lotus ſylu. *Anguil.*

Τρίφυλλον πεπόδιον.

an λῶτος ἥμερος *Dioſc.*

Siebengezeit.

Nardes *Sil.*

Stundkraut.

Wolriechender Klee.

Floret Iulio & Auguſto: ſolum amat mediocre. Calefacit; digerit leuiter, & & nonnihil abſtergit. Summitates ex vino pleureſi, ſtranguriæ medentur & vrinas prouocant.

Reponitur arida veſtimentis, ne à tineis arrodantur.

Septies in die odorem mutare vulgus credit, quamdiu in hortis creuerit, decerptum autem perpetuo retinere, ſed imminente tempeſtate pluuioſa vehementiorem eſſe.

Lotus tetragonolobus flore ruberrimo.

Trifolium ſiliquoſum rubrum.

Sandalida Cretica *Italis.*

Roter Sametklee.

Bis floret, Iunio & Autumno.

Lunaria græca Recent.

Lunaria rotunda *Geſner.*

Viola latifolia *Dod.*

Bulbonac *Aduerſ.*

Monveil.

Silberblumen.

Flittern.

Maio & Iunio floret.

Calido, acri & amaro eſt guſtu, præſertim ſemen.

Tritum

Tritum cum aq. appropriatis exhibetur Epilepticis.

Lunaria aspera.

Ἄγριδιον.

Ἄλυσσον *Dioſc.* ab ἀλύσσειν quia aduerſus rabiem canum defendit, ſeu, quòd ſingultus ſedet ac tollat.

Septembri folliculos oſtentat, flosculis luteis pereuntibus.

Pota ſingultus ſine febre diſcutit: idem efficere creditur, ſi quis eam teneat aut odoretur.

Domibus appenſa ſalutaris cenſetur & hominibus & animalibus faſcini amuletum ſuperſtitioſum.

Lupinus ſatiuus albus.

Θέρμος ἥμερος *Dioſc.*

Lupinus ſat. *Aduerſ.*

Faba lupina.

Weiſſe Feigbonen.

Wolffsbonen.

Inſigniter amarus eſt, medij ſaporis inter Cicer & Abſynthium. Excal. ſicc. abſtergit, aperit, digerit, reſoluit.

Decoct. ſeminis Iecur & lienem expurgat. Lumbricos interficit.

In aq. pluuiali dec. donec in cremorem lenteſcat, faciem abſtergit, ſcabiem & liuores tollit.

Cum aceto Strumas & tubercula diſsipat, ac carbunculos rumpit.

Lupinus luteus.

Θέρμος ἄγριος *Dioſc.*

Lupinus Hiſpanicus *Matt.*

Lupinus luteo flore *Aduerſ.*

Lupinus ſylu. luteus *Dod.*

Spaniſche gelbe Veilaten *Sil.*

Studenten Veilichen.

Gelbe Feigbonen.

Odoris & coronarum gratia ſeritur.

Semen aduerſus viperæ morſum valet.

Lupinus flore cæruleo.

Lupinus Hiſpanicus flore cæruleo.

Blaw Feigbonen.

Flores ei ſunt eleganter cærulei.

Lupulus mas.

Ῥέδον, βρυωνία.

Lupus ſalictarius ſat. *Lob.*

Humulus.

Hopffe.

In hortis & campis cultu lætior euadit maioribus capitulis & ſemine copioſiore.

Capitula Auguſto & Septembri colliguntur & co-

guntur in saccos ad Beræ confectionem.

Cacumina seu surculi, qui primùm è terra Aprili erumpunt, decerpuntur grati acetarijs.

Lupulus calidæ & siccæ naturæ, Caput tentat.

Lychnis coronaria rubra.

Lychnis coronaria *Dod.*
Λύχνις στεφανωματικὴ, *Dioſc.*
Διὸς ἄνθος.
Rosa mariana *Tr.*
Lucernula.
Iouis flos *Geſn.*
Veilrosen *Sil.*
Sammetröslin.
Rote Marienröslein.

Iunio, Iulio, & Auguſto florum exortus. Bilem per aluum trahit, vulnera recentia glutinat.

Radicum ſuccus attractus Naribus ſternutamenta ciet; Cerebrumque efficaciter purgat.

Lychnis coronaria alba flore.

Lychnis candida.
Rosa Mariana ſat. 2.
Weiſſe Veiloſen.
Weiſſe Margenröslin.

Lychnis alba maculis rubris aſperſa.

Eingeſprengte Veilroſen.

Lychnis ſubpurpureo flore.

Bleich rote Veilroſen.

Lychnis peregrina miniata.

Lychnis Chalcedonica ſ. Conſtantinopolitana miniata *Lob.*

Flos Conſtantinopolitanus *Dodon.*

Ocymoides peregrinum *Geſn.*
Πόθος *Theoph.*
Türckiſche Negelin.
Jeruſalemblümlin.
Spornblumen.
Vngriſche Röslin/ *Sil.*
Zinober Röslin.

Florum elegantia hortos exornat, ſed inodora & vſus neglecti.

Lychnis viſcoſa ſat.

Muſcipula ſeu Armoraria 2. *Aduerſ.*
Seſamoides magnum Salmantium *Cluſ.*
Kleber Negelin.

Magiſtrantia.

IMperatoria *Tab.*
Aſtrantia *Dod. F.*
Oſtrutium *Lob.*

Laſer-

Laserpitium Germanicum *Fuchs.*

Meisterwurtz.

Magistrentz.

Iunio vmbellam floribus onustam gerit.

Radix frigoris patiens multo tempore viuit, serpendo progrediens.

Excalefac. & sicc. 3. recessu. Incidit, trahit, aperit, attenuat, prouocat, resoluit, venena dissipat.

Præstat ferè ad omnia venena & omnes venenosarum ferarum morsus atq; ictus.

Asthmaticos, anhelosos iuuat; Hydropicos ac lienosos curat. Ventriculi, & Intestinor. flatus mirè discutit. Vnde coli cruciatibus & Ventriculi torminibus vtilis: Menses ciet atq; vrinas; Vtero præfocatas reficit. Concretum lac & sanguinem dissoluit, febrium rigores discutit & Quartanas curat. Mansa è capite pituitam elicit. Oris halitum emendat. In summa Zedoariæ facultatibus similis.

Herba vulnera glutinat, & rabidi canis morsus, nec non carbunculos cum polenta trita & imposita sanat.

Magistrantia nigra.

Imperatoria nigra *Tab.*

Astrantia nigra *Aduers.*

Sanicula fem. *Fuchs.*

Σπονδύλιον, ἀπὸ τῆς σπονδύλων.

Veratrum nigrum 2. *Cl. P.*

Ostrutium.

Schwartze Meisterwurtz.

Schwartzer Sanickel.

Siccat & adstringit, simul tamen aluum laxat instar Myrobalanorum.

Educit leuiter bilem atram potionibus addita.

Maiorana vulgatior.

Ἀμάρακος *Gal.* παρὰ τὸ μὴ μαραίνεσθαι. Perpetuò enim viret.

Σάμψυχον *Dioscor.* ἀπὸ τοῦ σαίνειν τὴν ψυχήν, à demulcendo animum, quia suauitate odoris reficit ac recreat animum.

Maioran.

Meiron.

Culinis nota herba.

Tota est odorata, tam in cibis, quàm Medicamentis vsus non contemnendi.

Tenuium partium, ac digerentis facultatis. Desic. calefacit, digerit, attenuat aperit, roborat.

Omnibus capitis & Neruorum frigidis affectibus mirè vtilis. Valet ad Pectoris & Stomachi vitia. Iecinorosis & Lienolis salubris. Vteri

flatus resoluit. Menstrua prouocat. Suggillata delet; luxatisq; tumoribus imponitur. Succus caput purgat naribus infusus, cerebrum roborat.

Lethargicos & Comitiales iuuat.

Maiorana perennis.

Amaracus sempervirens.
Maiorana fruteſcens.
Gepfropffter Maioran.
Winter Meyran.

Surculo plantatur vt Rosmarinus. In fictilibus aliſquot annis perdurat.

Maiorana tenuifolia.

Amaracus 3. ſ. tenuifolia, *Tabern.*

Maiorana gentilis & minuta, *Aduerſ.*
Ἀμάρακος λεπτόφυλλος.
Edler Maioran.
Zarter Maioran.

Fragrantior eſt & in olere aptior. Seritur Maio.

Malua hortenſis I.

Malua criſpa, *Dod.*
Malua cruſtatis oris, *Lob.*
Malua ſatiua laciniosa, *Cord.*
Krauſe Pappeln.
Frawen Stab.
Römiſcher Widerthon/ *Sil.*

In hortis inter olera luxuriat, ex ſemine deciduo quotannis repullulans.

Plus habet aqueæ humiditatis quàm agreſtis: vnde magis emollit: guſtu tota dulcis, lubrica & glutinoſa.

Eſui aptior, quàm ſylu. facilè ſubit ventriculum, veſicam, Thoracẽ, Renes iuuat, Raucedinem lenit.

Succus cum farina hordeacea calidis, Hepatis, Lienis & Matricis tumoribus imponitur.

Pabulo pecori miſcetur aduerſus veneficia.

Malua hortenſis II.

Malua arboreſcens.
Malua arborea ſylu. *Aduerſ.*
Δενδρομαλάχη, *Theoph.*
Baum pappeln.

Perſicam arborem æquat altitudine & craſsitie ſtipitis. Flores purpurei: ſemen Maluæ.

Ad quadriennium in hortis reſtat, priuſquam emoriatur, facilè tamen à frigore læditur.

Malua hortenſis III.

Malua roſea fruticoſa, *Aduerſ.*
Malua maior vnicaulis.
Ἀνα δενδρομαλάχη, *Gal.*
Μαλάχη κηπευτὴ.

Stena

Stengel Rosen.
Pompel Rosen, *Vulgò.*
Rosen pappel.
Breun Rosen.

Reperitur flore simplici, vt plurimum rubro colore, puniceo, dilutè purpureo, candido, aut vtrisq; confusis coloratur. Calidæ sunt & humidæ naturæ.

Rubentes ex vino rubro decocti, Menses mulierũ nimium fluentes sistunt.

Ex aqua add. DiaMoro faucium inflammationibus collutu prosunt.

In vino veteri ablutione porrigines sanant.

Malua hortensis IV.

Malua hortensis rosea multiplex.

Malua Romana floribus multiplicibus.

Volle
Weisse
Rote
Leibfarbene
Schwartze
Braune
} Stengel Rosen.

Gefülte Winter Rosen.

Hæc vt simplex colore variat.

Ad inflammationes tam internas quàm externas, Anginam, Sacros Ignes, alios- que tumores non contemnendi vsus.

Malua hortensis V.

Μαλάχη ἀγρία, Theoph. *Lugdun.*

Ἀλθαία, *Dioscor.* παρὰ τὸ ἀλθαίνειν, à medendo.

Ἀειςάλθαια.

Ἔβισκος, *Gal.*

Ebisch.
Ibisch.
Buffwurtz.

Humido pinguiq; nascitur solo. Floret Iulio & Augusto, Autumno & Vere radices colliguntur.

Calefacit, siccat, emollit, laxat, mitigat, concoquit.

Radix decocta pectoris vitijs, Alui profluuio, Menstruis immodicè fluentibus, Vrinæ difficultati, Calculosis, Dysenteriæ, Ischiadicis, tremulis & ruptis auxiliatur.

Ad strumas, abscessus, inflammationes, contusiones, neruorum distensiones, rupta, conuulsa, vesparum, Apum ictus efficax.

Semen valet ad Dysenteriam, sanguinis reiectionem, Phthisin & alui fluores.

Folia fomentis & cataplasmatis, ad lateris, calculi, Ventris, Vesicæq; dolores ac cruciatus vtiliter adduntur.

Muccago radicum oleis, vnguentis, emplastris laxantibus & dolorem sedantibus admiscetur.

Malua hortensis VI.

Althæa luteis floribus, *Lob.*
Althæa Ibiscus, *Aduers.*
Abutilon Gesn. *Dod.*
Welscher Eibisch.
Samet Pappeln.
Sub finem æstatis floret.
Glutinosa & vulneraria est.

Malua hortensis VII.

Althæa palustris, *Tabern.*
Althæa paluſt. Cytini flore, Aristolochiæ vtriculis, *Aduers.*
Σίδη, *Theoph.*
Wasser Eibisch.
Flos illi purpureus saturior Maluæ satiuæ. Autumno floret.

Malua hortensis VIII.

Alcea vesicaria, *Dod.*
Alcea Veneta, *Mattiol.*
Alcea peregrina sollequia, *Aduers.*
Κράκκον, Dioſc. *Mattiol.*
Römischer Fellrys.
Wetter Röslin.
Iulio flores Maluaceis similes subalbidi: semen autumno nigellæ ferè.
Emollientis est facultatis. Ad Maluæ videtur temperiem accedere.

Malus domestica.

Μηλέα ἥμερος.
Zamer Apffelbaum.
Prædijs & hortis perquam familiaris & nota, cuiuslibet cœli admodum patiens.
Folia omnis Mali adstringunt, cum refrigerandi facultate.
Recentia tusa, imposita inflammationibus incipientibus prosunt.

Malus humilis.

Χαμαιμηλέα.
Johannis Apffelbaum.
Fruticis modo adolescit, & sua natura fert poma præcocia mediocriter dulcia, colore admodum dilutè flaua.

Mala acida.

Ὀξύμηλα.
Seurlinge.
Saueröpffel.
Frigida sunt & tenuium partium. Alimentum parcius submiſtrant, idq; crudum & frigidum, ventrem inhibent, vrinam pellunt, humores incidunt & tenuãt.

Mala dulcia.

Μελίμηλα, *Dioſc.*

Γλυκύ-

Γλυκύμηλα.
Mala muſtea.
Süſſe öpffel.
Honig öpffel.

Mediæ ſunt temperaturæ, minus humida & frigida. Ventrem emolliunt, minus facilè deſcendunt per aluũ. Præſtant ad Melancholicos affectus & pleuriticos.

Mala vinoſa.

Οἰνόμηλα.
Weinſaure öpffel.
Weinlinge.

Caleſac. nonnihil & refrigerant, ventriculum recreant: ſaporis grati, febricitantibus vtilia.

Ex his parantur Electuaria non aliter atque è Cydonijs præſtantiſſima, palato grata, in febribus haud contemnendi vſus.

Mala acido-dulcia.

Ὀξυμελίμηλα.
Mala Borſdorfiana.
Mala Miſnenſia.
Borßdorffer öpffel/Meißniſche öpffel.

Saporis ſunt gratiſsimi, ſtomacho vtilia, minimè flatulenta.

Eliguntur præ cæteris ad Syrupi de pomis & confect. Alchermes compoſitionem.

Mala Auguſtea.

Mala præcocia dulcia.
Augſt öpffel.
Früe öpffel.
Magdalenen öpffel.

Mala Epiſcopia.

Biſchoffs öpffel.

Mala Annæbergica.

Anneberger.
Herren öpffel.

Mala Cydoniata.

Mala Appiana.
Quitten öpffel.
Bitten öpffel.

His color, odor magnitudoque Cydoniorum.

Mala roſea.

Πλατύμηλα.
Roſen öpffel.

Mala parelia.

Parles öpffel.

Acida ſunt & grati ſaporis.

Mala Carbonaria.

Kol öpffel.

Mala anguloſa.

Zapffen öpffel.

Mala Duracina.

Läger öpffel.
Harte öpffel.

Mala

Mala rubentia.

Strimlingeöpffel.

In ſumma innumerabilis eſt pomorum varietas, vt ſuperiorem ætatē noſtra vincat. Nam inſitio & inoculatio plura genera peperit.

Malus punica.

Malus granata.
Granat öpffelbaum.
In viridarijs florem oſtendit nullo ſequente fructu.
Folia hyeme amittit.

Mala punica.

Ποιὰ.
Granatöpffel.
Margrandenöpffel.
Mala punica { acida, auſtera, ſuauia.

Acida manifeſtè refrigerant, reſiccant, adſtringunt, nauſeam ventriculi corrigunt, appetentiam excitant. Æſtuanti ſtomacho auxiliantur. Choleram morbum reprimunt.

Succus ad oris vlcera vtilis cum melle.

Malicorium, Σίδιον, Pſidium Granatſchalen.

Spiſſat, adſtringit, ſanguinolenta glutinat, humida gingiuarum vitia corrigit, mobilesq; dentes firmat.

Marrubium Creticum.

Marrubium Creticum anguſtiore folio, odore gratiore, *Aduerſ.*
Cretiſcher Andorn.
Candidius eſt & odoratius, folijſque quandoq; anguſtioribus & minoribus.
In horto Domini Heintij pharmacopolæ Suidnicenſis.
Valentius omnia perficit quàm ſylueſtre.

Medica cærulea.

Medica ſatiua Lugdun. *Dodon.*
Fœnum Burgundiacum, *Aduerſ.*
Μηδικὴ, *Dioſc.*
Burgundiſch hew.
Blaw ſchnecken klee.
Refrigerandi vim habet.

Medica cochleata.

Trifolium cochleatum 3. *Dodon.*
Medica Anglica, *Tabern.*
Schneckenklee.
Iulio floret.

Medica Arabica.

Frembd Schneckenklee.
Ex ſemine in horto meo enata.

Melilotus Italica vera.

Melilo-

Melilotus Cretica, *Nonn.*
Melilotus nobilis.
Trifolium fruteſcens.
Trifolium Italicum folliculis rotundis, C. B.
Welſcher Steinklee.
Schöner gelber Honigklee.

Seritur in hortis & quotannis ex ſemine renaſci opus habet.

Calefac. ſicc. digerit, concoquit, nec adſtrictione prorſus caret.

Commodè in vſum medicum recipiuntur flores, qui colorem & odorem Mellis diutiſsimè retinent.

Colliguntur Iulio & Auguſto.

Melilotus Italica vulgaris.

Melilotus Italica & Patauina, *Lobel.*
Trifolium corniculatum 2. *Dodon.*
Melilotus maior.
Ander Welſcher Steinklee.

Eiuſdem cum germanica facultatis.

Meliſſa vera.

Μελισσόφυλλον καὶ
Μελίφυλλον Dioſc. *Geſn.*
Meliſſa, *Officin.*
Apiaſtrum, *Lobel.*
Citrago, Citraria.
Bienkraut/ *Sil.*
Mutterkraut.
Meliſſen kraut.
Hertzkraut.

Herba vulgo nota, apibus grata.

Radix reſtibilis, primo vere noua folia atque inde cauliculos promit.

Tota citrium redolet. Calida & ſicca 2. gradu, diſcutit, ſanat, glutinat.

Animum & Cor exhilarat, vitaleſque ſpiritus roborat. Humenti ac frigido ventriculo auxiliatur, concoctionem adiuuat. Cerebri obſtructiones reſerat, Prodeſt Melancholicis, ab atra bile vexatis, Dyſentericis, Cœliacis, Orthopnoicis, Lienibus & vlceribus Thoracis. Pota, illita contra ſerpentum & canis rabidi morſum, Aranearumq; ictum prodeſt, Cum nitro fungorum ſtrangulationibus. Folia trita manibus, eas ab apum ictu præſeruant.

Meliſſa Moldauica.

Meliſſa Turcica.
Citrago Turcica.
Türckiſch Meliſſenkraut.

Facilè ex ſemine naſcitur cœruleo & niueo flore.

Tota Meliſſæ odorē adeò

imitatur, imò & ſuperat, vt penè præ nimia fragrantia faſtidium faciat.

Melo vulgatior.

Μελοπέπων, Dioſc. *Lobel.*

Melon-cucumis veterum, *Cord.*

Pepum, *Mattiol.*

Melonen.

Melaunen.

Pfeben.

Solum amat lætum & apricum, Soli expoſitum.

Carnem habet duriorem, magis firmam & ſolidam quàm Pepones.

Refrigerat, humectat, vrinas ciet: verùm frequens eius vſus in corpore vitioſum gignit ſuccum, vnde febres naſcuntur.

Semen ab officinis habetur inter quatuor maiora vocata primæ commendationis, & frequentioris vſus: mitigat ardores & Renum dolores.

Melo Saccharinus.

Melo ſuccharatus *Lob.*

Zucker Melonen.

Sin cœlum fuerit pluuioſum, ad maturitatem non perueniunt fructus.

Artis inuentum.

Semen priuſquam ſeritur, ſaccharo, aut aquâ ſaccharata irrigatur.

Mentha criſpa.

Mentha vulgata ſeu fuſca ſacra aduerſ. 2. *Dod.*

Mentha ſimplex *Offic.*

ἡδύοσμος *Dioſc.*

Μίνθη Græc. ἀπὸ τῆς μίνθης, à ſtercoris fœtore, per ἀπόφασιν q. minimè fœtida.

Siſymbrium hortenſe.

GartenMünʒe.

KrauſeMünʒe.

Krauſer Balſam.

Auguſto floret. Omnibus farè hortis nota.

Tenuium eſt partium. Excalefacit & exiccat in fine 2. ordinis.

Attenuat, digerit, reſoluit, aperit, incidit, prouocat.

Flatus & lumbricos pellit, vomitum compeſcit. Cœliacis & ventriculi Vteriſque doloribus à flatu prouenientibus competit.

Mentha vulgatiſſima.

Mentha vulgaris ſerpens rotundifolia.

Mentha hortenſis verticillato Ocymi odore.

Cruciata Mentha *Lob.*

Mentha rubea.

BalſamMünʒe.

RoteMünʒe.

Balſam

Balsam vulgo.

Folia breuiora, angustiora, serrata, in caulibus quadratis rubentibus.

Flores per interualla purpureo verticillato ambitu. Pulegij. Radix longè lateque sub terra repens se propagat. Nulli hortorũ deest.

Eadem præstat quæ superior.

Purgationes feminarum inhibet, & præsertim aduersus album Menstruorum fluorem commendatur.

Catti ꝺ Nepeta

Mentha Cardiaca.

Mentha Romana angustifolia *Lobel.*

Mentha 2. *Mattiol.*

Mentha acuta *Tabern.*

Hertz Balsam.

Hertzmüntze.

Spitz Müntze.

Minus vulgata ac prior.

Odore & vi peramica cordi. Cerebro & ventriculo commendabilis.

Omnis Mentha vtiliter additur fomentis, desessionibus, balneis, sudatorijs & clysteribus, vbi excalefactione & resolutione op⁹ est.

Mercurialis satiua.

Mercurialis mas & femina.

Mercurialis testiculata & spicata.

Ἑρμοῦ πόα seu βοτάνιον.

Λινόζωστις *Diosc.*

Mercuriuskraut.

Bingelkraut.

In areis hortorum cultis tota æstate viget, hyeme intercidit.

Femina à masculo solo fructu differt, qui racemosus spectatur.

Sapore est subnitroso, & nonnihil viroso succo multo, porraceo, purgante, & medicato.

Ciet aluum, digerit, bilem & aquam in potionibus sumta detrahit.

Herba Clysteribus vtilis.

Mespilus.

Μεσπίλη *Theoph.*

Mespilus domestica *Lob.*

Nespelbaum.

Floret Maio, sub finem Octobris maturescunt fructus.

Asperis gaudet & incultis. In hortis apud nos colitur.

Si inseratur Oxyacanthæ, magna fiunt Mespila.

Folia adstringunt, glutinant, sanguinis profluuia sistunt.

Fruct⁹ acerbus & κακοστόμαχος ventrem strenuè coërcet.

Cùm mollescit, Mensis se-

cundis imponitur.

Ossicula contrita, calculos Renum valenter pellunt ex decocto Petroselini.

Meum.

Μῶυ *Dioſc.*
Meum vulgare *Cluſ. P.*
Meum Athamanticũ *Guil.*
Tordylium *Cord.*
Anethum tortuoſum.
Daucus Creticus *Fuchſ.*
Beerwurtz.
Hertzwurtz.
Bärdille.
Sew Fenchel.
Bärmutterwurtz.

In horto meo Maio flores, Iunio ſemen in vmbella oſtendit.

Excalefacit 3. ſiccat 2. Incidit, aperit, digerit, vrinas prouocat & menſes. Venenis aduerſatur.

Radix foris nigricans, intus candida, craſſos & lentos pectoris humores extenuat & educit. Lienem & Hepar obſtructione liberat, ventriculum frigidum & vterum calefacit & roborat.

Torminibus, vterinis affectibus, Articulorumq; cruciatibus medetur.

Additur vterinis inſeſsibus & ad Renum calculos ordinatis.

Caput tamen offendit immodicus eius vſus.

Milium candidum.

Κέγχρος *Dioſc.*
Παπάλη.
Milium Lob. *Dod.*
Hirſe.

Solum amat pingue limoſum & glutinoſum.

Refrigerat, ſiccat, adſtringit, difficilis digeſtionis.

Agricolis cibus ſuauis, multum nutriens, ventrem cohibet & vrinas prouocat. Valde accommodum eſt Cerebri fluxionibus, item ad fluxiones Articulorum flatusq; inteſtinorum magno leuamento.

Milium nigrum.

Milium ſemine nigro & latiore iuba.

Schwartzer Hirſe.

In hortis ſeritur, potius voluptatis quàm vſus gratia.

Millefolium luteum.

Millefolium minus ſeu ſtratiotes Chiliophyllos *Dodon. F.*

Elychryſum Italicum *Matt.*
Gecl Garbe.

Morus.

Μορέα ἡ συκάμινος *Dioſc.*
Morus

Morus celsa Offic. *Lob.*

Morus vulgaris.

Maulbeerbaum.

Loca amat calida & sabulosa.

Arbor tota videtur mistam obtinere vim ex restringente & purgante compositam.

Mora immatura refrigerant & nonnihil resicc. adstringuntq;: vnde ad Stomatica medicamenta perquam commoda.

Matura aluum subducunt.

Folia ex aceto ambustis medentur.

Myrtus.

Μυρσίνη.

Μυρσίνη.

Myrtenstrauch.

Welsch Heidelbeerstrauch.

In viridarijs.

Vim habet adstringendi, siccandi temperatam in colore & frigore.

Napus.

Βουνιὰς Dioſc.

Bunias ſ. Napus *Lob.*

Napus veterum *Trag.*

Napula.

Sterckrůblin.

Merſeburgiſche Růblin.

In hortis seritur, solutam terram postulat.

Rapo est paulò siccior, minusq; facilè concoquitur, aut descendit, paucioresque flatus ingenerat.

Semen potum venenorum vires hebetat: quare Antidotis miscetur.

Ex Adianthi decocto Morbillos & Exanthemata ad cutim propellit, & morbi malignitatem superat.

Narcissus mediocroceus I.

Νάρκισσος κοὶ λείριον Dioſc.

Narcissus albidus medioluteus vnico flore *Lob.*

Narcissus veterum *Tr.*

Sternblumen.

Spanische Rosen.

Narcissen rőslin.

Flos stellatus Maio ꝓdit.

Amari est saporis, calidæ & siccantis naturæ, vulnera glutinat: habet & quiddam absterſiuum attractoriumq;.

Narcissus mediolateus II.

Narcissus medioluteus pluribus floribus.

Narcisſus mediocroceus serotinus polyanthos *Lob.*

Narcissus I. *Matt.*

Stern Rosen.

Hunc à Domino Dominico Heintz habeo Schvidnicio.

cio. Iunio floret & Iulio.

Narcissus luteus.

Narcissus montanus luteus.

Narcissus totus luteus montanus Theoph. *Lob.*

Pseudonarcissus 1. *Clus. H.*

Geel Narcissenblumen.

Mertzblumen.

Aprili floret.

Nasturtium hortense.

Κάρδαμον Dioſc. *Lobel.*

Creſsio.

Kresse.

Gartenkresse.

Seritur Vere ad Acetariorũ vſum: quamuis omne anni tempus ad ſationem aptum ſit, hyeme excepta.

Calefacit, ſiccat, aperit, attenuat, mundat, prouocat, incidit, vrit, reſoluit.

Semen Lienem imminuit, Menſes ciet, Ventris tineas excutit, Aluum turbat, Bilem ex aqua ſubducit, vitia capitis purgat. Tuſsi ex melle medetur. Sorbitionibus incoctum pulmonum vitia extrahit.

Ex alto delapſis aut præcipitatis datum confert, ſanguinẽ coagulatum diſſoluit, & ne alicubi in corpore coëat, præcauet, ſudores mouet. Calefacientibus Emplaſtris additur.

Herbæ, ad ſcorputum non minor quàm Cochleariæ, facultates & vis.

Nasturtium Indicum.

Nasturtium peregrinum Peruuianum *Lugdun.*

Nasturtiũ Orientale *Nonn.*

Indianische Kresse.

In horto Dom. Laurent. Scholtzij.

Sapore Nasturtium refert.

Nepeta Germanica.

Cattaria ſ. Mentha Catti *Aduerſ.*

Nepeta Off. *Trag.*

Herba Gattaria *Matthiol.*

Katzennept.

KatzenMüntz.

Dorant.

Rechter Dorant *Sil.*

Viret mox ab ipſo Vere. Iulio & Auguſto floret.

Odor acutus Caput ferit.

Guſtu conſtat feruido cũ amaritudine haud obſcura.

Præſtat ad omnes Capitis, Pectoris, Ventriculi aut Vteri morbos à pituita genitos.

Menſes elicit, fœtus & ſecundas expellit, conceptus facilitat, prolificumque vterum reddit.

Ex vi-

Ex vino vel aceto ruptis, ex alto deuolutis commodè propinatur.

Succus pituitam è naribus trahit & visum acuit.

Additur balneis.

Aduersus veneficia apud vulgum magnæ commendationis.

Nepeta Hispanica.

Cattaria folio lõgiore *Dod.*

Cattaria angustifolia.

Spanische Nepet.

Odor est vehementior & sapor acrior.

Nicotiana maior latifolia.

Hyoscyamus Peruuianus *Dodon.*

Tabacum maius latifoliũ.

Petum 2. *Clus. P.*

Tabaco *Hispanis.*

Sana sancta Indorum seu Nizotiana Gallorum *Lobel.*

Herba Reginæ *Chirurg.*

Indianisch Wundkraut.

Peruanisch Walwurtz.

Beinwelle.

Grosse rechte Tabaco.

Autumno flores in summo caulis fert purpurascentes: semen succrescit minutissimum in vasculis acutis.

Gustu est acris. Calefacit & siccat, resoluit, expurgat, cum exigua adstrictione. Adest ei narcotica vis, per aluum expurgatoria & alexipharmaca quædam.

Saliuam commanducata folia cient ac pituitam detrahunt.

Vlcera vetera expurgat, detergit, & ad sanitatem perducit.

Aduersus scabiem cutisq; fœditates & ad vulnera vtilis. Omnium venenatorum morsus sanat.

Nicotiana maior longifolia.

Tabacum Angustifolium.

Langblettrichte Indianische Beinwell.

Eiusdem naturæ.

Nicotiana minor.

Hyoscyamus vulnerarius minor.

Hyosc. dubius luteolus Solanifolius *Lobel.*

Petum 3. *Clus.*

Priapæia *Ital.*

Kleiner Wundbilsen.

Klein Tabaco } *Sil.*

Herrenkraut }

Notiss. in hortis Nobiliũ.

Maiore imbecillior. Tota planta admodum acris est dum floret. Diutius odorata caput temulentum reddit.

Pedi-

Pediculos & inprimis pulices necat. Nam folijs huius affricatis Cuti, vel ſucco illito tanquam incantamento fugati decidunt.

Inſignis eſt vulneraria.

Nigella Romana.

Μελάνθιον *Dioſc.* ἀπὸ μέλανος ἄνθος.

Nigella Romana odora ſ. Melanthium *Lobel.*

Melanthium hortenſe.

Schwartzer Kümmel.

Schwartz Coriander.

Römiſcher Coriander.

Schabab.

Solo gaudet pingui: ſemen Auguſto matureſcit.

Tenuium eſt partium, incidit, extergit, calefacit & ſiccat ad 3. gradum.

Flatus diſcutit, & pituitam incidit. Cum vino pectus expurgat, & difficultatem ſpirandi aufert. Menſes & vrinas prouocat. Lac Mulieribus auget continuò ſumta, & oculos purgat. Lumbricos ventris interimit, calculos Renum & Veſicæ minuit, Deſtillationes ex capite reſiccat calefactum nodulo illigatum & aſsiduè olfactum, recentes Oculorum ſuffuſiones diſcutit. Cum aceto maculas, lentigines, durities tumoreſque vetuſtos tollit.

Nigella Citrina ſimplex.

Χευσομελάνθιον.

Melanthium Citrinum flore ſimplici *Tabern.*

Geeler Römiſcher Coriander.

Flore, non ſemine à priori differt.

Nigella citrina plena.

Nigella citrina vulgo vocata flore albo multiplici, *Lobel.*

Melanthium luteũ multiflorum.

Doppel geel Römiſcher Coriander.

Flos ei plenus pallidè luteus.

Nux iuglans.

Καρύα.

Nußbaum.

Welſch Nußbaum.

Non niſi in hortis, lætis collibus viget, humiliores amat tractus.

Folia digerunt, adſtringunt & ſudores cient. Ad balnea, corporiſque lotiones adhibentur.

Arboris vmbra caput dolore afficit. Pannicula ſicca ex vi-

ex vino albo vteri præfocationibus auxiliatur, addita ol. ſuccini guttula vna. Colicis etiam doloribus ac Nephriticis vtilis.

Cortex radicis medianus Dentium dolores ſopit.

Nux iuglans.

Nux regia. Κάρυον βασιλικὸν, *Dioſc.* quia Caput lædit.

Welſche Nüſſe.

Triplices habentur.

Maximæ, equinæ.

Roß Nüſſe.

Groſſe Nüſſe.

Mediocres, vulgares.

Gemeine Nüſſe.

Oſſeæ, minimæ.

Stein Nüſſe.

Recentes calef. 1. & ſiccant 2. gradu, humectant nonnihil.

Eduntur nuces ſalubrius minoriq; incommodo recẽtes & ſuccolentæ quàm aridæ: tũc enim concoctu difficiles, ſtomacho inutiles, valde bilioſum ſuccum procreant. Capiti grauedinem afferunt, tuſsientibus inimicæ & pectori.

Vtiles cenſentur maximè à piſcium eſu, vnde illud:

Poſt piſces nuces, poſt carnes caſeus adſit. Ob vim calefaciendi & ſiccandi.

Ieiuno ſtomacho comeſtæ latos lumbricos pellunt. Cum ficu ruta & grumo ſalis contra venena & Peſtilentiã manè ſumtæ cõmendantur.

Mammarum inflammationibus cum mellis exiguo & ruta illinuntur.

Rancidæ efficaciſsimæ illitæ, liuores in corpore tollunt.

Cum cepa, ſale & melle, Canis hominiſque morſui conueniunt.

Putamen combuſtum Capillum nutrit, Alopecias replet.

Lignea membrana intercurſans, Nauci vocatur, aduerſus calculum vulgi experimento laudata, das böglin in der Nuß.

Succus exterioris corticis adſtringit. Ad oris inflammationes vtiliſsimus.

Aqua corticum viridium aduerſus peſtem commendatur.

Ocimum maius.

Ὤκιμον, *Dioſc.*

Ocimum Caryophyllatũ maximũ ac citratum, *Aduerſ.*

Ocimum 1. magnum, *Tab.*

Baſilica maior, *Trag.*

Gros Baſilien kraut.

Gros Basilge.

In H. L. S.

Totum odorem Caryophylli cum citrio confusum fundit.

Calefac. & siccandi vi pollet.

Corroborat, & Lipopsychiam tollit.

Datur atram bilem colligentibus, suspiriosis, ægrè mingentibus.

Ocimum medium.

Ὤκιμον ἕτερον.

Ocimum, *Dod.*

Ocimum 2. seu medium, Mattiol. *Cam.*

Ocimum seu Basilicũ medium vulgatius, *Aduers.*

Mittel Basilien.

Basilien kraut.

Hoc duplex in hortis & fictilibus seritur. Vnum vulgatius & abiectius, minus suauem odorem vibrans: alterum citrinum seu citratum dictum, ab odore gratiore & cordi amabiliore.

Calefac. attenuat, resoluit, humores crassos discutit, pellit tussim, auxiliatur difficilem spiritum trahentibus, vrinas ciet & menstrua prouocat.

Huius semen officinis notum, ad cordiales compositiones multi vsus.

Ocimum minimum.

Ocimum minus caryophyllatum.

Ocimum satiuum minus, *Dodon.*

Ocimum minimum Amaraci figurâ.

Ocimũ Caryophyllatum, *Aduers.*

Ocimum citratum.

Kleineſt edel Basilien.

Negel Basilien.

Citron Basilien.

Minor tota plantula & rarior, Caryophylli halans fragrantiam.

In fictilibus asseruatur.

Quantò cæteris odoratius; tantò ad omnia efficacius.

Animo lapsis spiritus languidos recreat.

Olea Bohemica.

Ἐλαιάγνος, *Theoph.*

Oliua Bohemica, *Lugdun.*

Oliua Syl. Septentrionalium, *Lob.*

Ziziphus alba Colum. *Bell.*

Bõmischer Oelbaum.

Flores lutei, odorati.

Oleander Purpureo flore.

Ῥοδόδενδρον.

Rhododendrum, *Dod.*

Laurus

Laurus rosea, *Lob.*
Oleander baum.
Vnholden kraut.
Aspectu læto viridaria exornat, vsus neglecti.

Oleander flore albo.

Nerion candidum.
Rhododendrum album.
Weisser Oleander.

Ornithogalon lacteum.

Ὀρνίθογαλον, *Dioscor.*
Ornithogalon vulgare, *Clus. P.*
Bulbus leucanthemus minor, seu Ornithogalon, *Dod. P.*
Weisse Feldzwiebeln.
Kleine Erdnüsse.
Floret Maio.

Radix cruda coctaq; manditur. Est enim dulcis & suauis.

Duplex maius & minus.

Ornithogalon spicatum.

Ornithogalon Narbonense, *Dodon.*
Asphodelus Hyacinthinus fortè Gal. *Aduers.*
Ornithogalon 2. Pannonicum, *Tabern.*
Vngerisch Feldzwibel.
Iunio floret.

Orobus vulgaris Herb.

Ὄροβος, Dioscor. *Officin.*
Orobus receptus Herbarior. *Lobel.*
Eruum, *Matthiol.*
Cicer Orobæum.
Mochus seu Cicer sat. Dioscor. *Dod.*
Eruen.

Ad Medicos vsus in hortis seritur.

Saporis est amari, Calefac. 1. siccat 2. digerit, aperit, abstergit.

Flos ex decocto sanat pedes frigore vstos & cutis pruritum.

Ex Orobi farina fiunt iuscula Nephriticis, & calculosis, Cachecticis, cacochymicis pituitosisq; omnibus salutaria.

Orobus venetus.

Eruum Venetum.
Venedische Eruen.

Oryza Germanica.

Τίφη, Theoph. *Tabern.*
Rizum germanicum.
Zeæ genus, Oryza dicta, *C. B.*
Tragus frumentaceus seu Cerealis.
Reißgersten/ *Sil.*
Teutscher Reiß.

Seritur cum alijs trimestribus seminibus.

Agrum amat lætiſsimum.

Temperamento & facultatibus Tritico & Speltæ reſpondet.

Calefac. adſtringit, ſiccat, reſoluit.

In cibis cocta optimè alit. Lacte incocta ſaccharo addito plurimum & optimum alimentum ſuggerit, eoque ſanguinem & ſemen auget. Aluum leuiter ſiſtit. Dyſentericis, diarrhœâ laborantibus & tabidis commodum edulium.

Farina cum Roſis Mammarum inflammationes cohibet.

Pæonia femina ſimplex.

Παιονία θηλεία.

Roſa Sancta.

Peonien Roſen.

Benignien Roſen/*vulgò*.

Paſsim in hortis Maio florer.

Radix deſiccatoriæ & calefactoriæ eſt facultatis, ſubtilium partium, leuiter adſtringit quadam cum dulcedine acrimoniam quampiã habens ſubamaram.

Expurgat Iecur, obſtructum & Renes. Feminas à partu purgat, ciet Menſes, Regium morbum & Veſicæ dolores ſanat, Ventris doloribus auxiliatur.

Peculiariter Epilepſiæ & alijs affectibus Cerebri, potiſsim. frigidis & vertiginoſis, qui affinitatem quandam habent cum Epilepſia, vel in eam facilè mutantur, egregiè confert. Colligitur Septembri folijs flaccidis & areſcentibus, Luna inclinante.

Multa de collectione nocturna plena ſuperſtitionis nugantur Quidam.

Grana nigra nocturnis auxiliantur ſuppreſsionibus, veteri ſtrangulationi atq; dolori in aqua mulſa aut vino.

Pæonia femina polyanthos.

Pæonia femina multiplex *Dodon.*

Volle Peonien Roſen.

Gefülte Peonien blumen.

Hæc adeò multiplicatis folijs viſitur, vt vnius floris ſuper ducenta foliola numerari contingat.

Pæonia albo flore.

Pæonia leucanthemos.

Peonien mit weiſſen blumẽ.

In horto meo. Tota vulgari minor.

Pani-

Panicum vulgare.

Ἕλυμος, *Dioſc.*
Panicum, *Herbar.*
Mel frugum.
Fenich.
Heidelpennich.
Fenchel Hirſche/ *vulg.*
In campis & hortis.

Refrigerat, ſiccat, adſtringit, aluum cohibet, difficilè digeritur, ſanguinem procreat craſſum.

Plebres & agricolis edulium gratum lacte decoctũ.

Aluum ſiſtit & dyſentericis prodeſt, Toſtum ex linteo ſacculo impoſitum tormina ventris ſedat.

Panicum pannicula maiore.

Panicum maius peregrinum.
Panicum Indicum pannicula villoſa, *Lob.*
Frembder Fenich.
Groſſer Indianiſcher Fenich.

Papauer ſatiuum album.

Μήκων ἥμερος, *Dioſc.* παρὰ τὸ μὴ κοπῆν, à non miniſtrando, quòd ſuis fungi munijs veſcentes non patiatur.

Papauer hortenſe, *Mattiol. Cam.*
Papauer album, *Dod.*
Papauer flore niueo.
Weiſſer Mohen.
Weiſſer Magſamen.

In hortis & campis ſeminis cauſa ſeritur. Iunio floret, Auguſto perficitur.

Capita cum melle ad formam Eclegmatis decocta, tuſsi ex tenui materia, Arteriæ fluxionibus & cœliacis affectibus auxiliantur.

Semen nigro tutius vſurpatur, quo etiam præſtat. Refrigerat modicè, ſomnum conciliat, vertiginem ſiſtit, Additur amygdalatis, hordeatis & Emulſionibus in calidis affectibus.

Nimius tamen vſus nocet.

Vulgus ex eo placentas conficit & panes Papauerac-ceos dictos.

Mohnkuchen/ Mohnbrod.

Papauer ſat. nigrum.

Papauer nigrum ſat. flore Maluæ hortenſis aut pæoniæ, *Aduerſ.*
Schwartzer Mohn.
Grawer Mohn.

In vigilijs fronti illinitur ex aqua Roſarum Semen tritum per ſe vel cum vino tritum aluum, & feminarum profluuia cohibet, tuſsim lenit & alias calidas fluxiones.

Papauer satiuum maximo capite.

Grosser Welscher Mohn.
Magsamen mit grossen köpffen.

Semen quod nonnihil albicat, præfertur priori ad eosdem vsus.

Ex lacte decoquitur vel Melle ad somnum infantibus conciliandum, acresque & calidas ad pectus defluxiones.

In vigilijs fronti illinuntur seminis cremor & calices. Adduntur & lotionibus pedum ad eosdem effectus.

Papauer fluidum hortense.

Μήκων ἄγρια, *Dioscor.*

Papauer albo & nigro semine.

Papauer spontaneũ hortense.

Papauer patulum.

Außlauffender Mohn.

In hortis sponte luxuriat.

Huius capitula hiantia maturum semen effundunt.

Prima germina olerum modo coquuntur & addito butyro deuorantur.

Papauer fimbriatum.

Papauer Cristatum album & nigrum, *Lob.*

Papauer fimbriatum { albo, rubro, incarnato, (re. variegato flo-

Zerkerfter Mohn mancherley farben.

Papauer polyanthos.

Papauer multiplici flore.

Papauer pleno flore albo, rubro, purpureo, violaceo, cinereo, miniato, & ex his misto.

Allerley farben gefülter Mohn.

Voller Magsamen.

Mirè natura florum varietate ludere solet.

Voluptatis ergò in hortos recipitur.

Papauer corniculatum luteo flore.

Μήκων κεραατίτις, *Dioscor.*

Papauer cornutum, *Cord.*

Papauer sylu. corniculatum, *Trag.*

Horn Mohnsamen.

Gelber gehörnter Mohn.

Oelmagen.

Vis eius calef. & sicc. incidens & absterseria.

Radix ijs vtilis, qui crassa & arenosa cũ lotio reddunt, & difficulter mingunt.

Papa-

Papauer corniculatum rubrum.

Papauer cornutum flore phœnicio, *Lob.*

Roter gehörnter Mohn.

Pastinaca satiua latifolia.

Pastinaca domestica vulgi, *Lobel.*

Σταφυλῖτις κηπεῖος, ab vuarum figura. Inuersi enim vuarum formam habent.

Elaphoboscum Dioſc. *Lob.*

Zam Pestnachen.

Hirschmöhren.

Seritur ab olitoribus in hortis ad vsum ciborum.

Floret Iulio & Augusto secundo demum anno.

Terram requirit pinguem ac solutam alteq; perfossam.

Radix Autumno & Hyeme vsq; in proximum ver esui aptissima. Gustu dulcis, inflat & ventrem replet, vrinas mouet, & menses prouocat, venerem stimulat.

Semen calidius & siccius laterum doloribus, aut quibus aqua cutim subijt, serpentumque morsibus auxilio est.

Pastinaca satiua tenuifolia lutea.

Pastinaca satiua, *Dioſc.*

Baucia hortensis.

Daucus niger Theoph. & Carotta vulgaris flaua, *Aduerſ.*

Geele Rüben.

Mören/ *Sil.*

Culinis nota. In hortis & campis ob radices plurima.

Radix dulcis, grata & ori iucunda. Calef. & siccat, aperit, inflat, venenis resistit.

Alimentum non multum quidem sed minus vitiosum, quàm alia pleraq; suggerit.

Flatulentum quoq; quiddam obtinet, sed minus quã Rapæ, quibus etiam minus citò descendit.

Coquuntur plerunq; cum aquâ, lacte vel carnium pinguium iure. Prosunt ventriculo.

Pastinaca satiua tenuifolia alba.

Staphylinus albus.

Carotta alba, *Mattiol.*

Weisse Möhren.

Saltem radice à priore discrepat.

Pastinaca tenuifolia rubra.

Carotta radice rubra.

Carottis rubra.

Pastina-

Pastinaca satiua atrorubens, *Lobel.*

Rote Rûben.

Rote Pasteney.

Carotten.

Solum requirit pingue.

Calef. humectat, lenit aluum, pectus facilitat, tussim mitigat.

In cibis sumta inflat & concoctu non adeò facilis.

Coquuntur radices, & aceto Anethoq; seu Carueos semine condiuntur, quæ hybernis mensibus acetariorum locum supplent.

Pastinaca polyrrhizos.

Σίσαρον, *Dioſc.*

Sisarum, *Lob.* & *Dod.*

Siser satiuum.

Secacul Arab.

Zucker Möhrlin.

Gritzel Möhren.

Gierlein.

Minus frequens vt priores; facilè radiculis propagatur.

Calefacit nec acrimoniâ destituitur.

Omnium pástinacæ generum saluberrimum.

In cibo stomacho gratissimæ radices, appetentiam inuitant, genituram augent, & venerem stimulant, facilè concoquuntur, nec tardè descendunt, nutriunt mediocriter, nec praui sunt succi. Eduntur coctæ & quandoq; cum aceto sale & exiguo oleo acetarij in modum, sæpe in oleo aut butyro frixæ, & alijs modis.

Pepo rotundus Melonis effigie.

Πέπων.

Pepo rotundus.

Pepo ventricosus ab ipso pediculo vsque ad oculum striatus.

Plutzer.

Ronter Plutzer.

In hortis instructioribus Vratislauiæ.

Peponum multa sunt genera ab ipsorum sapore & figuris petita.

Pepo oblongus.

Pepo, *Brunfels.*

Pepo femina,

Pepo maior oblongus, *Dodon.*

Lenglichter Plutzer.

Solum desiderat pingue & soles æstiuos. Maiores sunt Melopeponibus striati. Carnem habent molliorem, leuiorem & insipidiorem.

Peponum natura frigidior cum larga humiditate. Abstergunt, eijciunt vrinas, Aluum

uum facilem ac lubricā reddunt, verùm facilè corrumpuntur.

Perfoliata.

Perfoliatum vulgatius flore luteo, folio vmbilicato, *Aduers.*

Διάφυλλον.

Durchwachs.

Stopsloch.

Gustu est amaro & adstringente. Calidæ & siccæ naturæ.

Ad fracturas, hernias, strumas, exostosin, Erysipelata magni vsus.

Datur & ruptis seu ex alto deuolutis.

Periclymenum I.

Περικλύμενον, *Diosc.*

Περικλυνόμενον, id est, circumflexum & circumuolutum.

Periclymenum vulgò.

Matrisylua.

Caprifoliū germanicum, *Dodon.*

Lilium inter spinas.

Specklilgen.

Waldmeister.

Wald Lilien.

Je lenger je lieber.

Plantatur in hortis voluptatis causa & in topiariorum vsum.

Floret à Maij fine per æstatem in Autumnum vsque.

Calefac. & siccantis naturæ; vehementer incidit, vrinas ducit.

Odorati sunt flores.

Vlcera sordida & humida sanat & exiccat, Lichenes curat & alias cutis sordities & maculas faciei emendat. Additur vnguentis, quæ ad capitis vulnera parantur.

Periclymenon II.

Periclymenum perfoliatum, *Dod.*

Periclymenum perfoliatum calidarum regionum Offic. *Lobel.*

Welsche Specklilien.

Lætius omnino fruticat in viridarijs.

Persicus.

Μηλέα περσικὴ.

Persica arbor.

Pfersichbaum.

Primo floret vere.

Folia amara excalefaciunt & resiccant, digerunt, viscerum obstructiones aperiunt, ac purgandi potentiam obtinent.

Succus vermiculosis ac purulentis auribus vtilis.

Flores aluum deijciunt, siccati & infusi mira facilitate humorem aqueum, ex vniuerso corpore per ventrem

trem educunt, neque vllam noxam inferunt.

Gummi aceto bullitum illitu Lychenes & papulas sanat.

Persica mala.

Περσικὰ μῆλα, *Dioscor.*

Pferseken.

Quædam rubent, alia aureo colore fulgent, alia viresçunt.

Frigidæ sunt & humidæ naturæ. Praui succi, facilè acescunt, & corrumpuntur. Ventriculum refrigerant, phlegma generãt copiosum, ac putres febres excitant.

Sicca aluum cohibent, Alui stomachique fluxiones sistunt.

Nuclei persicorum aperiunt, extergunt, vrinas prouocant, somnum conciliant.

Gummi temperamento mediocre, substantia lentum ac glutinosum, tenuium humorum acrimoniam obtundit. Hæmoptoisi, Phthisi, raucedini medetur & calculosis confert.

Persicus Armeniaca maior.

Μηλέα Ἀρμενιακή.

Johannis Pfersingbaum.

Marillenbaum.

Persica Armeniaca maiora.

Περσικὰ πραικόκια.

Persica præcocia.

Sommerpferseken.

Goldtpferssing.

Marillen.

Mallilen.

Johannis Pferseken.

E genere sunt persicorum.

Matureſcunt ineunte æstate.

Eiusdem naturæ & dotis cum Persicis sunt, minus tamen humida: suauiora, delectabiliora, stomacho gratiora.

Minus nocent ventriculo, nec tã facilè corrumpuntur.

Persica Armeniaca minora.

Armeniaca minora.

Bleine Marillen.

Halbe Sommerpferssing.

Minora sunt, coloris aurei subrutilantis & odoris iucundi.

Nuclei amaricant, absterguntur, vrinas prouocant, calculosis salutares.

Ex his elicitur aqua contra calculum & vrinæ retentionem magnæ vtilitatis.

Peucedanum Germanicum.

Fœnicu-

Petroselinz, vid. Apiz xz.

Pez. T. Nicotiana

Fœniculum Porcinũ, *Lob.* Πευκέδανον.

Haarſtrang.

Radix craſſa ſuccum fundit flauum odoris grauis & fœtentis.

Excalef. ſicc. attenuat, incidit, digerit, ventrem emollit, Lienem abſumit, difficiles partus extrahit. Facit ad veſicæ cruciatus & Renum diſtentiones potum.

Phalangium ramoſum.

Φαλάγγιον, *Dioſc.*

Crinagroſtis.

Lilium gramineum.

Aſphodeli ſylu. ſpecies.

Graßlilgen.

Erdſpinnen kraut.

Weiſſer Wiederthon.

Saporem habet glutinoſum & nauſeoſum aliquantum. Naturæ ſiccantis & penetrantis, potum phalangionum ictibus, ventriſque torminibus medetur.

Phalaris.

Gramen Canarienſe.

Φαλαρὶς, *Dioſc.*

Canarien ſahmen.

Semen Luteolis Canarienſibus gratum: In ſiccis fomentis Milij vſum habet.

Etiã contra calculum farctuſq; veſicæ vſurpatur.

Phaſiolus vulgaris.

Σμίλαξ κηπαία, Dioſc. *Aduerſ.*

Smilax hortenſis.

Faba Turcica multicolor.

Dolichus, *Hippoc.*

Türckiſche oder Welſche bohnen.

Faſeln.

Seritur ad Topiariorum ornamenta.

Gaudet pingui & aprico ſolo.

Auguſto matureſcunt.

Multa inueniuntur Phaſiolorum genera flore & ſemine variantia.

Niuei, Weiſſe.

Flaueſcentes, gelbe Bohnẽ.

Rubei, rote Bohnen.

Ex Cœruleo nigricantes, blawe Bohnen.

Cinerei, aſchgraw Bohnẽ.

Alij ſunt variegati, geſcheckte Bohnen.

Siliquæ integræ teneræ elixatæ cum butyro, pipere longo, galanga, Zinzibere in cibum veniunt.

Candidi adduntur fucis, quibus mulieres faciẽ concinnant.

Excalefaciunt & humectant 1°. Aluum emolliunt, pectus dilatant, ventriculo laborem faciunt, bruta & terrifica inſomnia gignunt,

sanguinemque Melancholicum procreant.

Piper Indicum.

Καρπὸν, *Actuar.*
Piperitis seu Siliquastrum Peruuianum, *Cord.*
Capsicum, *Clus.*
Piper Siliquis oblongis recuruis.
Calecutischer Pfeffer.
Schotten Pfeffer.

In hortis & fictilibus Augusto floret.

Excalefac. & siccat. 4. gradu. Vrit valenter & exulcerat corpus admotum recens.

Vulgus vtitur loco piperis cum pane tosto pulu. verùm maligni quid obtinet.

Pistacius Germanica.

Σταφυλόδενδρον.
Staphylodendron, *Dod.*
Nux vesicaria.
Pimpernüßle.

Elegantiæ causa potius quàm vtilitatis in hortos venit, cum nuces non sint edules, nauseam excitent, & ventriculum perturbent.

Pisum vulgatius maius.

Ὄχρος.
Λέχνος.
Pisum hortorum.
Pisum maius, *Matthiol.*
Welsche Erbsen.
Büschel Erbsen.
Garten Erbsen.

Terram desiderat facilem ac solutam, à frigore citò offenditur.

Exicc. refrig. detergit & minus flatulentum est.

Recens decoctum cum vaginulis delitiæ sunt palato.

Pisum hortor. anguloſum.

Pisum quadratum Plin. *Tabern.*
Pisum anguloſum hortor. *Aduerſ.*
Pisum Romanum.
Römische Erbsen.
Stock Erbsen.
Fasel Erbsen.

Semen in siliquis, anguloſa est & quadrata corporatura. Cicere maius mediocrem fabam æquat ruffo colore.

Minus frequens in hortis ob gustum minus gratum, nonnihil amaricantem Ciceris.

Calef. siccat, aperit, abstergit.

Decoctum ex iure pingui add. Macis & Rosmar. puerperas à partu purgat. Auriginosos sanat, & incipientibus Hydropicis succurrit.

Pisum

Pisum aruense.

Πίσον.

Pisum minus, *Mattiol.*

Pisum minus ex luteo virescens, *Aduers.*

In agris minori cultu seritur.

Vix vllum legumen in culinis frequentius.

Maioribus delicatiores & pinguiores, citius elixantur, & facilius concoquuntur. Alunt, multumque nutriunt, præsertim corpora valentiora, qualia sunt Agricolarum, sed flatus procreant, stomacho & capiti onerosa.

Pisa leptoloba.

Pisa cortice edibili.

Sünne subtilheutige Erbsen.

Hæc simul cum folliculis eduntur.

Pisum cordatum, Aduers.

Καρδίοσπερμον.

Halicacabus peregrinus, *Dodon.*

Vesicaria seu Halicacabus repens.

Concordia Simleri.

Hertzsahmen.

Münchskópfflin.

Schwartze oder Welsche Schoten.

Ad topiaria seritur.

Semen ad cordis affectus valere creditur.

Plantago rosea.

Plantago multiplex.

Blumen Wegerich.

Gefülter Wegericht.

Voluptatis ergo in hortos recipitur. Eiusdem cum plantagine latifolia vsus.

Poma amoris.

Aurea Mala, *Dod.*

Pomum Indum, *Mediolan.*

Solanum pomiferum.

Goldöpffel.

Lieböpffel.

Poma autumno matureſcunt, hyeme perit vniuersa planta, tetrum halat spiritum, frigidæ & humidæ naturæ.

Nonnulli esitant poma, non secus ac Melones. Corpori alimentum exiguum, prauum ac vitiosum.

Succus Erisypelati, ignibus sacris & alijs calidis fluxib. vehementer obluctatur.

Porrum capitatum.

Πράσον κεφαλωτόν, *Dioſc.*

Porrus, *Pallad.*

Cepa sterilis. ♀

Lauch.

Leuchel.

Sapor & facultas cepæ sed mitior.

Inflat, noxium succũ creat, tumultuosum somnium parit. Oculis nocet & calidiores ac biliosiores naturas offendit.

Portulaca.

Ἀνδράχνη, *Dioſc.*

Portulaca domestica.

Burtzelkraut.

Partim in hortis ab olitoribus seritur. Estur in acetarijs. Refrigerat 3. humectat 2. gradu, viscosum etiam quid obtinet. Succum gignit modicum, eumq; frigidum, humidum & glutinosum.

Commanducata hæmodiam dentium sedat à rebus acidis & acribus.

Succus stomachi & intestinorum æstuationem & fluxiones mulcet. Linguæ fissuras in Febribus mirificè sanat & sitim mitigat.

Prunus domeſtica.

Κοκκυμηλέα, *Dioſc.*

Pflaumenbaum.

Floret Maij initio.

Folia refrig. exiccant, adstringunt. In vino decocta collutu, Oris, faucium & tonsillarũ fluxiones reprimunt.

Prunorum Gummi.

Pflaumhartz.

Potum ex vino calculos comminuit.

Prunorum multiplex differentia.

Pruna Hungarica maiora.

Pruna Brunensia, Pruna pannonica.

Brunner Pflaumen.

Vngrische Pflaumen.

Omnium sunt præstantissima, Ori grata, in cibo & medicina conuenientia, ventriculum mediocriter refrigerant, bilem leniunt eiusque acrimoniã obtundunt, Aluum molliunt.

Pruna Hungarica minora.

Tzwetschken.

Kleine Pflaumen.

Dulcia sunt & ori gratiora. Resiccata & decocta ventriculo grata, Aluum emolliunt.

Pruna asinaria.

Roßpflaumen.

Magna sunt, rubore perfusa, viliora.

Pruna cerea minora.

Pruna cerea præcocia.

Geele Pflaumen.

Geele

Geele Spillinge.

Aluum subducunt recentia. Nimius tamen esus ventriculum grauat, & humores putredine obnoxios gignunt, vnde dysenteria & febres putridæ nascuntur.

Siccata aluum sistunt, & dysenteriæ cœliacisque prosunt.

Pruna cerea maiora.

Moraunen.

Maruncken.

Hortis instructioribus saltem nota.

Maxima sunt, eiusdem naturæ cum minoribus.

Prunidactyla.

Pruna oblonga & cœrulea.

Blawe lange Pflaumen.

Bilsen Pflaumen.

Blawe Spillinge.

Blawe Maruncken.

Ex semine prunorum cereorum maiorum nascuntur.

Pruna canina.

Hunds pfleumlin.

Weisse pfleumlein.

Parua sunt pallida, non nihil rubentia.

Dulcia sunt.

Pruna parua autumnalia.

Pruna serotina.

Pruna Auenaria.

Herbstpflaumen.

Kriechen/ *Sil.*

Zipparten.

Minora sunt & cœrulea.

Hortis Rusticorum nihil frequentius: Ex quibus addità farinâ edulia parantur haud ingrata.

Salubria putantur, & visceribus vtilia, verùm recentium vsus nimius Dysenteriam procreare solet.

Pruna parua vinosa.

Weinpfleumlin.

Tarrnickel/ *Vulgò.*

Viridia sunt, vinosi saporis.

Condiuntur saccharo febricitantibus grata.

Psyllium Herbarijs.

Pulicaris herba, *Lobel.*

Ψύλλιον, Dioscor. *Gal.*

Psillienkraut.

Flöhkrant.

Refrig. humectat, emollit, inspissat.

Muccago ad calidas defluxiones valet, Sitim extinguit, læuigat linguam, & faucium scabritiem in ardentissimis febribus.

Pyrethrum.

Πύρεθρον, *Dioscor.* à feruido sapore ignea vi vrente.

Pyre-

Pyrethrum Officin. *Lob.*
Saliuaris herba.
Dentaria.
Bertram.
Geiferwurtz.
Speichelwurtz.

Flos ei bellidis maioris seu chamæleontis albi. Nuspiam in hisce montibus occurrit, sed aliunde affertur, & hortensis est planta: sæpe in millefolium degenerauit. Quidam decepti nomine Bedram, quod Valerianam syluestrem sonat: in Sudetis montibus sponte prouenire scripserunt.

Radix calida vehementer cum adurenti acrimonia.

Mansa pituitam elicit. Dentium cruciatum placat, & scorbutum sanat.

Miscetur Antidotis.

Pyrus satiua urbana.

Ἄπιος *Dioscor.*
Birnenbaum.
Pyra.
Ἄπια, Birnen.

Pyra omnia frigida. Adest & omnibus adstringendi quædam ac terrena substantia. Alimentum amplius & copiosius quàm Mala s. Poma conferunt, sed hoc ipsum frigidum ac reprobum.

Qui flatibus obnoxij sunt, non ab esu Pyrorum modo, sed etiam crudorum omnium abstinere debent, vt quæ flatus gignant.

Cocta, flatus deponunt, gratiora & salubriora censentur, præsertim cum discutientibus flatus.

Magnam varietatem diligentia Hortulanorum peperit.

Pyrum ἄπιον, ὁ χν.
Pyra præcocia Frühebirnen.
Pyra Auenaria Haberbirnen.
Pyra farinacea Meelbirnen.
Pyra Mariana Margenbirnen.
Pyra Moschatellina Muscatellerbirnen.
Pyra Mellea (Melapia) Honigbirnen.
Saccharapia Zuckerbirnen.
Pyra Lardina Speckbirnen.
Pyra Nobilium Jungckerbirnen.
Pyra Hyemalia, serotina Winterbirnen.
Pyra ossea Steinbirnen.
Pyra strāgulatoria Strengelinge/würgende Birnen/Ritterbirn.
Pyra adiposa Schmeerbirnen.
Hydrapia Wasserbirnen.

Pyra

Pyra coccineo ſucco & aſpectu mitantia Blutbirnen.

Quinquefolium luteum erectum.

Πεντάφυλλον *Theoph.*

Quinquefolium Theoph. maius *Tabern.*

Pentaphyllon vulgare *Lob.*

Geel auffſtehend Fünffinger kraut.

Gros geel Fünffingerkraut.

Eiuſdem cum ſylu. facultatis.

Quinquefolium erectum album.

Quinquefolium maius album *Lob.*

Pentaphyllon albū *Theoph.*

Gros weis Fünffingerkraut.

Quinquefolium flore Alchimillæ.

Heptaphyllon montanū.

Stellaria argentea *Matt.*

Argentaria petræa *Geſn.*

Alb Fünffingerkraut.

Berg Sinnaw.

Ad vulnera glutinanda efficax.

Ranunculus albus multiflorus.

Ranunculus niueus polyanthos *Lob.*

Ranunculus coronarius albus.

Gefülter weiſſer Hanefuß.

Weiſſe Krantz Schmirgeln.

Ranunculus luteus multiplex.

Ranunculus dulcis multiflorus 4. *Tabern.*

Ranunculus ſyluef. 2. flore multiplicato *Dod.*

Gefülter Hanenfuß.

Geel tauſentſchön.

Klein Ruckerzu.

Maio, Iunio & Iulio foliorum denſo ſtipatu colluceſcit.

Reptante coliculo ſe propagat.

Raphanus rotundus.

Ῥαφανὶς καὶ ἔραφανος *Dioſc.*

Raphanus magnus *Aduerſ.*

Rettich.

Ronder Rettich.

Poſt æſtatis ſolſtitium Iunio & Iulio commodiſsimè ſeritur.

Raphanus acerrimus eſt, Ori ſuauis ſed ſtomacho inimicus, concoctu difficilis, flatus gignit, ructus & vrinam ciet, aluum emollit, pituitam extenuat. Calefac. 3. ſiccat

2. grad. In cineribus decoctus, expressus succus cum melle vel saccharo candi contra veterem tussim & pituitæ crassitiem in pectore efficax.

Salutaris contra fungorum venena.

Obsonij potius, quàm nutrimenti nomine vescimur crudo minutim conciso cum salis pauxillo.

Radix cum sale trita in malignis febribus sub pedibus ligatur.

Raphanus longus.

Raphanus vulgaris *Gesn.*

Radicula satiua minor *Dodon.*

Langer Rettich.

Süsser Rettich.

Vt minor sic esu suauior. Multum enim acredine illa ac soporis vehementia recedit, & salsugine imbutus linguam vsq; adeò non vellicat.

Appetitum excitat primis mensis sumtus.

Succus Asthmaticis & calculosis vtilis.

Raphanus Sessilis.

Raphanus orbiculatus minor.

Klein Scheibel Rettich.

Klein Beulichter Rettich.

Delicatior cæteris Vratislauiæ ab Olitoribus in foro venum fertur.

Raphanus rusticanus.

Ῥαφανὶς ἀγρία *Dod.*

Raphanus magnus *Dod.*

Raphanus marinus *Gesn.*

Thlaspi maius *Cord.*

Armoracia *Plin.*

Meerrettich.

Kreen.

Passim humidis & vmbrosis hortorum locis. Extremæ planè est acredinis. Aperit, pellit, incidit, prouocat, attenuat, abstergit.

Teritur cum vino, aceto & melle condimenti vice.

Appetentiam facit. Verùm caput lædit & nidorosas eructationes mouet. Biliosis & caput dolentibus noxius.

Vrinam & arenas valenter pellit, Menstrua prouocat. vulgo T. Beta rubra.

Rapum longum vulgatius.

Γογγύλη *Dioscor.*

Γογγυλὶς.

Rapum oblongius *Dod.*

Rapum tereti, rotunda oblongaq; radice *Lob.*

Rüben.

Lange stopffel Rüben.

Vbiuis notissimum.

Seri-

Seritur post demessam segetem. Terrā postulat mediocrem & solutam.

Culinis notissimum, Calefac. humect.

Elixa radix alit, sed flatus gignit, humentem ac mollem carnem creat, fauces lenit atque thoracem.

Raporum assator. succus cum sacchato, ad tussim infantium vsus non contemnendi.

Semen calidum, siccum, nonnihil amarum.

Abstergit, aperit, prouocat.

Valet ad faciliorem, Scabiei, Morbillorum & Variolarum eruptionem. Nam humores ad cutim propellit ʒj. pondere potum. Miscetur Antidotis.

Rapum orbiculatum.

RApum orbiculatum, scil. turbinatum maius, *Aduers.*

Rapum rotundum s. sessile, *Mattiol.*

Runde Rüben.

Rapi sub cinere calente assi infimus orbiculus calidissimus, post aures applicitus magna efficacia reuellit, capitisque & dentium dolores citissimè sedat magno secreto.

Raps lutez Gelbrüben, vid. Pastinaca sativa tenuifol. lutea.

Rapum sylueſtre.

Rapaceum semen.

Oelsamen.

Autumno seritur seminis caussa. Aprili floret, succrescente semine copiosissimo.

Ex semine oleum extunditur, pauperum culinis inseruiens.

Auiculæ eo pascuntur etiã.

Reseda Plinÿ.

Reseda lutea.

Eruca peregrina.

Welscher Raucken.

Tota gustu & nonnulla tenui acrimonia adstringit.

Ribes satiuum.

Ribes vulgaris, *Matt.*

Ribesium fructu minore.

Johannis treublin.

Frutex sepiendis hortorum puluinis idoneus.

Flosculi ex herbaceo pallidi: fructus racematim dependent circa solstitium rubentes, subacidi saporis, syluestribus minores. Sapore acidiusculo æstuantem stomachum refrigerant & sitim febricitantibus restinguunt.

Ricinus maior.

Hebræis Kiκάïon.

Geranium regium.

Palma Christi.

Catapuntia maior, *Officin.*

Κίκι, *Dioſc.* κρότων.

Groſſer Wunderbaum.

Zecken baum.

Römiſcher Hanff/ *Vulg.*

Species videtur Tithymalli.

Semen in viridarijs Autumno matureſcit, planta frigoris impatientiſsima.

Semen calefac. ſiccat, expurgat, detergit, digerit pituitam, bilem aquamq; per aluum extrahit, vomitum mouet, ſed ventriculum vehementer ſubuertit.

Hanc fuiſſe ſtirpem à Deo præparatam pro vmbraculo Ionæ prophetæ, oſtendunt Benedictus Ariæmontanus & alij.

Ricinus minor.

Cherua minor.

Klein Wunderbaum.

Abrahams baum.

Roſa candida.

Ῥόδον, ὡς ξέον ὀδμῇ, quòd largum odoris fluuiũ emittat.

Roſa albicans, *Matt.*

Roſa vulgatiſsima.

Weiſſe Roſen.

Weiſſe Garten Roſen.

Hortis nota. Iulio flores promit.

Refrigerat, adſtringit. Cor ventriculum, Iecur & retentricem facultatem roborat.

Præſtat cæteris ad aquæ deſtillationem, quæ ex hac odoratiſsima colligitur.

Roſa ſuauè rubens.

Roſa lacteola.

Roſa Strigenſis.

Strigiſche Roſen / *vulgò.*

Hæc candore & rubore confuſis rutilat virgineis genis & malis concolor.

In hortis circa Strigam oppidum frequens, placet odore & colore.

Roſa Moſchata.

Roſa Muſcata.

Roſa Syriaca.

Muſcat Roſen.

Bieſen Roſen.

Minor eſt, candida, fragrantiæ commendatione in hortis inſtructioribus nota.

Aluum iucundius ciet & animi deliquia, ſtomachi cordiſque lancinationes accerſit.

Roſa incarnata maior.

Roſa Damaſcena, *Lob.*

Roſa Alexandrina, *Geſn.*

Roſa prouincialis maior.

Damaſceniſche Roſen.

Prouintz Roſen/ab Agendico,

dico, *vulg.* Prouins.

Oppido Campaniæ in Gallia.

Leibfarbige Rosen.

Ad vsum Medicum hortis fiunt familiares.

Præferuntur cæteris ad syrupi Rosati solutiui confectionem.

Condiuntur etiam flores saccharo.

Rosa incarnata minor.

Rosa Damascena minor.

Rosa præcox.

Pfingst Röslin.

Türckische Röslin.

Flores purpurei Damascenis similes; verùm minores in cauliculis tricubitalibus rubentib⁹, totis spinosis.

Circa Pentecostes festum floret.

Rosa Cinnamomea.

Rosa de canelle, *Lob.*

Rosa Mariana.

Οἰνόῤῥοδον.

Zimmet Röslin.

Canell Röslin.

Wein Röslin.

Foliolis sunt omnium minimis.

Rosa lutea.

Rosa aureo colore, *Matt.*

Rosa Agyptia seu Affricana.

Geele Rosen.

Rosæ inodoræ sunt, folia fruticis odorata.

Rosa rubra plena.

Rosa intensè rubens.

Rosa rubra.

Rosa muricata.

Rote Rosen.

Blutrote Rosen.

Rosarum omnium præstantissima & ad medicamenta omnis ferè generis vtilissima.

Plus habent terrenæ substantiæ & resiccantis adstringentisq; facultatis.

Robur cordi conciliant, ac tremori & palpitationi eius succurrunt, ventriculum, Hepar, renes & alia viscera confirmant, Sanguinis vndequaq; eruptiones sistunt, sudores reprimunt.

Antidotis miscentur.

Rosa in rubro nigricans.

Rosa carbonaria.

Sametrosen.

Kolrosen.

Eiusdem vt prior facultatis.

Rosmarinũ Coronarium.

Λιβανωτὶς στεφανωματικὴ *Dioscor.*

Rosmarinus Coronaria *Matthiol.*

Libanotis coronalis.

Rosmarin.

Omnibus ferè hortis notum, cum ad coronas, tum ad culinarium vsum.

Maio crescente lunâ surculi è cacumine decerpti & terræ immissi facilè radices agunt. Quæ in re valde industriæ sunt mulierculæ Leobergenses.

Interim tamen vitandus Martius Sol, & paulatim cœlo vmbroso primùm committendus, donec radiculas egerit.

In vicina loca, Bohemiam & Misniam magno earum lucro deferri solet.

Floret primo vere & Autumno.

Fragrantissimi est odoris. Excalefacit, siccat, attenuat, digerit, resoluit, aperit, roborat, incidit, abstergit, venenis repugnat, sanguinem purgat.

Ad Capitis affectus mirè efficax, præsentaneam vim obtinet in expurgando morbo regio.

Omnes Vteri diuturnos fluxus sistit.

Odor animum reficit, præsertim Balsamus eius, naribus illitus, Cerebrum & omnes sensus languentes reficit.

Liquor stillatitius Ceruici illitus vertiginem & dolores capitis tollit.

Rubia satiua.

Ερυθρόδανον *Diosc.*

Rubia maior *Aduers.*

Rubia tinctorum *Officin.*

Röte *vulgò.*

Ferber Röte.

Solum amat pingue: quale in agro Vratislauiensi.

Sapor ei acerbus cum exigua quadam dulcedine, quam acerba & adstringens mox excipit qualitas.

Iecur & Lienem extergit, vrinam trahit crassam.

Radices tingendis lanis aptissimæ.

Herba, vasa ex plumbo candida extergit.

Ruscus. — Sylv. d. Aqfeliz

Ὀξυμυρσίνη.

Μυρσίνη ἀγρία *Diosc.*

Myrtacantha *Aduers.*

Ruscum *Dod.*

Bruscus *Offic.*

Ruscken.

Bruscken.

Myrtendorn.

Radix viuacissima est, multos annos perennat. Aromatica, aliquantũ amara.

Semen calculum frangit.

Cauliculi recentes Aspa-

rago-

ragorum vice in acetarijs sumuntur.

Ruta domestica.

Πήγανον *Dioscor.* παρὰ τὸ πηγνύειν τὴν γονὴν à contrahendo & cogendo.

Ῥυτὴ à ῥύεσθαι, à præseruando & custodiendo, quòd venena arceat.

Ruta satiua maior seu latifolia.

Zamraute.

Rauten.

Hortis familiaris. Iulio & Augusto floret.

Grauis est odoris, gustu acri & amaro: tenuium partium, crassos lentosq; humores incidit & attenuat.

Facit ad lateris thoracisq; dolores, spirandi difficultatem, tusses, pulmonis inflammationem, Coxendicum & Articulorum cruciatus, Hydropicis auxiliatur.

Semen lethalium venenorum antidotum.

Ruta leptophyllos.

Ruta tenerior.

Wein Raute.

Folia sunt teneriora & angustiora.

Olfactu cum aceto Epilepticos & feminas vtero strangulatas excitat.

Sabina femina.

Βράθυς, *Dioscor.*

Sabina genuina.

Sabina Baccifera.

Sabina *Mattioli.*

Sadelbaum/ *Sil.*

Sadenbaum.

Sagbaum.

Seuenbaum.

Sebenbaum.

Semper viret, tenuis essentiæ.

Excalefac. siccat, gustu amaro, acri, adstringente: Vrinam ducit, Menses prouocat, &, si quid aliud, abortus facit.

Folia pulu. cum butyro bubulo illita Achores in capitibus puerorum sanant.

Ex melle & butyro Asthmaticis medentur.

Sabina hirsutior s. mas.

Βράθυς 2. *Dioscor.*

Sabina humilis folio Tamaricis.

Sabina vulgatior, *Lobel.*

Sabina sterilis, *Matt.*

Sadelbaum mennlin.

Folia huic Tamaricis, sed rigidiora, pungentia, tetrum odorem halant, perpetuoq; virent.

Valenter excalefac. siccat, digerit, resoluit, aperit, absterg-

abstergit, prouocat, parumque adstringit.

Saluia maior.

Saluia latifolia, *Trag.*
Saluia, quòd multu sit salutaris.
Saluia maior scabrior, *Aduers.*
Ἐλελίσφακος, *Dioscor.*
Grosse Salbey.
Saluien.
Floret Maij fine & Iunio.
Durat per hyemem.
Semine & surculis seritur.
Euidenter calefac. siccat & leuiter adstringit.

Saluia capiti & cerebro omnibusque pituitosis affectibus vtilis.

In vino pota venenum omne expellit, tussim mitigat, pleuresi medetur: Iecur & Matricem excalefacit, vrinam & Menstrua ducit.

Sensuum ac memoriæ vim intendit, neruos roborat.

Saluia minor pinnata.

Σφάκελος, *Theoph.* à tabe seu syderatione.
Saluia auricularis.
Saluia nobilis, gentilis seu minuta, Romana.
Creutz Salbey.
Edle Salbey.
Spitze Salbey.
Præstantior & nobilior maiori æstimatur, eiusdem facultatis.

Saluia syluestris.

Scorodotis, *Plin.*
Saluia agrestis, *Officin.*
Saluia bosci.
Scorodonia 1. Scordium montanum Cord. *Thal.*
Wald Salbey.
Wild Salbey.
Hîc hortensis; alibi spontanea.
Odorē habet scordij nonnihil Teucrij referentem.

Satureia perennis.

Θύμβρα, *Dioscor.*
Satureia seu Thymbra 2. *Lobel.*
Thymbra vera, *Dodon.*
Hyssopus vera, *Guil.*
Saturey.
Sedeney.
Semuth.
Gustu est acris, odorata. Cibis magnam gratiam addit. Eadem quæ Thymus præstare valet.

Satureia vulgaris.

Satureia hort. *Aduers.*
Hyssopus Ceparius.
Pipirella.
Pfefferkraut/ *Sil.*
Zwiebel Zsop.
Acris est, odoris iucundi.

Coqui-

Coquitur cum carnibus & piscibus.

Calefac. sicc. incidit, discutit flatus, appetentiam excitat, ventriculum calefacit, hebetes oculos exacuit, venerem stimulat, & vteri ex flatu strangulatus mox sedat.

Satyrion Erythronium.

Dens caninus, *Dod.*

Dentali 1. *Clus. P.*

Pseudohermodactylus, Matt. *Cam.*

Schoewurtz.

Rote Stendelwurtz.

Maio floret H. M.

Calefacit & hum. mediocriter. Sapor est dulcis non ingratus Ori. Libidinem excitat.

Scabiosa Hispanica I.

Scabiosa peregrina folijs non dissectis, *Tab.*

Fremd Scabiosen.

Scabiosa Hispanica II.

Scabiosa Hispanica maior, *Clus.*

Scabiosa maior alba, *Tab.*

Spanische Scabiosen.

Scolymus.

Vide Artischocus.

Scorpioides Plinij.

Σκορπίος, *Plin.*

Scorpioides folio Bupleuri.

Scorpioides repens folio Bupleuri, *Aduers.*

Raupenkraut.

Circa æstiuum solstitium flores exeunt, semen succrescit Galegæ in corniculis siliquosis scorpionis caudæ instar reflexis.

Gustu est trifolij pratensis.

Scorzonera Hispanica.

Scorzonera s. viperaria, *Lobel.*

Scurzonera latifolia sinuata.

Spanisch Gifftkraut.

Ex horto Imperatoris Praga hanc habeo, quæ Iunio & Iulio flores promit.

Radix gustu dulcis & iucunda.

Foliorum, radicumúe succus præsentaneo remedio potandus datur aduersus viperarum cæterorumque animalium ictus: quin etiam ad quoscunque pestiferos morbos. Conserua in febribus Epidemicis capitisque vertiginosis affectibus vtilissima.

Secale Herbariorum.

Βρίζα, βρύζα, *Gal.*

Rogga, *Dodon.*

Siligo veterum, *Trag.*

Korn.

Rocken / Rockenkorn.

Secale vernum, bimestre, Aprili seritur.

Sommerkorn/Minore stipula, culmis, spica, grano, & ad alendum efficacia.

Secale Hybernum, Autumnale, Winter korn.

Robustius est, maius, & vegetius.

Quocunque solo nascitur, Iunio floret, Augusto metitur. Nullum granum frequentius fabulosis & macilentis agris ad Panificium seritur, quàm secale.

Refriger. humectat, emollit, absterſione non vacans, pus mouet, vnde cataplasmatis ad id destinatis, farina commodè miscetur.

Confusanea farina diuturniores capitis dolores lenit, in linteo capiti circumligata.

Panis Secalinus, Secalicius.

Ἄρτος σηκαλίδος.

Rockenbrod / Hausbrod.

Temperatæ est naturæ, minus quàm Triticeus calefacit, plus quàm Hordeaceus. Optimè nutrit atque satiat, nec adeò facilè aëre exuccus & aridus redditur, atq; is qui ex Tritico & Spelta conficitur. Alimentum corpori præstat solidum, firmum ac laudabile; præsertim si ex bono frumento coctus fuerit.

Secale luxurians.

Mater secalis, *Thal.*

Claui siliginis, *Lonic.*

Rockenmutter.

Meelmutter.

Ex succi abundantia fortè nascitur. Sanguinem sistere vulgus credit.

Sedum stellatum.

Aizoum stellatum.

Aizoum peregrinũ, *Cam.*

Thelephium, *Nonn.*

Gestirnter Wintergrün.

Vulneribus vtile.

Sinapi satiuum I.

Σῖνυ.

Sinapi rapicea fronde, *Matthiol.*

Sinapi sat. Erucæ aut Rapi-folio, *Aduers.*

Gecler oder roter Senff.

Iulio & Augusto semen maturum quod acerrimi saporis. Calefac. & sicc. vehementer, extenuat, incidit, extrahit.

Mansum pituitam capitis elicit, comitialibus auxiliatur, adiuuat concoctionem & dis-

& distributionem Ciborum crassarum partium.

Sinapi satiuum II.

Sium agreste Apij aut potius Laueris folio *Lob.*

Sinapi luteum satiuum 2. *Trag.*

Wilder Senff.

Geeler Senff.

Semen cum Melle & Musto ad intinctus hyberno tempore commodum.

Sisarum Peruuianum.

Papar Hispanorum.

Solanum tuberosa radice.

Tartufoli Quibusdam.

Indianische Zuckerwurtzel.

Lieböpffel.

Grüblingbaum.

Floret Augusti fine: Autumno poma fert.

Radicem sub cineribus assam nonnulli tuberum modo esitant.

Solanum Halicacabum.

Στρύχνος ἀλικάκαβος *Dioscor.*

Solanum vesicarium *Dod.*

Halicacabum vulgare.

Alkekengi *Offic.*

Jüden Kirschen.

Blasen Kirschen.

Erd Kirschen.

Fructus miniatus in folliculo rubenti & leuiter turbinato hæret.

Locis vmbrosis aliquantum humentibus delectatur. Iunio floret, Septembri matureſcit fructus.

Baccæ ad Renum vitia & lotium ciendum eiusq; acrimoniam obtundendam præstantissimæ. Morbum regium expurgant: Calculosis, Podagricis, Hydropicis, Asthmaticis proficuæ.

Solanum Indicum pulchrum.

Flos Mexiocanus *Dod.*

Mirabillas de Peru. *Clus.*

Magnæ admirationis herba Peruuiana.

Mandragora Theoph. *Casalp.*

Wunderblumen.

Gescheckte Indianische Neglin.

Florum elegantia hortos exornat Septembri. Caustica est planta. Radicem valde discutere tumores frigidos Historia stirpium Lugdunensis annotauit.

Solanum Indicum rubrum.

Iasminum rubrum *Lugdun.*

Viola Peruuiana rubra.

Spanischer Anstrich.

In hortis & fictilibus: sed

hyeme perit, nisi intra ædes reponatur.

Solanum Indicum album.

Gelsiminum Indicum albo flore.

Weisse Indianische Vieglin.

Quandoq; luteum florem exhibet.

Solanum frutescens.

Solanum Americum *Dalech.*

Στρυχνόδενδρον *Gesn.*

Pseudocapsicum *Dod.*

Amomum Plin. *Lob.*

Baumichter Nachtschatten.

In viretis & pensilibus hortis elegãtiæ causſa alitur.

Facultas eius nondum explorata.

Solanum Pomiferum.

Mala Aethiopica *Dod.*

Mohrenäpffel.

In fictilibus.

Sorgho.

Sorgo Melica *Ital.*

Sorgum *Tabern.*

Milium Indicum *Mattiol.*

Sorgsamen.

Welscher Hirse.

Spectandi causſa seritur in viridarijs.

Stœchas Arabicum.

A Stœchadibus insulis è regione Massiliæ sitis.

Στοιχὰς *Dioſc.*

Stichas Arabum *Cord.*

Sticados, stœchados *Offic.*

Stoechesskraut.

Ex semine nascitur, sed difficulter.

Calefacientis & siccantis naturæ, Cerebrum, neruos & sensuum organa mundat ac roborat.

Antidotis miscetur.

Syringa alba.

Σύριγξ.

Syringa flore albo odorato.

Philadelphus.

Syringebaum / Spanischer Holunder *Sil.*

Pfeiffenbaum.

Frutex est coronarius. Iunio floret & Iulio.

Syringa cærulea.

Syringa Lusitanica.

Lillach *Dod.*

Blawer Syringebaum.

Spanischer Pfeiffenbaum.

Flores dilutè cœrulei Maio viridaria exornant.

Squilla.

Squilla *Mattiol.*

Cepa Marina *Lob.*

Σκίλλα, à σκύλλειν, ab infestando,

ſtando, ſeu moleſtando.

Meerzwibel.

Meuſezwibel.

Radice rubra & alba diſcernitur.

In fictilibus ſabulo merſa folia promit languidiora; nec diu durat, vtpote ſucco & pabulo conſueto defraudata.

Squilla acris eſt & amara. Calefacit, ſiccat, aperit, abſtergit, incidit, ſubtiliat, extrahit, exulcerat. Stomachicis, Hydropicis, ſuſpiriioſis, Torminibus & Regio morbo ſubuenit. Tuſsi veteri laborantes & reuomentes iuuat. Ex melle ſumta Comitialibus & reſolutis auxiliatur.

Præſtat aſsam aut elixam ſumere.

Aſſa inuncta prodeſt verrucis & pernionibus. Cum pice illita ad canis morſus rabiemq; valet.

De aceto & Oxymelle Scillitico lege Galenum.

Tanacetum Anglicum.

Tanacetum ſpecioſum criſtatum Angl. *Tabern.*

Tanacetum odoratum.

Wolriechender Reinfarn.

Odoratum eſt admodum.

Semen aduerſus lumbricos datur pueris ex lacte, non fruſtrato ſucceſſu.

Tatula.

Solanum ſpinoſum *Tabern.*

Strammonium peregrinum *Aduerſ.*

Nux Metella. *Matt.*

Stechöpffel.

Igelskolben.

Refriger. 3. ſiccat fine 2. non carens pernicioſa qualitate.

Teucrium.

Chamædrys maior.

Chamædrys legitima maior *Cluſ.*

Chamædrys vera mas *Fuchſ.*

Triſsago.

Τεύκριον *Dioſc.*

Je lenger je lieber.

Rechter Ehrenpreis.

Kummertroſt.

In hortis fruteſcit: difficilè hyemem ferens.

Odoratum eſt cum amaritudine acrimoniæ cuiuſdam particeps.

Thlaſpi Creticum.

Thlaſpi Iberidis folio *Lob.*

Drabæ aut Arabis aut Thlaſpi Candiæ *Dod.*

Thlaſpi Candiæ vmbella-

tum Iberidis folio *Lobel.*

Cretischer Bawern Senff.

Semen Augusto & Septembri maturum.

Acerrimi saporis. Calef. & siccans vehementer.

Thymus.

Serpillum Italicum *Tr.*

Δόμος σκληρότερος *Dioſc.* ἀπὸ τοῦ διεγείρειν *ab excitando, quia animum excitat.*

Thymum durius *Dod.*

Thymell/Tymichen.

Welscher Quendell.

Calef. siccat, aperit, vrinam & Menses prouocat, viscera expurgat. Bilem atram & pituitam acremq; saniem euacuat.

Tythimalus Myrsinites.

Tithymalus Myrtifolius.

Esula Myrtifolia.

Μυρσίνης τιθύμαλος.

Myrten Wolffsmilch.

Vomitiones ciet.

Tordylium maius.

Τορδύλιον, *Dioſc.*

Seseli Creticum 2. *Tab.*

Caucalis maior.

Cretischer Sesel.

Æstiualis planta.

Semen latum, rotundum clypeoli speciem refert, odoratum ac nonnihil acre, Calidum & diureticum est. Augusto matureſcit.

Tordylium minus.

Seseli Creticum 1. *Tabern.*

Tordylium, *Dodon.*

Caucalis minor.

Candischer Sesel.

Semen calefac. siccat, aperit, vrinas prouocat.

Tragon.

Tragus, *Mattiol.*

Τράγος ἢ σκορπίος.

Meerstachelkraut.

Scorpion kraut.

Crithmi Salicornij ſ. Kali congener planta.

Ad vsum Acetariorum seritur. Venenis aduersatur.

Tragopogon Purpureum.

Barbula hirci 2. *Mattiol.*

Tragopogon, *Dodon.*

Braun Bockebart.

Kleiner Morgenstern.

Radices rec. hyeme in acetarijs vtiles. Succus dulcis cohibet, firmat, & modicè adstringit.

Trifolium bituminosum.

Τρίφυλλον ἀσφάλτιον, *Dioſc.*

Trifolium Asphalthæum ſ. bituminosum.

Trifolium odoratum Plin. *Aduerſ.*

Hartzklee.

Vniuersa planta odorem bituminis Iudaici spirat.

Menses trahit & partus. Venenatorum morsibus succurrit.

Trifolium vesicarium.

Trifolium halicacabum.

Blasenklee.

In horto Dom. Laurent. Scholtzij.

Trifolium acetosum corniculatum.

Oxys flore luteo, *Cl. P.*

Oxys lutea corniculata repens.

Geeler gehörnter Sauerklee.

Eiusdem cum Acetosa triphylla facultatis.

Triticum hybernum.

Πυρὸς, *Dioscor.*

Triticum, *Dodon.*

Siligo spica mutica, *Lobel.*

Robus, *Colum.*

Weitzen.

Winterweitzen.

Solum amat pingue & laetius, minimè vliginosum, magis in planis quàm montosis campis, vbi plurimum degenerat in Secale.

Triticum omne firmissimi est alimenti, succumque admodum crassum gignit.

Excalefacit ordine 1. siccat, humectat non manifestè, quiddam lentoris habet & obstruentis naturæ.

Panis Triticeus, ἄρτος πύρινος.

Weisbrod/Weitzenbrod. Semmel/vulgò.

Plus nutrit quàm cibarius, laudabile ac plurimum nutrimenti corpori suggerit.

Viuimus arte, fouet nos omni tempore Panis,
Nec sapiunt lautæ, si sine Pane dapes.

Cereuisia Triticea, Weitzenbier.

Ex Malto, additis paucioribus Lupulis quàm in Hordeacea, per integrum annũ in vniuersa Silesia coquitur.

Plus calefacit & magis nutrit, quàm Hordeacea, minus penetrat, & si nõ probè defæcata fuerit, crassos flatus gignis & ventrẽ inflat.

Omnium præstantissima Vratislauiensis, quæ vulgò Schöps appellatur: dein Suidnicensis, Stregomiensis, Lignicensis, Fridbergensis, &c.

Fermentum excalefacit, trahit, callos pedum, & furunculos cum sale, & tubercula concoquit & aperit.

Fæces Triticeæ cereuisiæ illitæ

illitæ ambustis medentur certo experimento.

Triticum æstiuum.

Triticum trimestre.
Olyra, *Dodon.*
Πυρὸς τετμηνιαῖος.
Πυρὸς τρίμηνος, *Dioſc.*
Setanium *Colum.*
Sommer Weitzen.

Mansum & illitum canum morsibus prodest.

Panis leuiorē cibum præbet, & qui facilè in membra demandatur.

Triticum typhinum.

Triticum aristis circumvallatum, *Lobel.*
Typha cerealis, *Dodon.*
Gebarter Weitzen.
Welscher Weitzen.

Triticum multiplici spicâ aristis circumvallatum.

Triticum multiplici spica, *Lobel.*
Römischer Weitzen.
Vielährichter Weitzen.
In horto meo.

Triticum lucidum.

Triticum lucidum Gallobelgarum.
Triticū lora Gallobelgis.
Himmelkorn/ *vulgò.*
Semen est longiusculum, lucidum. Spectaculi potius quàm vtilitatis causa seritur.

Triticum Indicum aureum.

Triticum Bactrianū, *Cord.*
Milium Indicum Plin. *Lob.*
Mais Occidentalium.
Jndianisch Korn.
Türckisch Weitzen/ *vulgò.*

Maio satum maturat Septembri.

Colitur in hortis magis oblectationis quàm panificij causâ.

Triticum Indicum rubrum.

Maizum Indicum rubrum.
Türckisch Korn.

Semen ex America primùm allatum. In nutriendo omnibus triticeis ipsoque Secali & Hordeo longè est inferius.

Tulipa lutea I.

A Dalmatico pileo, cuius formam referre patens flos videtur.

Ἀνεμώνη λειμωνία, *Theoph.*
Narcissus 6. *Matthiol.*
Lilionarcissus luteus, *Lob.*
Café, Lalé, id est, flos cafæ.
Geeler Tulipan.
Gelbe Türckische Narcissen.

Ex Thra-

Ex Thracia ad nos translata, Aprili floret.

Tulipa lutea II.

Tulipa lutea polyanthos.

Geler Tulipan mit vielen blumen.

Tulipa purpurea præcox.

Lilionarcissus sanguineus puniceusúe 8. *Lobel.*

Leibfarbener Türckischer Tulipan.

Tulipa præcox rubra.

Tulipa rubra.

Narcissus 5. *Mattiol.*

Lilionarcissus purpureus sanguineus.

Lilionarcissus puniceusúe 5. *Lobel.*

Roter Türckischer Tulipan.

Tulipa rubella candidis oris.

Lilionarcissus rubellus, nitidus, candidis oris, *Lobel.*

Roter Tulipan mit weissen spitzen.

Tulipa Bononiensis.

Narcissus 9. *Matt. Cam.*

Lilionarcissus *Bononiensium.*

Tulipa minor lutea Italica.

Welsch geel Narcissen Lilie.

Tulipa Bulbifera.

Lilionarcissus bulbum ferens. In horto meo.

Valeriana maior.

Νάρδος ἀγρία.

Φοῦ, *Dioscor.*

Phu ponticum s. maius.

Valeriana domestica.

Nardus sylvestris seu agrestis, *Trag.*

Theriacaria *Theoph. Paracels.*

Grosser Baldrion.

Spickwurtz.

Zehrkraut, *Sil.*

S. Georgen kraut.

Augenwurtz.

Wilder Nardus.

Passim in hortis vberrimè luxuriat radice supra terram eminente. Humectis gaudet. Floret Iunio, Iulio.

Suaue olet nardum, sed tantillum grauitatis mixtum prodit.

Calefac. & siccat 2. aperit, attenuat, concoquit, prouocat, vrinas & menses ciet.

Miscetur Antidotis, quòd venenatis bestijs & pesti resistat. Pectoris vitijs medetur.

Oculorum claritatem adiuuat, si aqua eius oculis instilletur.

Additur vulnerarijs potionib⁹ contra tabem vulgi experimentum.

Valeriana graca.

Phu græcum ſ. peregrinum, *Lugdun.*

Valeriana cœruleo flore.

Frembder Baldrian.

Hortorum exornat margines, in quibus plurima æſtate floret.

Valeriana rubra.

Been rubrum Herbar. *Dod.*

Ocimaſtrum Valerianthon, *Lobel.*

Polemonij 2. ſpecies.

Roter Baldrion.

Radix acris eſt, & odorata.

Veronica recta.

Veronica aſſurgens maior.

Lyſimachia cœrulea hortenſis, *Lobel.*

Lyſimachia Cœrulea, *Dod.*

Auffrecht ſtehender Ehrenpreiß.

Iulio flores cœruleos ſpicatos egerit.

Viribus vulgari inferior.

Parcioris & rarioris vſus.

Viola Mariana.

Γογγύλη ἀγρία. et Leucoion.

Medium, *Matthiol. Cam.*

Rapum ſylu. Dioſc. *Lugdun.*

Weis / braun Marienglöcklin.

Radix naturæ eſt frigidæ & ſiccæ cum adſtringendi vi.

Æſtate floret.

Viola Martia plena purpurea.

Ἴον διπλοῦν.

Viola Martia flore multiplici.

Viola purpurea multiplex.

Volle blawe Veilathen.

Viuaciſsima eſt & radicibus ſeſe propagat in hortis.

Vere & Autumno floret.

Minus odorata eſt & viribus ſylueſtri inferior.

Viola Martia plena albo flore.

Volle weiſſe Mertzen Violē.

In horto meo.

Vitex.

Ἄγνος καὶ λύγος, *Dioſc.*

ἐλάτη λύγος, Theoph. *Aduerſ.*

Agnus caſtus, *Officin.*

Salix Americana.

Keuſchbaum.

Keuſchlamb.

Münchspfeffer.

Pfefferbaum.

Semen ijs, qui ſe à venereis puros conſeruare cupiunt, accommodum. Lienoſis & venenatis ictibus auxiliatur.

Calefacientis & ſiccantis naturæ.

Vitis

Vitis vinifera.

Ἄμπελος οἰνοφόρος, Dioſc.

Vitis manſueta ſ. cultiua.

Weinrâbe.

Weinſtock.

In Sileſia inferiori circa Croſſenam, alibi minus frequens ob cœlum algidius.

Folia refriger. adſtringunt potenter, acidum ſapiunt. Aduerſus hæmorrhagiam, Alui fluores, dyſenterias, ſtomachi ardores commendantur.

Florum odor, cor & cerebrum recreat.

Cinis ſarmentorum, τέφρα, Dioſc. Râb aſche/ ex contrarijs qualitatibus conſtat. Vrendi vim habet; ad cauteria vſurpatur lixiuiũ, & contra fungorum venena valet.

Gigarta, γίγαρτα, vinacea Lat. nuclei acinorum, Kôrnlein in Weinbeeren.

Siccant, adſtringunt, dyſentericis & ſtomacho reſolutis proſunt.

Stemphyla; στέμφυλα, vinacea Nonn. Träbern.

Recrementa ſunt ab vuis expreſsis reliqua, membranoſi videlicet acinorum folliculi & vinacea ſeu nuclei cum ſcapis.

Adſtrictoriæ ſunt facultatis, mammis inflammatis & turgentibus imponuntur, fotu podagricos iuuant. Decoctum dyſentericis, cœliacis & diarrhœâ laborantibus infunditur.

Vuæ immaturæ, acerbæ ſunt & auſteræ; refrigerant, ſiccant, aluum ſiſtunt, appetitum excitant, præſertim calido ventriculo, ſanguinem crudum & frigidum generant.

Omphacium, Agreſta Offic. Agreſt/ ſuccus vuæ acerbæ, in condiendis obſonijs commodus & ſalubris. Ori, ventriculo gratus, nauſeam ac cibi faſtidium tollit, appetentiam excitat.

Æſtuanti & ſitibundo à bile ſtomacho aut Hepati mirè prodeſt. Calidis morbis magno commodo adhibetur.

Vuæ dulces, σταφυλαὶ, Süſſe zeitige Weintrauben. Omnibus fugacibus magis nutriunt, laxam & flaccidam carnem gignunt. Aluũ ſubducunt, ſtomachum inflant, & capiti nocent.

Vuæ penſiles, innocentiores ſunt, minus inflant, cæteriſque faciliùs concoquuntur, confracta & trita recentibus ambuſtionib⁹ mirè proſunt.

Vinum.

Οἶνος.

Wein.

Calefacit a. humectat, nutrit, ſanguinem generat copioſum & puriſsimum: ocyſſimè in alimentum vertitur, genuinum ac naturalem calorem refocillat. Cor exhilarat.

Modicè potum ad alimoniam corporis conſeruationemque valetudinis maximè commodum.

Suaue Dei munus Vinum eſt: hominumq; ſaluti
Conducit: præſit dummodò ſobrietas.
Immodico ſed ſi tibi proluat ora Lyæo,
Pro dulci potas tetra aconita mero.

Lora.

Lorea.

Δευτερία, Græcis.

Potio ſecundaria, Vinum operariorum, Lauer.

Sic dicta à lotis acinis. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt Muſtum acinis expreſſum.

Vrtica Romana.

Ἀκαλύφη, κνίδη, *Dioſc.*

Vrtica ſylu. ſemine Lini, *Lobel.*

Vrtica vera, *Fuchſ.*

Römiſche Neſſeln.

Welſche Neſſeln.

Semen lini ferè in pilulis rotundis fert.

Digerentis facultatis eſt, & tenuium partium, Thoracem expurgat, & aluũ ſoluit.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Πάντοτε δόξα Θεῷ.



Fossilium Silesiæ

CATALOGVS,

OMNIS GENERIS MINERALIA, METALLICA, METALLA, SVCCOS, TERRAS, LAPILLOS, FONTES medicatos & Thermas continens:

Concinnatus opera & studio

CASPARI SCHVVENCKFELT, Physici Hirsbergensis.

Hiobi 28. vers. 1. 2. 6.

Habet Argentum venarum suarum principia: & est locus Auro quod liquant Metallarij. Ferrum è strictuaris seu glebis venaque ferraria sumitur: & lapide æroso funditur Æs. Terræ eius lapides loco Sapphiri; Pulueres verò sunt illi.



Anno

M. DC.

MAGNIFICO, STEMMATIS ANTIQVITATE, AMPLITVDINE, ERVDITIONE ATQVE VIRTVTE Clarissimo viro Dn. CONRADO ab HOHBERG. in Fürstenstein, Freiberg, Friedland, Gotsberg, &c. Domino ac Mœcenati suo, S. D.

ANNVS IAM AGITVR QVINTVS, *Vir Magnifice, ex quo primùm in Arcem tuam, antiquitate & Principum olim sede claram, Fürstenstein, ob vlcera Crurum, quibus summè molestabatur M. T. diuturna dysepulota, curatu difficilia, in consilium vocatus veni. Quæ quum ex membris superioribus excrementa sua eò impellentibus, foueri, conseruari & augeri aduerterem: persistente cacochymia & viscerum principalium δυσκρασίᾳ, nullo modo à Chirurgo solis topicis perfectè curari & consolidari posse prædixi. Cui meæ sententiæ M. T. facilè acquiescente, corporeq; per conuenientia medicamenta, venæ incisionem, victumq; rectè institutum & seruatum, à prauis humoribus liberato, periculum quod ex inflammatione imminebat, studio & industria Chirurgi facilè repressum & vlcera diuturna, quæ anteà consolidationem respuebant, mox, accedente vsu Thermarum Hirsbergensium, sponte coaluerunt. Quoniam verò pòst, Cura iterum, (vt frequenter in corporibus fieri assolet) ob neglectam diætam, excercitationes ac solitam Euacuationem intermissas, accedentibus curis domesticis exulcerarentur, Natura aggrauata consueto modo sese exonerante & prauos humores ad pedes iam imbecilliores impellente, omninò necessarium fore monui, vt præter exactam ac probam victus rationem, purgetur & sæpius expurgetur corpus, præcipuè verò instante vere & autumno, antequam moueri ad debiliorem locum excrementa incipiant. Ante biennium cùm venæ sectioni præessem, inter alia colloquia, pagi cuiusdam M. T. vulgò* der Salzbrunn *fit mentio. De etymo inqui-*

inquirens, à fonte salso illic scaturiente nomen accepisse intellexi: mox aquâ (quam M. T. apportandam curauit) degustatâ rem ita se habere deprehendi: & paulò pòst, cùm pagum ab arce P. M. III. circ. distantem adijssem, fontis origine diligentius perspectâ, Aquam eius non simplicem, sed mineralibus imbutam ex colore, odore, sapore & decoctione exploraui, ac certò didici. Quapropter, vir magnifice, Earum rerum, quæ Terræ Silesiacæ patriæ nostræ viscoribus innatæ & fibris infixæ vel sponte effluunt vel arte effodiuntur, Obseruationes seu potius Catalogum, Amicorum hortatu & impulsu congestum M T. inprimis, Antiquorum consuetudinem æmulatus nuncupare libuit. Cùm, quòd singulari eruditione præditus bonas literas earumq; cultores semper magni feceris ac promouere soleas: tum quòd Territorium M. T. Metallicis plurimis sit refertum. Gottesbergum enim Metallicorum priuilegijs gaudens oppidulum, Argenti, Aëris, Plumbi nigri metallis nitet: inprimis Lithanthrace seu fossili Carbone abundat, qui plurimus à Fabris ferrarijs vicinis, vbi ligna desunt, aliunde deuehitur. Extra Freibergum etiam ad radicem Arcis situm oppidum Ditionis M. T. Saxum Calcarium, fragmentis Carbonum fossilium aliàs reiectis & inutilibus, nouo inuento hodie vritur. Quem breuem tractatum, Vir Magnifice, qualemcunq;, vt T. M. in me beneuolentiæ testimonium, quâ me soles vultus serenitate suscipe. Oro æternum DEVM *animi, corporisq; ἀεχιάτον, vt M. T. & nobilissimam familiam tuam quàm diutissimè florentem & benè ac rectè valentem seruet, tegat, gubernet. Vale. Dabantur Ceruibergomi, Anno Salutis recuperatæ 1600.*

M. V.

A.

Caspar Schvvenckfelt
Medic.

IN FOS-

IN FOSSILIA SILESIÆ,

CASPARI SCHVVENCKFELDI

Med. D. ac Physici Hirsberg. Ordin.

Effodiuntur opes, delectamenta bonorum,
E variis terræ viſceribus variæ.
Cuiq; ſuæ dotes terræ ſunt, vnde triumfet,
Quærat, & vnde nouum nomen in orbe ſibi.
Hæc ferrum, argentum tellus fert illa vel aurum,
Hæc alias; alias illa miniſtrat opes.
Quas Tu Sleſia opes gignas, quâ laude niteſcas,
Obſcurum proauis, Mîq; Tibiq; fuit.
Ecce patet cuiuis. Schwenckfeldius ille medentûm
Sidus, in exiguo monſtrat habetq; libro.
Hic vnus reparat Tibi Sleſia nobile nomen,
Et quo præcellas munere, ſola docet.
Qui tantas Tibi monſtrat opes, dign: ſue ſit ille,
Quem rurſum his opibus muneribusq; bees.

De Fos-

FOSSILIVM GENERALIS TABVLA.




A.
Frangibilia, vt Lapides
Rudes, & simpliciter Lapides vocantur, vt
Rupes,
Saxum,
Arenarium,
Calcarium,
Fissile,
Cornutum,
Spathum, &c.
Quartzum.
Fluores, quorum magna varietas. Excoctoribus Metallorum ad liquanda Metalla vtiles.
Nobiliores
Minus, vt
Marmor
Zotense,
Porphyrium.
Lapides nobiliores sui generis, vt
Aetites,
Belemnites,
Ceraunias,
Astroites,
Hæmatites,
Iudaicus.
Magis, vt Gemmæ seu Lapilli pretiosi, ex succo purissimo prognati. Qui vel sunt
Transluc idi, vt
Adamas,
Crystallus,
Rubinus,
Hyacinthus,
Chrysolithus, &c.
Opaci, vt
Achates,
Iaspis,
Turcesia.

Humi-

- B. Humida, vt
  - Succi Minerales, qui sunt
    - Macri
      - Cum Metallo, vt: Chrysocolla, Cæruleum, Ferrugo.
      - sine Metallo, vt: Aphronitrum, Atramentum sutorium, Alumen, &c.
    - Pingues, vt: Succinum fossile, Gagates, Lithanthrax, Sulphur, Cinnabaris seu Minium natiuum.
  - Non Succi & dicuntur vel
    - Metalla, ἀπὸ τοῦ μεταλλᾶν. Eaq; vel
      - Vera
        - Principalia à Natura in terræ visceribus & fibris ad perfectionẽ excocta statim sua pura, vt: Aurum, Argentũ, Aes, Plumbum, &c.
        - Cruda succis, terris, lapidibus permista, nondum excocta, vt Venæ Metallorum.
      - Sui generis & impropriè Metalla dicuntur, vt: Stibium, Plumbum cinereum, Mercurius.
    - Metallica, quæ vel
      - Iuxta Metalla reperiuntur: Pyrites, Minium natiuum, &c.
      - fiunt ex Metallis dum liquantur, vt: Diphryges, Scoriæ, Pompholyx, &c.


C.
Sponte effluunt, vt Aquæ, quæ vel
Noxiæ, vt
Aquæ Strumas procreantes potæ.
Aquæ fossilibus seu Metallis infectæ, quales circa Schatzlarium.
Vtiles,
Fontes, qui vel
Potabiles. Horum infinita multitudo in Sudetis montibus exoritur.
Medicati
frigidi, vt
Acidulæ.
Salsulæ.
Calidi,
ad primum gradum vt Thermæ Hirsbergenses.
tepidi, vt
Landecenses,
Fons D. Iohannis.
Fluuij
Vulgares & minores, vt
Riuuli,
Torrentes.
Primarij, & vel oriuntur in
Sudetis vt
Albis
Boberus
Quissus
Cattus
Oupa
Isera, &c.
Carpathi radicibus, vt
Vistula
Viadrus.
Lacus
Montium
Maior,
Minor.
Regionis. Plurimi piscibus optimis referti.

FOSSI-

FOSSILIVM SILESIAE, Liber tertius,

Achates.

AB Achate fluuio Siciliæ eiusdem nominis.

Achatstein/ Achat.

Lapis est varijs coloribus constans & se inuicem intercursantibus zonis lineisq; adeò vt quandoque varias effingant imaginum formas naturæ penicillo.

Aliquot genera in montanis ad ripas fluuiorum inter glareas inueniuntur.

Iaspiachates sihet aus wie ein Jaspis.

Leucachates frequentior; per quem venæ albæ transeunt, ein weisstreiffiger Achat.

Kerachates Agat wie ein Horn.

Sardachates, Sardæ modo rubet.

Hæmachates. Hunc sanguineæ venæ pingunt, Ein blutstreiffiger Achat.

Omnem Achatem venenis pestiferis, Araneorum atq; Scorpionum ictibus aduersari fertur. Gestatur contra Quartanam & febrile incendium.

Acidulæ.

Seurlinge.

Bierbrunnen Sil.

Bini existunt fontes intra Sudetes ad Silesiorum fines, in angulo occidentali Luzatiam versus, acidum quiddã resipientes qui ob colorem & gustum Cereuisiæ secundariæ, ab Accolis Fontes Cereuisiarij nominantur.

Prior non procul à Quisso fl. ad dextram, quâ itur ad pratum Iseræ, iuxta pagum Fegesbeutel vnterm Hohwalde vdo scaturit solo, tribus in locis, vix pedem vnum atq; alterum à se inuicem distantibus: scatebra fonticuli Quissum versus cum sonitu & murmure quodam veluti aqua feruens ebullit.

Aqua in fonte purpurea apparet, ex vitro Vini Vngarici veteris flauum repræsentat colorem: Pota aciduluṁ sapit, linguam acrimoniâ tantillum feriens, schmecket wie geringe scharff Tischbier / quæ tamen mox deperditur.

Per decoctionem dulcescit & rubicundum prorsus acquirit colorem Zythi ex Hordeo decocti instar; residentia exigua fuligini fornacum similis, ingrati amariusculi saporis.

Saporem & colorem mutat, turbido ac pluuioso cœlo; Hyeme sapidior, limpidior quàm Aestate: forsan quòd vligo ab externo frigore densata, aquam sordibus minus inficere possit.

Agricolæ vicini hanc salubriter bibunt. Deportatur etiam fictilibus in vicina loca ad Aegros, maximè febricitantes & calidioribus Morbis affectos. Sitim enim delet, appetentiam lapsam mirificè reuocat & famelicos reddit: non inflat ventrem, facilè penetrat, aperit, roborat, abstergit. Cholericis auxiliatur pota. Calidiori ventriculo Cibumq; fastidienti salutaris.

Narrant Accolæ turbari aquam, si à desperatis hauriatur.

Alter longo ab hoc milliari in pago Liebwerda territorij Friedlandensis Generosi ac Magnifici Dom. Melchioris à Redern, prodit perspicuus, clarus: gustu suaui acidiuscule priori gratior & præstantior. Muro circundatus est.

Der Liebwerder Bierbrunnen vulgo.

Eiusdem cum superiori facultatis & effectus. Deferri aquam doliolis Dresdam curauit Augustus Saxoniæ Elector.

Adamas.

Adamas Bohemicus.

Ἄδαμας.

Ein Demuth / Demant / Diamant / Böhmischer Demuth.

Plurimus reperitur ad castrum Kynast in agris, piscinis, per quas riuuli ex montibus decurrunt: in prato Iseræ: prope Gryphibergam, Gusmansdorff & alijs plerisque locis Riphæorum montium. Aliquando matricula Oui gallinacei & anserini magnitudine includuntur.

Silesiaci Adamantis expoliti co-

liti colore & nidore Indicis adeò respondent, vt eos vix nisi duritie discernere queas. Annulis inseruntur ad ornatum potius quàm vsum Medicum. Amuletum contra venena vulgatum. Brachio sinistro vt carnes tangat alligatus, nocturnos inhibet timores. Cardan.

Aeris vena.

Kupffergänge.

Aeris mons, vulgo Cupferbergum intra Riphæos montes ad Boberum fl. oppidulum metallicũ vetustum; olim Aeris venis ditissimis celeberrimum; ex puteis ac Cuniculis in montem actis profundiss. coniectari licet. Ferunt vltra septuaginta officinas, in quibus Aes fuit excoctum, in valle, quæ à scorijs nomen retinuit der Schlackengrund extitisse: quod & ingentia scoriarum agmina ad Bober. fl. coniecta demonstrant. Hinc ei nomen cessit der Kupfferberg. Vnica supereſt hodie.

Goldbergæ in Lygijs, ad Brusnitium & Haselam.

Altstadij Ducatus Nissensis. In Zuckmantela.

Gotsbergo.

Schmotsciffen pago territorij Hirschbergensis.

Gieren, Querbach, ad fontes Quisi fl. auff der Kupfferzeche vnd S. Vrban.

Schatzlarij, in Crõnsdorff ad fontes Boberi. In Hermansciffen sub monte nigro versus Bohemiam.

Aes purum fossile statim suum.

Gediegen fein Kupffer.

Kupffer Euglin.

In Pyrite, ex vena D. Vrbani zum Gieren, item in vena ab Aere seu Cupro denominata, etiam in altera, quæ à litibus nomen habet die Haderzeche, inter lapides Plumbi candidi zwischen den Zihnzwittern, Aeris natiui sui coloris granula emicant. In Quartzo circa Lehnum opp. territorij Leobergensis.

Aeris bracteæ tenuissimæ amplectuntur Saxum cornutum intercursantibus venulis rubeis in Crõnsdorff.

Aeris venulæ vel fibræ in lapide rubro & spatho.

Kupffer Euglin in einem roten Spath.

Lauantur grana Goldbergæ, Kupffer Körner so Gold halten.

Aes

Aes rude sui coloris.

Gediegen Kupffer Ertz/rot Kupffer Ertz / rote Kupfferblumen.

Braun beschlagener Kupferkys.

In Metallis Kupferbergi.

Aes rude plumbei & violacei coloris.

Kupfferglas Ertz.

Reich violbraun Kupferkyß.

Ibidem.

Aeris vena Ferri particeps.

Eisenschüssig Kupffer Ertz.

Cupferbergi.

Aeris vena Chrysocolla & cæruleo tincta.

Kupfer-Ertz mit angeflogenem Berggrün vnd Lazur.

Goldbergæ, Cupferbergi & Schatzlarij.

Aeris ferax Pyrites aurei coloris.

Schöner Goldgeeler Kupferkyß.

In Gieren & Kupferberg.

Aeris vena in lapide fissili.

Kupferreicher Schiefer.

In Hermansseiffen ad thermas D. Iohannis.

Aeris vena in Marmore & Pyrite.

Kupffer Ertz in einem spattigen Kyß/ welcher auch Silber helt.

Gottesbergi & in Zischdorff.

Aes.

Χαλκὸς.

Cuprum.

Kupfer / rot Kupfer. Ertz in Biblijs.

Excoquitur hodie Cupferbergi & Gabelæ: olim Goldbergæ in Lygijs.

Acria, salsa, acetosa, pinguia, dulcia præparata in vasis æneis prorsus incommoda sunt naturæ, maximè si in ijs morentur, siue potentur siue comedantur.

Aes vstum.

Χαλκὸς κεκαυμένος Dioſc.

Gebrand Kupfer.

Eligitur rubrum, quod tritum calore Cinabarin imitatur, Officinis & Chirurgis notum.

Adstringit, siccat, reprimit, acre est, absumit.

Aeris recrementum.

Χαλκῦ πομφόλυξ.

Kupfer-

Kupfferschlacken.

Ex Aeris scorijs balnea fiunt seu insessus Schlackenbäder Cupferbergi contra scabiem, pustulas vlceraq; maligna.

Appetitum restaurant & Articulis robur addunt.

Aeris flos.

Χαλκῦ ἄνθος *Dioscor.*

Kupferkörnlin.

Grana sunt minutissima Milij effigie, quæ aquâ frigidissima Aeris candenti massæ affusâ, derepentè exiliunt ac erumpunt.

In officinis vbi æs liquant Metallarij.

Aeris squama.

Χαλκῦ λεπὶς *Dioscor.*

Kupfer Hammerschlag.

Duplex est. Crassior Grob Hammerschlag: Tenuior, Aeris squama purissima Kupferbraun/ Kupfferstaub. Hâc Chirurgi & Figuli ad vasa viridi colore tingenda vtuntur. Apud Aerarios reperitur.

Aerugo fossilis liquida.

Grün Bergschmer *vulgò.*

Viriditas huic remissior, liquida prorsus & instar pultis fluida.

Ante quadriennium aliquot Centumpondia ex puteo deserto Cupferbergi, Metallici extraxerunt. Exiccata pallet Aere non prorsus carens.

Abstergit, siccat, Lichenes & vlcera inueterata sanat, Carnemq; putridam exedit, facto experimento.

Aerugo natiua rasilis.

Ἰὸς ξυρὸς *Dioscor.*

Aerugo natiua in Pyrite ærario *Kentman.*

Kupfergrün an einem Kupferkyß.

Cupferbergi in metallis ærarijs ex Pyrite efflorescit.

Acris est crassarum partium. Mordet, non tamen vehementer, detrahit, liquat, digerit, siccat.

Aetites.

Αἰητὸς λίθος.

Adler Stein.

Aetites mas.

Rotundus est lapis vt galla concauus alium in se lapidem continens Coallimum dictum; qui ex parte Crystalli colorem pellucidum, ex altera nubilum cœruleum ostentat.

Glareosis ad ripam Bobe-

ri repertum vidi. Partum accelerare femori adalligatum vulgi persuasio.

Aetites femina.

Erdstein/Blapperstein.

Varius est. 1. Fuscus, aliquando rotundus, interdum latiusculus compressus, bolum luteum subtilissimum continens; qui commodè præparatus datur vt Sigillata, Dysentericis, Alui profluuio laborantibus & contra venena.

Ad pagum Schmotseiffen territorij Leobergensis eruitur.

2. Puteus, inæqualiter rotundus, oblongus, argillam candidam includens *Blapperstein mit weisser Erden.*

Ibidem.

3. Ferrugineus Aetites nothus.

Drůsen.

Lapis concauus ferrei seu ferruginei coloris. Binas, ternas, quaternas cauitates habet; quarum alia Ochra ferruginea, altera Aëre repleta cernitur.

Ad Goldbergam in Lygijs.

Aluminis venæ.

Pyrites aluminosus. In Schreiber Aw ad Zacum in Zischdorff ad Boberum.

Terra nigra aluminosa in Leussersdorff propè Goldbergam: in Seifersdorff territorij Hirschberg.

Sunt & venæ Aluminis in Comitatu Glocensi.

Alumen.

Στυπτηρία.

Alaun.

Olim coquebatur in Leussersdorff & Schreiberau.

Crassarum est partium. Calefacit, adstringit, abstergit, expurgat, extenuat, vlcera putrida emendat, humida exiccat, pruritum tollit, scabiem sanat, vlceribus cicatricem inducit.

Alumen vstum.

Gebrandter Alaun.

Exiccat vehementer, Carnem supercrescentem coërcet, & humida vlcera corrigit.

Amethystus.

Amethystus Bohemicus.

Ἀμέθυστος.

Hyacinthus *Agricol.*

Deutscher Amethyst.

Böhmischer Amethyst.

Ad Gigantæum montem reperitur.

Visum

Visum coloris suauitate reficit.

Ammochrysos.

Gold glimmer.
Geeler glimmer.
Katzengold.

Arena potius quam lapis, Auro colore simillima, nihil tamen auri in se continet. Passim in metallis, ad ripas Zaci fl. & in piscinis nonnullis sub castro Kynast.

Aphronitrum.

Spuma Nitri.
Schaum Niter / Mauer Niter.
Salpeter an den Felsen vnd Mauern.

Exudat passim ex parietibus vetustis Murorum.

Nitrum ex hoc fit factitium.

Aphroselinus obscurus.

Specularis lapis obscurus.
Glacies D. Mariæ Plebeis.
Graw/tunckel Frawen Eis.
Marien Eis.

Lapis est vitri modo translucens: facilè in tenues finditur laminas.

In Lygijs circa Brusnitium multus ad riuulum.

Candidus Epilepticis, dysentericis, difficulter parturientibus ꝓpinatur, siccat Hæmorrhoides & fistulosis vlceribus carnem generat. Miscetur dentifricijs.

Crucis aut cordis figura infantibus aduersus Comitialem morbum appendit plebecula.

Aqua strumas procreans.

Aqua Pyrite infecta, *Metallicis.*
Kiessige Wasser.
Tropffbrunnen.

Circa Schmiedeberg & in Hermansseiffen limpidi scaturiunt fontes saporis & odoris expertes, qui poti strumas seu hernias Gutturis procreare solent.

Aqua per decoctionē absumta limum dabat flauescentem subtilem Ochræ ferrugineæ non absimilem, quē circulus ambiebat pinguis subnigricans acerrimi saporis, Nitri modo acrimoniâ penetrante linguam feriens.

Aquæ Sulphureæ.

Schweffelichte wasser.

Pleriſq; locis Riphæorum montium. In Neundorff prope Leobergam.

Thermæ Hirsbergenses.

Arena.

Ἄμμος.

Sand.

Arena fossilis candida subtilissima, Schöner weisser / subtieler känlin Sand / Grieß sand.

Passim. In Ducatu Glogouiensi, prope Gryphibergam & alijs multis locis.

Ad vasa Plumbi candidi expurganda vtilis.

Arena fossitia lutea seu flaua. Schön kleiner geeler Sand.

Extra Gryphibergam in tumulo arenario.

Arena fluuiatilis, Wasser Sand.

Ad riuos & amnes notissima: quædam à vitrarijs ad vitri confectionē colligitur.

Arena crassior fluuiorum, Sabulum vocatur, idq; vel durum quod mas; vel molle quod femina appellatur.

Glarea, fragmenta sunt Tophi, Silicis, Saxi non adeò magna.

Argenti venæ.

Silbergänge/Silber Berg-wergk.

Silberbergum, Silberberg opp. Duc. Mönsterbergensis, ab Argento nomen accepit, quòd olim venæ Argentariæ illîc fuerint celebres.

Bythonia opp. vetustum metallicum ad radices Carpathi.

Goldberga, vbi olim lauabatur. Tarnouitium.

Gotsbergum, Gottsberg.

Reichesteinum.

Dietmansdorff prope Suidnicium.

Iseræ pratum.

Smotsciffen.

Zischdorffium.

Gabela, die Gabel / pagus ad Landeshuttum. Argenti venis ditissimis hodie celebratur.

Gigantæus mons, der Riesenberg.

Argentū rude candidum in Marmore, Gediegen weis Silber Ertz in einem Spath. Weis güldin Ertz.

In Gabela. Centumpondio octo, nouē, decem marcæ argenti insunt.

Argenti vena in Cadmia metallica, Silber in einem harten Cobalt.

In valle Gigantum & Smotsciffen.

Argentum in Plumbario lapide.

Bleyglantzig silber Ertz.

In Reichestein, Gotsberg, Dietmansdorff, Smotsciffen, Tarnouitz.

Argentum continent lapides, ex quibus plumbum

bum candidum excoquitur.

Zwitter ſo Silber halten.

Im Gieren.

Argentum purum ſtatim ſuũ, Gediegen fein Silber/hactenus in Sileſia vſpiam fuiſſe in propria vena repertum, non memini. Ante quadraginta circiter annos, bracteæ puriſsimi Argenti in montanis non procul à Quiſſo fluuio cum inſtrumentis Monetalibus inuentæ,& ad Nobiliſs. Dn. Iohannem Gutschium, Dom. in Greiffſtein & Kynaſt delatæ fuére. Credibile Monetarium propè, Argenti puri ſtatim ſui proprias venas nouiſſe.

Argentum.

Argentum excoctum.

Ἄργυρος, ἀργύειον.

Silber/ geſchmeltzt ſilber.

Metallum poſt Aurũ precioſiſsimum. Olim excoquebatur in Silberberg, Dietmansdorff, Ziſchdorff. Hodie Gabelæ. Hoc in bracteolas lateſcit & foliatum redditur, aliàs laminatum, Argentum foliatum, Blatt Silber / geſchlagen Silber.

Vel in ſcobem abraditur & vocatur Scobs.

Limatura ſeu Ramentum Argenti.

Silberfeil.

Argentum proximum ab Auro bonitatis locum obtinet; cuius vires quodammodo imitatur. Refrigerat 2. gradu. Roborantibus Medicinis ad cerebrum & Cor præſcriptis miſcetur. Melancholicis, Cordis tremori & oris fœtori confert.

Argenti ſcoria.

Ἀργύρου σκωρία, *Dioſc.*

Ἕλκωσμα, Galen.

Silber Schlacken.

Recrementum eſt Argentariæ venæ, quando excoquitur.

Molybdænæ vim habet & Emplaſtris exiccatoriæ facultatis, quæ cicatricem obducunt, commiſceri poteſt.

Argenti ſpumæ ſimilis foſſilis Res.

Miſpickel in Zwittergruben auffm Gieren.

Argilla.

Ἄργιλλος.

Than/ Son.

Terra figularis, viſcida & lenta eſt, vaſis figulinis formandis apta.

Huius varia genera varijs coloribus diſtincta paſsim reperiuntur.

Argilla candida, weisser Thon.

Nigra, Kohlschwartz Thon. Effoditur in sylua extra Hirschbergium; ex qua vasa, in fornace cocta fiunt candida.

Lutea, gelber Thon.

Cinerea, Aschgrauer Thon.

Punicea seu rubea, roter Thon.

Refrigerat, repellit, Mammarũ tumores imposita reprimit. Cum Oui albumine permista, Ceruici imposita, Hæmorrhagiam Narũ compescit.

Vasa figulina, Thon gefese/præ cæteris bonitate cõmendantur Bolesłauiensia; in Luzatia, Görlicensia; in Misnia VValdeburgica.

Armenium.

Λίθος Ἀρμένιος, Dioscor.

Ἀρμενιακὸν, Gal.

Lapis Armenius.

Blaw grũne Erde.

Blaw Berggrũn.

Lapis est seu terra coloris viridis cum Cœruleo communis, facilè friabilis: à quo, modico candore differt.

In Lygijs ad Goldbergam in fossis & puteis vetustis Aeris: Cupferbergi cum Pyrite.

Efficaciter purgat. Atrabile vexatis maximè confert, ijs vomitum & aluum ciens, etiam parua quantitate.

Abstergit, & cum Ophthalmicis miscetur: subtiliss. tritum Palpebrarum pilos auget.

Astroites.

Ἀστροῖτης.

Lapis stellatus, victorialis.

Lapis est non gemma, stellulis distinctus ac pictus, rarior inuentu. Nonnulli pro stellis habent quosdam linearum ductus vndarum ferè æmulos.

Venena suspensus arcere creditur & Caduco morbo correptis prodesse.

Auri vena.

Goldgenge.

Aurimons, der Goldberg/ opp. nobile Ducatus Legnicensis ab Auro denominatum, ad Cattum fluuium, schola celeberrimum. Claruit Metallis tempore Heinrici Pij Ducis Silesiaci, qui cum congrederetur cũ Tartaris ex Asia per Poloniam in Silesiam irruentib⁹, quingentos Metallicos sub signis habuit.

Zuckmantela der Zuckmantel opp. olim Auri venis clarum,

clarum, sic dictum, quòd Latrones ibi Viatoribus pallia detrahere soliti sunt.

Reichensteina Reichenstein oppidulum Metallicum Ducatus Munsterbergensis.

Leoberga olim claruit Auri fodinis, In der Zeche.

Strigonium vrbs Ducatus Suidnicensis. Restant fodinæ Auri veteres.

Vallis Gigantum Der Riesengrund/ Goldgrund.

Langenouia Langenaw pagus districtus Hirschbergensis.

Grünau pagus extra vrbem Hirschbergam: pertinet ad Senatum amplissimũ Hirsbergensem.

Smotzsseiffen.

In Schvvartzenthal seu Neudorff versus Boiemiam.

Freihet opp. vicinum Thermis D. Iohannis ad Oupam fluu.

Aurum purum putum
ἄπυρον.

Aurum statim suum, ignẽ non expertum, Gediegen fein Gold.

Aurum purum statim suum Iuglandis ferè magnitudine Silici candido implicitum.

Klar gediegen fein Gold an einem weissen Kys einer Nus gros.

In Zuckmantela ante paucos annos frustum puri auri Quartzo candido inuolutum libras vij pendens fuit effossum aliquando Pyri magnitudine, etiam minori quantitate sæpe reperitur.

Aurum purum statim suum Quartzo adnatum Auellanæ ferè magnitudine.

Ein fein rein gediegẽ Goldstueflin an einem Quartz.

Habeo ex pago Mauos sub Hirsberga ad Boberum fluuium.

Aurum lotum.

Gewaschen Gold.

Innumeris lauatur locis.

Auri puri grana.

Auri ramenta grauiora.

Körnicht Gold / Goldkörner.

In Zuckmantela auff der weichen Zeche Goldbergæ, Leobergæ, Langenouiæ, in Schmotsseiffen, Voysdorff.

Auri puri ramẽta leuiora.

Φύγματα χρυσοῦ.

Flemmicht Gold.

Gediegen Goldfletzlin.

Goldflemlin.

Ad fontes Albis, beim Hirsch-

Hirschbrunnen im Riesengrunde / beim kleinen Teiche auff der Iserwiese.

Riuuli seu fluuij ex montibus decurrentibus Auri ramenta ducunt, Albis, Boberus, Zacus, Cattus, Isera, Goldbach propè Gryphibergam, S. Georgenbach ad Hirschbergam. Taceo innumeros torrentes & loca Ducatuum Legnicensis, Laurensis, Suidnicensis & Nissensis, vbi etiam hodie puri Auri ramenta lauantur.

Auri arena.

Ψάμμος χρυσίτης.

Goldgrimille/Goldschlich.

Passim in riuulis iam citatis ocurrit.

Aureus Dens.

Ein güldener Zahn.

Anno 1593. in pago VVeigelsdorff. Ducatus Suidnicensis puero Rustico Christophoro Müllero cùm septimo ætatis dentes ossei cecidissent, ac tales renati essent, vnus eorum nimirum vltimo molaris in sinistra parte inferius productus fuit Aureus, splendens perpulchrè, alter penultimus, ne secundo quidem anno redijt.

In Truttis, quæ ob id Auratæ dicuntur, aliquando reperiri Aurum fertur: at in alio quocunq; Animali multo minus Homine innatum Aurum fuisse à condito Mundo nullum extat exemplum.

Aurum rude.

Ertz das Gold in sich helt.

Pyrites coloris cinerei & Galenæ, ein grauer vnd bleyglantziger Kyß/ welcher Gold helt.

In Reichenstein.

Silex durus Auri ferax ein Güldiger Kyß oder Quartz.

Goldbergæ, Leobergæ in der Zeche.

Aurum rude in Quartzo & Spatho, ex quo interdum lucent Auri scintillæ.

Goldreicher Quartz vnnd Spath / in welchen zuweilen sichtig Gold gespüret wird.

In Schvvartzenthal vulgò Neudorff.

Pyrites ferri Aurum continens, Eisenmann so Gold helt.

Auff der Freyheit ad Oupam fluu.

Aurum coctum.

χρυσὸς.

Aurum sincerum probè excoctum.

Geschmel-

Geschmeltzt Gold.

Non ignobilius est Hungarico. Aurum ex quacunq; vena sit effossum, modò rectè sit repurgatum, æquè perfectum in vna Mundi plaga ac altera, nulla habita temperaturæ loci, calidæ aut frigidæ, siccæ aut humidæ ratione.

Aurum laminatum, Aurifolia.

Geschlagen Gold / blat Gold / fein Gold.

Aurum limatum, Auri scobs.

Gefeilet Gold.

Ad Medicinæ vsum præfertur à multis id quod naturâ statim suum purum est.

Aurum in omnibus suis partibus æquale & temperatum, saporis & odoris expers.

Valet ad robur Naturæ & Ventriculum exolutum reficit. Medetur Cardiacis, Syncopi, Melancholicis & animi mœroribus. Venenis resistit.

Eius scobs antidotum est Arsenici. Auri folium cum vino rubro plebeij homines ad Morbillorum expulsionem frequenter exhibent

In cauterijs actualibus præstat cæteris Metallis.

Belemnites.

DActylus Idæus *Plin.*
Lapis Lyncis *Offic.*
Albschoß.
Donnerkeil vulgo.

Lapis est teres, oblongus in turbinem desinens. Falsum est, ex vrina Lyncis nasci.

Ad ripas fluuiorum & in agris.

Exiccatoriæ est facultatis. Arenulas expurgat & calculosis medetur.

Contra nocturnas suppressiones & noctis ludibria valere vulgus credit.

Belemnites ferrugineus.

Binos ad me misit doctus & perinduſtrius Dom. Dominicus Heintz pharmacopœus Suidnicensis piæ memoriæ, inter Rhodiæ radices ex Riphæis montibus ad eum delatos repertos. Maior teres, oblongus, digitum minimum crassus, medio terram continens.

Alter gracilior vtrinq; in acutum desinit nuclei Dactyli magnitudine.

Vterq; ferruginea Ochra quasi inuolutus videtur, grauis odoris.

Bolus.

Rubrica Sinopica.

Roter Bolus / rote Erde.

Goldbergæ in Lygijs.

Siccus est & moderatè frigidus, obstruit, adstringit. Hæmorrhagiam Narium & Vteri cohibet. Dysentericis vtilis. Chirurgis in vsu.

Longè præfertur Tokaikus, qui copiosè ad nos affertur coloris russi: instar butyri in ore dilabitur & omnes ferè notas Boli Armeni habet.

Brontia.

Βροντίας.

Lapis Bufonum maior.

Grosser Krötenstein/ Albstein/ Pygmæerstein.

Figura huic ferè dimidiati globi, rarò oblonga, varij etiam coloris. Alius subfuscus, alius subrubens, alius subluteus. Aliquibus sunt bini circuli q. quidam moduli; à quorum superiori quinæ lineæ eminentes, æqualibus inter se spacijs diuisæ, procedunt ad inferiorem, quorum singulæ striam habent.

Ad ripas fluuiorum; aliquando aratro excinditur.

Venenis aduersari & fulmine tacta restinguere, Plinius autor est.

Cadmia metallica.

CAdmia Metallaris Argenti ferax.

Cobaltum Metallicis.

Κάδμεια Græcis.

Kobelt.

Lapis est non multum à Pyrite diuersus, sihet aus wie ein weisser Kyß.

In valle Gigantum, aliàs vocatur Zincken Ertz in Schmotsseiffen: itē Cupferbergi, da er bricht neben einem glantz / vnd sihet einem weisgülden Ertz nit vngleich.

Erodendi vim habet & Argentum in igni absumit. Er raubet im fewer das silber.

Cadmia fornacum.

Hüttenrauch.

Gignitur in fornacibus ærarijs, fuligine flatu egesta.

Venenum habet pernicioßissimum. Eapropter intra corpus haud sumenda. Mures necat. Oculorum medicamentis vtilis. Additur Emplastris & collyrijs.

Calcarius lapis.

Ἀσβεστος. Dioſc.

Saxum Calcis.

Kalckstein.

Calcario lapide totus ille tractus Riphæorum circa Kauffungam, ac si diceres Kalck-

Kalckfund, Seittendorff, & Riersdorff abundat: vbi fornaces Calcariæ plurimæ, in quibus vritur, indeq; Vratislauiam & alia vicina loca deuehitur. Nouo inuento ad Freibergum oppidulum Carbone fossili coquitur.

Calx viua.

Vngeleschter Kalck.

Candidissima in Alpendorff ad Gigantæum montem vstulatur ex saxo candido Alabastrum æmulante: cuius bonitas & candor in dealbandis parietibus præ alijs commendatur.

Vis Calci inest ignea, mordens, adurens, & crustas inducens. Eapropter discutit, extrahit, consumit. Ad Cauteria potentionalia eligitur.

Calx lota.

Gewaschener Kalck.

Siccat valenter absque morsu. Ad contumacia vlcera prodest.

Carbones fossiles.

Ἄνθρακες γεώδεις Theoph.

Αἰθάνθρακες.

Carbones bituminosi duri.

Bitumen nigrum induratum.

Stein Koln / Pech Stein Koln.

Bitumen sunt induratum & coctum sub terra Pici simile, friabile, facilè ignem concipiens.

Effodiuntur ad Gottsbergum, & Schatzlarium prope Boberi fontes.

Præferuntur Gottsbergij vt puriores, à fabris ferrarijs, qui ijs loco Carbonum vtuntur: quòd multò diutiùs durent; sed quoniam sua pinguitudine inficiunt ferrum & fragile faciunt, ad subtilia opera minus valent.

Carniolus.

Carneolus,

Sarda.

Carneol.

Gemma vulgaris Minij colore, sublanguido tamen, ceu videl. in humanam carnem perspicuitas fusa sit.

Varij coloris passim reperiuntur. Alius insignis rubedinis; alius remissior pellucidus carni humanæ similis; alius insignitus candidis pinnulis; alius candidis lineis; alius luteus prorsus.

Nota est propter sigilla Annulorum, quæ crebrò ex illis fiunt.

Sanguinē mitigare, Men-

ſes, Hæmorrhoides & immodicum Narium fluxum ſiſtere, amuleto Gemmarij tradunt.

Ceraunia.

Κεραυνίας Geſn.

Lapis Bufonum maior.

Groſſer glatter Krötenſtein.

A brontia differt, quòd careat ſtryis & lineis: læuis eſt, & nunc rotundus, nunc oblongus: modò clauam, modò cuneum, modò pyramidem repræſentans, modò ſecurim.

1. Coniformis, pyramidem refert, in conum acutus, læuis, varij coloris inſtar Iaſpidis, verùm ſubobſcuri ex rubro fuſci & viridis.

Ein Donnerkeil vulgo.

2. Oui Anatis magnitudine eſt, oblongus, inferiori parte planus, ſuperiori rotundus ſeu concauus ex fuſco cœrulei coloris, læuiſsimus, duriſsimus, grauiſsimus, quem lima non tangit.

Ein Schlangenſtein.

3. Coloris eiuſdem oblongus, teres, Crus ferè repræſentans.

In agris latomijs & fluuijs, quamuis rariſsimè, inueniuntur.

Pyramidalis notior, quo Mulierculæ, neſcio, qua ratione, ad Hernias infantium ſanandas vtuntur, eum in balneo ſupponentes, ſeu loco affecto alligantes.

Chalcanthi Venæ.

Kupfer Waſſergänge.

Cupferbergi.

In Gigantum valle.

In Schreiber Au.

Zuckmantela.

Ziſchdorff.

Glocenſi Comitatu.

Chalcanthum natiuum viride.

Χάλκανθος σκληρικὸς.

Atramentum ſutorium foſsile ſtillaticium.

Natürlich ſelbſtwachſend Kupferwaſſer.

In Cuniculis deſertis Gigantei montis, è ſaxorum ſeu pyritis atramentoſi commiſſuris exudat viride cubi ſpecie.

Chalcanthum natiuum lanuginoſum.

Atramentum ſutorium candidum tenue Agricol.

Vitriolum natiuum plumoſum.

Wollecht ſelbſtwachſend Kupferwaſſer. Kupferwaſſer blume.

Ex

Ex Pyrite & Melanteria in Rieſegrund & Ziſchdorff efflorescit inſtar la nuginis ſeu capillorum.

Sapore Vitriolũ imitatur.

Chalcanthum viride factitium.

Χάλκανθον ἰφθὸν, *Dioſc.*

Atramentum ſutoriũ, *Offic.*

Vitriolum.

Grün Kupfferwaſſer.

Ante aliquot annos decoquebatur ex Pyrite atramentoſo in Rieſengrund, Schreiberau Cupfferbergi & in Zuckmantel.

Adſtringit vehementiſs. cruſtas inducit inſigniter calefaciens & ſiccans. Guſtantibus linguam vellicat, aſpero adſtringentiq́ue ſapore. Aluum irritat vomitumq́ue concitat modicè potum.

Chalcanthum vſtum.

Caput mortuum, *Officin.*

Colcotar.

Gebrandt Kupfferwaſſer.

Todtenkopff.

Fit ex Chalcantho vſto. Multò mitius & moderatius crudo. Adſtringit, ſiccat, ſanguinem ſiſtit.

Chalcitis dura cum Pyrite.

Χαλκίτις ὁ λίθος.

Atramentum rubrũ, *Offic.*

Pyrites æroſus.

Hart rot Atrament.

Lapis rubicundus, ex quo ipſum Æs conflatur. Recentioribus eſt vitriolum ab Aëre alteratum. Eius loco officinæ quædam vitriolo Romano probe purificato in Compoſitis vtuntur.

Cupfferbergi.

Chelonites.

Βατραχίτις.

Crapodina, *Geſn.*

Myexis.

Kleiner Krõttenſtein.

Grawer Krõttenſtein.

Lapis eſt figuræ hemiſphæricæ cauus intus, foris conuex⁹ coloris in candido fuſci. Interdum notulis candidis ſeu liuentibus notatur.

Ex Rana Rubeta & lapide nominatur: quòd nonnullis perſuaſum fuerit, ipſum in capite huius beſtiæ venenatæ ex ſucco lapideo, dum lambit terram, naſci. Alij in mineris procreari affirmant.

Vires eius expertæ ſunt, quòd geſtatus tollat Renum dolores etiam antiquos, & calculi prohibeat generationem. Venenatis ictibus haud paruum affert auxilij.

Suo enim contactu & blando attritu Inflammationes à venenatis bestijs illatas discutit, ac virus omne elicit.

Chrysocolla natiua.

Viride montanum.

Berggrün.

Metallum est Aeris putrefactum, & fit vel aqua alioúe liquore acidulo fluente in venam Metalli.

Chrysocolla globosa Aeris ferax. Berggrün körner/ so da kupffer halten.

Goldbergæ in Lygijs.

Chrysocolla Pyriti ærario adhærens, quæ abrasa arenæ similitudinem gignit.

Berggrün an ein kupfferkyß.

Cupfferbergi.

Chrysocolla in lapide ærario cornuto.

Berggrün an einem Hornstein.

Cupfferbergi & ad Schatzlarium.

Chrysocolla in spatho, Berggrün an einem Spaht.

Ad Brusnitium in Lygijs.

Chrysocolla in lapide fissili æroso. Angeflogen Berggrün an einē kupfferschieffer.

In Hermansleiften sub Nigro monte.

Chrysocolla herbacea ad pyritem ærosum adnata, Schiefergrün.

Cupfferbergi.

Chrysocolla aluum soluit & vehementer vomitū concitat, valenter digerentis & siccantis facultatis. Intra corpus non tutò sumitur.

Pictores ea vtuntur: præfertur Hungarica.

Cinis montanus.

Weid asche/ *vulgò.*

Bergasche / Steinasche.

Fit ex cœruleis seu cinerei coloris duris fluoribus, qui in montanis passim ad flumina inueniuntur.

Comminuti cum cinere ex antiqua Abiete permisti in furno coquuntur: veluti in Pittersdorff ad Zacum fl.

Infectoribus lanarum vtilis ad pannorum infecturas.

Cinnabaris natiua.

Ἄνθραξ. *Vitruu.*

Cinnabaris metallica, Minium natiuum.

Berg Zinober.

Selbstwachsener Zinober.

Zum Schlegel.

Lauatur etiam ad Albipolim Boiemiæ cum auri ramentis. Insultus Epilepticos inhibet.

Chemicis vtilis. Ex Boiemico

mico per descensum extrahitur Mercurius.

Cinnabaris artificialis.

Cinnabrium factitium.

Gemachter Zinober.

Ex Argento vino & Sulphure ab Alchymistis paratur. Pictoribus nota.

Deleteriæ est naturæ. Vnguentis contra vlcera gallica miscetur.

Citrina gemma.

Crystallus luteo Citrij fulgore splendens.

Ein Citrin/Gemmarijs.

In agris Suditorum territorij Hirsberg. aliquando magna frusta aratro exscinduntur.

Cæruleum natiuum.

Lapis Làzuli vel Azuli, *Officin.*

Κύανος λίθος, Dioſc.

Κυάνιον.

Berg blaw/ Lazurblaw.

Blawe Erde/*vulgò.*

Gleba est metallica seu lapis cœrulei coloris, scintillis seu stellis aureis aliquando distinctus. Generatur cùm salsus & acidus humor corroserit materiam metallicam.

Lapis stellulis micans aureis cum cœruleo.

Lazurstein mit güldenen sternlin.

Cupfferbergi in ærarijs.

Cœruleum natiuum cum Chrysocolla.

Berg Lazur mit angeflogenem Berggrün.

Chrysocolla adeò gaudet cœruleo, vt hi duo succi concreti frequentissimè simul nati, vni eidemque glebæ metallicæ.

Cupfferbergi & in vetustis puteis ærarijs Lygiorum ad Haselam.

Cœruleum natiuum cum lapide rudi candido. Lazur an einem Quartz. Ibidem.

Sapor huic mistus, acris & parum adstringens.

Vehementis est purgationis & timorosæ, tàm per secessum, quàm per vomitum.

Aduersus Melancholicos affectus, Maniam, Melancholiam, Quartanam, Cancrum, efficax.

Cos.

Ἀκόνη λιθία, *Dioſc.*

Wetzestein/ Schleiffstein.

Saxum est durum & asperum, siue Lapis Marmori proximus, quo cultri & alia ferramenta acuuntur.

Aquatia seu Rotaria gyratilis,

ratilis, quæ in gyrum agitatur, Schleiffstein.

In latomijs Leobergæ, Goldbergæ & Naumburgi ad Quissum.

Quod exacuendo ferro deteritur, vulgò Schliff/ Schlich/ refrigerat, Alopecias ad pilum reducit, virginum Mammas cohibet: contra Colicã, vulgi medicina.

Cos Lydia.

Χρυσῖτις λίθος.
ἡ λύδη, *Theoph.*
Coticula.
Probirstein.
Goldstein/ Strichstein.

Cotis est species, colore vt plurimum nigerrimus & læuore insigni, duritie ferri, Aurifabris nota.

Ad ripas fluuiorum glareosas legitur.

Probatur nigra & sulphuris expers.

Contra suffusiones Oculorum cum lacte teritur in coticulis.

Crystallus.

Κρύσταλλος.
Crystallum, *Plin.*
κεκλόμενον ὕδωρ.
Ein Cristall.

Gemma est candida & limpida suam naturalem habens figuram, id est, sexangulam perspicuitate sua Adamanti similis.

In præruptis Montiũ scopulis superficietenus cohærentes passim inueniuntur. Plures interdum parui simul nascuntur Chœradũ seu strumarum instar, magnitudine inæquales. Sæpe in agris; aliquando in latomijs occurrunt.

Siccat, refrigerat, veneno Arsenici resistit & contra Mercurium epotum singulare antidotum. Aqua frigida humectata & sub lingua detenta, in febribus sitim restinguit.

Dentifricijs miscetur pulu.

Amuleto vertigini resistere Gemmarij ex vulgi persuasione affirmant.

Diphryges.

Διφρυγὲς.

Aliud est perfecti æris quasi subsidens fæx cohærens imæ fornacum parti.

Vnter Ofenbruch in Kupfer Ofen.

Aliud fit ex pyrite Chalcãthoso, multos dies, vt Calx, cremato, donec rubescat, vt Rubrica, vulgò Todtenkopff/ rote farbe. Etiam lutei existit

stit coloris Ochram ferè repræsentans.

In Schreiberau ad Zacum fl. iuxta ligneos lacus vbi paucis ab hinc annis coquebat vitriolum.

Luteo vtuntur Pictores & Arcularij: Rubro architecti tegulas inficiunt.

Eadem cum Chalcitide vsta viris obtinet.

Abstergit, adstringit, & veluti caustica virtute fluorem omnem comprimit. Ad putrescentia oris vlcera cum Melle vtile.

Dryites.

Eichenholtz zu Stein worden.

Lignum est quercinum in lapidem duratum.

In vetustis Argenti fodinis Zischdorffij ad Boberum reperta est Quercus Anno 1597. lapidis duritie, Melanteria & Pyrite Atramentoso quasi inuoluta.

Ebenum fossile.

Erdstöcklin.

Lignum est nigricans seu purpurascens in lapidem mutatum.

In scrobe argillacea extra Hirsbergam.

Elatites.

Tannenholtz in Stein verwandelt.

Habeo Vratislauia à D. Hieremia Gesnero Medico Gryphibergensi.

Exhalationes ardentes.

Wätteringen / wenn zu Nacht Fewer aus der Erden scheusset.

In montanis ad Sudetum radices Autumno frequentes. Aestate etiam nocturno tempore visui nostro ocurrunt, ijs plerunq; locis vbi Metallorum venæ latent. Huc pertinent Ignes volantes & saltantes Irrwisch qui noctu sæpe Viatores à via abducunt.

Ferri Metalla.

Schmiedberg oppidulum ad latera Gigantæi montis situm à fabrorum frequentia, ac si diceres Fabrorum Montem, denominatum, venis ferri celeberrimum.

Venæ diuites Pyritis ferrei puri nigricantis Rein gediegen Eisenstein / bricht gemein auff Schmiedebeeg am Eisenberg.

Albipolis oppidulum vt Schmiedeberg Boiemiam versus ad Albim fluu. primum,

mum, ferri metallis nitet vulgo HohElbe.

In Rauſchengrunde.

Querbach.

In Kalenberg circa fontes Quiſi.

Lapis ferri puri, Gediegen Eiſenſtein/ Eiſengraupen.

In Oupa fluu. legitur nullis apparentibus venis.

Lapilli rubentes ferri feraces.

Rötlichte Körner ſo Eiſen halten.

Lauantur in Schreiber Au ad Zacum fluu. Aurum continere Peregrini quidam mihi retulerunt.

Terra rubra pratenſis ferrugine quadam infecta.

Wieſen Eiſenſtein.

Ad Sagam Vrbem & in Gieſmansdorff, alijsq; vicinis locis, vtpote ſyluis vaſtis Görlicenſibus magna in copia eruitur, foſsis ad altitudinem tripedaneam actis. Ea decennio renata rurſus foditur.

Vena Ferri æroſa Eiſenſchüſſig Kupfer Ertz / Kupferiger Eiſenſchuß.

Cupferbergi.

Ferrum.

Σίδηρος.

Eiſen/ geſchmeltzt Eiſen.

Ferrum tenax ductile, Zäh / weich ſchmeidig Eiſen/ Schmiedebergiſch Eiſen.

Ex hoc fiunt opera varia & ſubtilia Schmidebergi.

Ferrum durum fragile.

Hart Eiſen.

Hammer Eiſen.

Quale circa Saganum in Heiden cuditur.

Ferrũ refrigerat, adſtringit, ſiccat, digerit ſcirrhos & Lienis tumores.

Vinum aut aqua in qua candens ferrum ſit reſtinctum, potu Cœliacis, Dyſentericis, Spleneticis, Cholerâ laborantibus & diſſolutis Stomacho, vel vrinam continere non valentibus auxiliantur.

Ferri ſquamma.

Eiſen Hammerſchlag.

Latum eſt illud & tenue quod ferro excidit, dum percutitur.

Impoſita calceis ſiccat pedes humidos odore graues.

Ferri ſcobs.

Limatura Ferri.

Raſura Ferri.

Eiſenfeile.

Eiuſdem cum Ferro facultatis.

Ex hac fit Crocus Martis & Ele-

& Electuariũ quod Cachecticis commendatur.

Ferri scoria.

Σκωρία σιδήρου *Dioſc.*

Zunder/ Eiſenſchlacken.

Calefacit, ſiccat, attenuat, digerit validiſſ. Puluis ex aceto acerrimo decoctus Aures purulentas ſanat.

Balneum ex Ferri ſcorijs Schlackenbad adſtringit, incraſſat, ſiſtit Menſes ſuperfluos, fluxumq́; Hæmorrhoidum; roborat Ventriculum laxum, cohibet vomitum & diarrhœam. Medetur Lienoſis, tumores pedum Oedematoſos reſoluit, Articulos roborat.

Ferri rubigo.

Ἰὸς σιδήρου *Dioſc.*

Ferrugo.

Eiſenroſt.

Ferri vitium eſt ſitus, generatur per putrefactionem Ferri.

Egregiè reſtringit & ſiccat eroſionis expers. Illita ſacris Ignibus & Papularum eruptionibus medetur.

Fluores.

Flüſſe.

Tranſlucidorum & opacorum fluorum varietatem paſsim Metallici norunt.

Galena frugifera.

Λίθος μολυβδοειδὴς *Dioſc.*

Lapis Plumbarius.

Bley Ertz/ Bleyglantz.

Bleyſchweiff/ Glas Ertz.

Vena eſt vel Plumbi tantùm, vel Plumbi & Argenti ſimul.

Plumbago ſimplex ſeu diues Kleinſpeiſigen Glantz.

Plumbago globoſa Grobſpeiſiger Glantz.

Turnouitij.

Gotsbergij.

Gabelæ.

In Dietmanſdorff.

Vis ei refrigerans & condenſans. Cætera cum Argenti ſpuma paria habet.

Galena ſterilis inanis.

Blende.

Ein weiſſer tauber Glantz.

Colore non abſimilis frugiferæ: ſed prorſus eſt ſterilis, omnis Argenti & Plumbi expers. Læuore facilè deprehenditur.

In Grounau ad Hirsbergam alijsq́; Metallorum venis interdum ocurrit.

Gemmahuia.

Charcedonius candidus non perſpicuus.

Speckſtein.

Gamelichen Gemmarijs.

Gemma minus dura, colore candida pinguior sedimento nigro & cinereo.

In Ducatu Nissensi reperitur.

Ad Ectypas sculpturas aptatur.

Granatus.

Rubinus nigricans.

Granat/ Grauätlin.

Rubra est gemma perlucida similis colore Balaustijs, obscurior Carbunculo.

Lauatur in Iseræ prato, plurimisque Suditorum riuulis.

Amuleto Cor confortat, Atræ bilis symptomatâ, hoc est, tristitiam timoremq; demulcet.

Granati sylu. non perspicui.

Matrices Granatorum.

Wilde rohe Granaten.

Granaten Mütterlin.

In metallis plumbi candidi & ferri.

Nullius quod sciam vsus.

Gypsum.

Γύψος.

Gypsi vena.

Gyps/ Sparkalck.

Saxum, Calcis parens est, vt lapis specularis extremitas videtur gypsi.

In Lygijs.

Terrenæ est substantiæ. Vis eius siccans, adstringens, obstruens, emplastica.

Sanguinis eruptiones sudoresq; cohibet & Menses ac Dysenteriam sistit.

Potum, quia alligat & obstruit venas, spiritum intercludendo interimit.

Halinitrum.

Ἅλινιτρον.

Sal petrinus factitius.

Salpeter/ Salniter.

Coquitur ex terra pura salsuginosa è stabulis eruta.

Valde tenuium est partium, saliuam ex alto prouocat & aluum subducit: attenuat crassos humores, viscidos incidit.

Hæmatites verus.

Λίθος αἱματίτης.

Rechter Bluttstein.

Refrigerat, adstringit, extenuat, excrescentia reprimit. Contra omnem Hæmorrhagiam vtile remedium.

Vnicum habeo in cella Cereuisiaria Hirsbergæ repertum, in propria vena nondum

nondum in Silesia deprehendi.

Hæmatites spurius.

Bluttstein.

Braunstein / Braunfarbe Figulis.

Non procul ab arce Lehnensi ad Boberum fl.

Vstus crocum Martis colore & effectu refert: ad sanguinis eruptiones compescendas vtile remedium.

Figuli Hirsbergij eo tingunt fictilia.

Hyacinthus.

Ὑάκινθος.

Amethystus Nonn.

Ein Jazinth / Goldstein.

Gemma est fulua seu flaui coloris.

Ad Iseram fluu. & torrentem Georgij prope Hirsbergam.

Hyacinthus citrina.

Hyacinthus aurea.

Ein gelblichter Hyacinth.

Ad Electri colorem inclinat.

Iisdem natalibus gaudet.

Hyacinthus imbecillitatem pellere fertur & contra pestiferæ contagionis noxas maximopere commẽdatur.

Hyacinthus aquea.

Ein Bleicher oder wässriger Hyacinth.

In flauo albescit.

Ibidem.

Vilis est & effœtarum virium.

Iaspis.

Λίθος ἰάσπις Diosc.

Ein Jaspis.

Jeschke vulgo.

Gemma, Antiquis summo in precio habita, multarum specierum.

Iaspis viridis.

Ein grüner Jaspis.

In Sudetis.

Oculorum aciem suo virore reficit.

Iaspis viridis guttis sanguineis aspersus, siue rutilis punctis stellatus.

Ein grüner Jaspis mit eingesprengten roten Blutstropffen.

In agro inter arandum Kempnicij repertus.

Aduersus venena vsurpatur, sanguinem vndecunq; manantem gestat⁹ cohibet.

Iasponyx.

Jasponychel.

In vna sui parte est Iaspis, in altera Onyx.

Iaspis

Iaspis ruber.

Ein roter Jaspis.

Iaspis ruber spurius.

Ein roter bastart Jaspis.

Huius ingentia frusta ad Kauffungam pagum vidisse memini.

Iaspis variè coloratus.

Gefarbierter Jaspis.

In Sudetis Boiemiam versus am Irschkenberg.

Multi annulis Iaspidem inserunt, scalpuntque in eo Draconis seu Scorpionis effigiem, Sole versante sub signo Scorpionis. Quem â Calculo præseruare & ventriculo languido robur addere, summopere prædicant.

Iolithos.

Λίθος.

Lapis violaceus.

Violenstein / Steinblüten *Sil.*

Lapis est cinereus seu potius Muscus subrubeus, qui accrescit saxis firmiter ac si lapides efflorescerent, odorem Violæ Martiæ spirans.

In petrosis Suditorum supercilijs.

Odor Cordi familiaris ac gratus.

Reponitur ad vestimenta, vt ijs odorem conciliet & à tineis præseruet.

Iudaicus lapis.

Λίθος Ἰουδαϊκὸς *Dioscor.*

Τυχόλιθος.

Jüdenstein / steinerne Oliuen / Oliuenstein.

Lapis est oliuæ penè specie subrotundus, seu glandis effigie.

Lineis inter se æqualibus velut torno factis distinguitur.

Non solùm in Iudæa nasci hunc lapidem, verumetiam in Silesia, hactenus deprehendi.

Calculosis & difficulter mingentib⁹ commendatur. *Pulu. cum sacch.* Candi infantibus Calculosis â feminis exhibetur.

Lapilli nigri splendidi.

GLobuli nigri lapidei.

Schierle / schwartzer Schierle.

Differunt magnitudine, figura, colore.

Lauantur ad Iseram fl. & torrentem D. Georgij.

Ab Italis expetuntur ad fluores Zum Schmeltzwerge. non vt inde Aurum eliciant, ex vulgi persuasione. Carent enim Metallo.

Lapis

Lapis fissilis sterilis.

Fisile nigrum sterile.
Tauber schiefer.

Lapis fissilis æroſus.

Kupfer Schiefer.
Grauer Kupfer Schiefer.
In cinereo candicat. In Hermansfeiffen circa Arnobium generos. Baronis Hannibalis à VValtstein.

Lapis fissilis plumbo candido fertilis.

Schiefer Zwitter.
Zihn Schiefer.
In Gieren ad Quissum fl.

Lapides tophacei fistuloſi.

Ad thermas D. Iohannis & in riuulo pagi Schönvvalde.

Lapis in viridi cæruleus æroſus.

Ein schöner glatter blawgrüner Hornstein / sihet aus wie ein Türckis.
In ærarijs Cupferbergi.

Lateres.

Ziegelstein.
Ex terra pingui & arena formantur & in furno coquuntur ad rubedinem.
Candentes aceto acerrimo extincti Linteo inuoluti impositi, Lienis durities resoluunt.
Chirurgi puluer. in Emplastris ad fracturas miscent.
Oleum ex his confractis, quod vulgo Philosophorum vocant, paratur.

Lithargyrium.

Λιθάργυρος.
Argenti spuma.
Glette / Silber Glette.
Silberschaum.
Nihil aliud est quàm Plũbum Auri vel Argenti vaporibus commistum. Fit dum ab Argento Plumbum separatur.
Ilkusij & Tarnouitij.
Χρυσῖτις, Lithargyrium Aureum, ob coloris similitudinem. Rubet enim.
GoldGlette / Rötlichte Glette.
Ἀργυρῖτις, Lithargyrium Argenti, Silber glette.
Μολυβδῖτις Dioſc. Lithargyrium Plumbi.
Bleyglette/ Bleyschaum.
Chrysitis omnium optima præcipuè quæ foliata.
Siccat sine manifesto calore aut frigore, modicè adstringit & terget; mollit, caua explet, excrescentia in carne reprimit, ad cicatricem du-

cem ducit, refrigerat & occludit. Ad intertrigines Femorum prodest.

Figuli ea incrustãt fictilia.

Magnes.

Λίθος μαγνῆτης.

Siderites, Lapis Herculeo.

Ein Magnet/Magnerstein.

Lapis est ferrei coloris nõ admodum grauis, attrahens ferrum.

Ad fontes Albis, & riuulum, den Hirschbrunnen eruitur: item Cupfferbergi.

Reseruatur obrutus ferri squama.

Hæmatitis modo adstringit.

Marga.

Λιθάργιλλος.

Mergel.

Terra est pinguis & spissa.

Marga candida pinguis mollis.

Marga liquida, Medulla Saxi.

Weisser flüssiger Mergel.

Flüssiger Steinmarck.

Marga candida crustacea.

Lithomarga alba.

Weisser schirblichter Steinmarck.

In latomijs & saxorum commissuris.

Contra Epilepsiam & Dysenteriã albam dictam, Vorn weissen wehe vulgi medela.

Marga candida friabilis.

Meel Erde.

Substantia seu terra quædam est fungosa, alba, leuissima, farinæ instar, saporis & odoris expers.

In Lygijs ad Brusnitium.

Aquæ mixta, albo Lactis colore eam inficit. Siccat sine morsu. Vlceribus desiccandis inspergitur. Intertriginem & ambusta sanat.

Marga rubra.

Roter Steinmarck.

Eius natales saxorum fibræ sunt in Lygijs.

Easdem vires cum Bolo Armeno habet.

Prodest ruptis, ex alto deuolutis, Hæmoptoicis, Dysentericis. Medetur fracturis ossium, venenis morbisque pestilentibus resistit.

Marga lutea, geeler Steinmarck.

In Grode lapide.

Marga Cinerea lapidosa.

Aschefarber harter Steinmarck.

In Lygijs.

Margaritæ fluuiatiles.

Μαργαρίτης.

Queis Perlen.

Inter

Inter arenas Quisi fl. prope Gryphibergam lauantur pulcerrimæ Pisi magnitudine, rotundæ, teretes, oblongæ. De his inter Aquatilia, Deo dante.

Marmor Metallicorum.

Spathum Metallicis.
Spath.

Saxum est politius, densius, in Metallorũ venis obuium. Colore variat.

Marmor porphyrium rubrum.

Ein roter Marmel.

In Arnsdorff prope Arnobium.

Marmor Zotense varium.

Marmel am Zottenberg.

Marmor est subcinereum venulis nigricantibus & albidis ex luteo virescentibus.

Ad Zabothum montem eruitur.

Fiunt ex hoc Epitaphia, Mortaria & porphyrij lapides.

Marmor nigrum.

Βάσανος, Misenus.
Bisaltes, *Agric.*
Siderites, *Gesn.* à ferri colore & duritie.

Ein Meisnischer probierstein.

Ein Meisnischer harter Eisenferbiger Marmel.

Crescit forma & magnitudine ligni mediocris, singularis quidem, sed copiosus atque ita iunctus coaptatusque, veluti ab Arculario arte commissus esset: septem, sex, quinque nonnunquam; sed rarius quatuor angulorum, omninò figura trabis erectæ, foris lævis & tactu minimè asper, ferrugineus, duritie Adamantina.

Extra Laubam ad Quissum fl. Im Steinbruch vorm Brũder Thor.

In pago VVise ad Gryphimontium. Greiffenstein arx super eiusmodi saxum extructa est, quamuis paululum degeneret. His lapidibus arx Stolpa Misniæ cum adiunctis ædificijs insistit.

Fabri ferrarij, bractearij (qui Aurum cudunt) & Librorum colligatores ad artificia sua incudis vice, Stolpensi vtuntur. Verùm prius ad vsum aptari necesse est.

Melanteria.

Μελαντηρία.
Atramentum nigrũ, *Offic.*
Schwartz Atrament.

Vena est Chalcanthi pura non cocta.

In Zischdorff, & ad Gigantæum montem. Ex hac sæpe Atramentum sutorum Capillorum seu lanuginis instar efflorescit.

Sapore adstringit vt vitriolum.

Mica.

Sterile nitidum.

Steinglimmer / Sandglimmer.

Eisenglimmer.

Varia est, coloris aurei, argentei, galenæ, res aliàs nullius momenti.

In lapidibus, arenis, metallis lucet, vt his adnata separari non possit.

Morion.

Fluor nigricans pellucidus, *Agric.*

Ein schwartzer durchsichtiger Stein.

Color ei aut nigerrimus aut cum nigro mixtus est alius color, nempe vel Carbunculi vel Sardæ vel Hyacinthi. Videtur radix esse istarum gemmarum.

In agris & propria vena repertus.

Onychites.

CHalcedonius.

Ὄνυξ, Onyches.

Ein Charcedonier / Xatzedonier / Onychel.

Gemma est vulgaris è fusco & albo composita, seu pallescens, humanum vnguem colore subliuido referens durior Crystallo.

Onyx candidus pellucidus, Ein reiner Charcedonier.

Onyx impurus, ein trüber Charcedonier.

Onyx cornei coloris lacteis zonis distinctus, Ein Charerdonier mit weissen strichen.

Sculptoribus vtilis.

Libidinem coercere & agitationes phantasticas ex Melancholia subortas pellere, nonnulli tradunt.

Ophthalmici.

Augensteinle.

Lapilli sunt læuissimi lubricique Chelidoniarum instar, incertæ figuræ & inæqualis magnitudinis. Quidam rotundi, alij oblongi teretes instar seminis Lini; alij Milij magnitudine; quidam Lenticulis pares: alij maiores. Color eis vtplurimum lucidus Crystalli; nonnullis fuscus. Durities mira, splendor ceu oleo inuncti.

In

In scaturigine Thermarum Hirsbergensium.

Oculos expurgant, si quid in eos inciderit.

Osteocollus.

Ψαμμόστεος, ὀλόστεος.

Stein Beinwelle / Bruchstein.

Lapis est fistulosus candidi & cinerei coloris, ex sabulo ossium specie prognatus. Varia ei figura.

Nascitur in fonte limpidissimo pagi Schönvvalda.

Siccat, adstringit sine acrimonia, sistit, linguæ leuiss. adhærent eius frustula.

Ossa fracta per aliquot dies sumtus & extrinsecus Emplastris additus mirificè consolidat.

Dentibus nitorem conciliat.

Plumbi candidi venæ.

Zihn Bergwerck.

Venæ, plumbi candidi feraces sunt in tractu isto Suditorum, vbi Quissus exoritur: veluti in Gieren, Querbach, Vlrichsdorff, &c. ditionis generosi Domini Christophori Gutschij.

Plumbum candidum natiuum purum in lapillis cinereis & fuscis.

Zihn greuplin.

Gediegen zihngraupen.

Granula parua fusca lauantur ad Gigantæum, vbi Albis exoritur: quæ si Carbonibus candentibus injiciantur, Stannum purum finum reddunt.

Seiffen Zihn.

Plumbum candidum.

Stannum germanicum.

Κασσίτερος.

Zihn.

Coquitur ex lapide fissili, Quartzo & alijs solidis lapidibus, auffm Gieren.

Ex hoc parantur omnis generis stannea vasa.

Plumbum nigrum.

Μόλυβδος.

Bley / schwartz Bley.

Liquatur Tarnouitij & Ilkusij ad fines Silesiæ, ex terra flaua.

Plumbum refrigerat admodum & adstringit.

Charta plumbea, ἔκτυπος μολίβδου, Bleyblech / Lumbis instrata Genituræ fluorem per insomnia prohibet insigniter refrigerans, Gangliumq; dissipat illigata.

Mortarium fit ex plumbo in vsum Medicum ad quosuis liquores frigidos in ea

ducendos vt crassescant seipsoque frigidiores euadant.

Plumbum vstum.

Μόλυβδος κεκαυμένος, *Dioſc.*

Bley aſche.

Mistas habet vires. Refrigerat, siccat, attenuat. Vlcera rebellia, cancrosa, carne implet ac cicatrice tegit.

Plumbi recrementum.

Σκωρία μολύβδε, *Dioſc.*

Abstrich / Abzug / Bleyschlacken.

Pars est terrea & lapidosa venæ plumbi, eliquata simul cum plumbo.

Maiorem habet vim adstringendi & siccandi quàm plumbum vstum.

Pramnion.

Schwartzer Crystall/ *vulgò.*

Gemma est nigerrima radice & mucrone.

Crystalli figurâ sexangulâ.

In propria vena post arcem Kynast.

Puluis tormentarius.

Puluis pyrobolus.

Büchsen puluer.

Paratur ex Carbone Tiliæ, Nitro, Sulphure & aceto acerrimo.

Contrà pestem & Vngaricam febrim à Quibusdam bibitur. Scabiem Capitis sanat contagiosam.

Pyrites.

Πυρίτης λίθος.

Marchasita, *Arabum.*

Ein Kyß / Marchasit.

Lapis est varij coloris vt plurimum ænei.

Foditur omnium Metallorum ferè fodinis genere & colore diuersus; plerunque tamen aureis scintillis vel argenteis seu galenæ respersus.

Pyrites prorsus aurei coloris.

Marchasita aurea.

Gold Kyß / Goldgeeler Kyß.

Schöner geeler Kyß / wie ein Gold.

Est propriè Pyrites Aeris & propria Arabum Marchasita, vnde æs conflatur.

Frequens in ærarijs Cupferbergi.

Mista ei vis sec. Aëtium. Excalefacit, siccat, abstergit, insigniter ea, quæ coierunt in aliqua Corporis parte, discutit.

Collo Infantum appensus, Lemures & Lamias non timere, superstitiosè Arabes scripto prodiderunt.

Pyrites coloris aurei argentosi.

Gece

Geeler Kyß/ der eine farb hat wie ein Reinisch Gold oder Messing.

In Metallis Plumbi candidi zum Gieren / auff der Kupferzeche, & æris, Cupferbergi.

Pyrites argentarius.

Marchasita argentea.

Ein Wasser Kyß.

Ein Weisser wässriger Kyß.

In Risegrund & alijs plerisq; locis. Sulphureus est & Metalli expers.

Pyrites similis Galenæ.

Kisum Metallicis.

Pyrites Reichensteinius.

Ein glantziger Kyß.

Colore Galenæ ferè est. Vena communis Argenti, Auri, Plumbi nigri Tarnouitij, Reichensteini, Gotsbergi & in Dietmansdorff.

Pyrites cineraceus.

Ein grawer Kyß.

Ex hoc Aurum & Argentum Reichēsteini & Aldenbergi excoquitur.

Pyrites coloris ferrei.

Pyrites ferreus.

Eysen Kyß/ Eisenstein/ Eisen Ertz.

Opacus est, minimè lucidus. Ex hoc ferrum conflatur in Schmiedeberg tenax & tenue.

Pyrites atramentosus.

Lapis Atramenti sutorij plenus.

Atrament Kyß.

Kupferwasser Kyß.

Cupferbergi in Zuckmantela, in Riesegrund, Schreiberau.

Conflatur ex hoc Atramentum sutorium.

Pyrites innatus Dryitæ, ex quo Atramentum tenue lanuginosum efflorescit.

Kupferwässriger Kyß / in einer verfallener Eiche so zu Stein worden.

Qui in Schreiberau effoditur, Aluminis & Atramenti sutorij ferax est.

Pyrites rotundus glebosus.

Hoden Kyß Metallicis, à testium similitudine, Marckesitt.

In Querbach.

Pyrites quadratus tesseris similis.

Ein würfelter Kyß / Vierecketer Kyß.

Schmiedebergi in metallis ferri. Ferrum rubedine inficit & fragile facit.

Pyrites Cubicus.

Ein lenglichter Wasserkyß.

In Lygijs, sterilis est & metalli expers.

Quartzum.

SIlex Metallicis.

Ein Quartz / Ein Kieselstein.

Species Marmoris Nonnullis. Candidus est, subluteus & subcæsij coloris.

Rubinus.

CArbunculus ruber paruꝰ. Spinellus, Espinella Lapidar.

Ein Rubin / Spinell.

Color huic egregiè ruber fulgorque sed plerunque paruus.

In Iseræ prato, riuulis & torrentibus Montium inter arenas lauatur, vbi & Aurum plerunq; inuenitur.

Aduersus pestilentem Aërem pro insigni amuleto portatur.

Rubinus candicans.

Carbunculꝰ candicãs *Agric.*

Ballasius.

Ein Wese.

Weisser schieler Rubin.

Extremo visu nubilum quid præfert, aliquantulum rubens.

Rubinus giluus.

Lignitis *Agric.*

Carbunculus remissior.

Ein gelblichter Rubin.

Salsula.

EIn Saltzbrunnen.

Paruo milliari ab arce antiqua & celebri Fürstenstein, sub monte qui vulgo der Hochberg nominatur, in pago zum Saltzbrunnen ad ripam torrentis arenoso solo emanat Aqua pura, clara, limpida, quæ ob prædominantem salsedinẽ der Saltzbrunnen nuncupata fuit.

Cingitur muro quadrato, in cuius medio, doliolo in terram defosso fons includitur.

Sulphuris exigui est particeps: Ochræ etiam ferruginosæ, Aluminis, maximè Salis materiam habet.

Ochra rubra ferruginei coloris ad latera & canalem adhæret: insuper sulphureum quiddam aut Oleagineum telæ araneæ simile coloris varij innatat. Odoratus grauem fumum ex sulphure objcit. Sal copiosum permixto Alumine ex decoctione & destillatione deprehenditur.

Sapor

Sapor ei salsus aliquantulum adstringens.

Potu gratissimus est & vicinis Agricolis notus, qui Æstate & Messis tempore ad potum quotidianum summoperè desideratur.

Sitim enim restinguit, appetitum excitat, ventriculum laxum roborat & à prauis humoribus liberat, sine Abdominis seu Intestinorum inflatione.

Siccat, aperit, abstergit, consumit, roborat, Ventriculo relaxato & pituita referto subuenit. Cruditates emendat, concoctionē promouet, & Mesaraicas venas reserat. Renum, Vesicæ obstructiones tollit, diureticus est, Calculos pellit. Ventris dolores & tormina vt Colicam potu aufert.

Ferunt Hydropicos, Tabidos & Cachecticos eius frequenti vsu fuisse pristinæ sanitati restitutos.

Potum in Bobus Lactis copiam augere gens rustica affirmat: Ob id frequenter Boues ad scaturiginem aquam sorbentes accurrunt.

Sapphirus.

Κύανος.

Σάπφειρος Νέα, *Dioscor.*

Ein Saffier.

Sapphirus mas cæruleus.

Ein blawer Saffier.

Passim Goldbergæ, Leobergæ, Boleslauiæ, Hirsbergæ in torrentibus & riuulis lauantur Sapphiri; magni & pulcerrimi in prato minore Iseræ, qui expoliti sæpe pro orientalibus veneunt.

Additur præparatus Cardiacis & Antidotis, quæ aduersus venena & pestiferos affectus parantur.

Eadem præstare amuleto Gemmarij asserunt. Terrores etiam vanos & Melancholicos tollere & atræ bili aduersari idem confirmant.

Oculorum vires reficit, tranquillos reddit, & si tangat sæpius, à variolis ne infestentur, præseruat.

Aliud genus Sapphiri opaci non perspicui nigricantis splendidi loco citato vbertim per lotionem colligitur & pharmacopœis passim pro veris obtruditur.

Gar kleine schwartzlichte Saffier von der Iserwiese.

Num rectè & tutò veri Sapphiri in medicamentis locum suppleant, docti Medici dijudicent.

Sapphi-

Sapphirus candidus.

Sapphirus candidus.
Cyanus subcandicans.
Ein weisser Saffier.

Notior est viliorq́; , Adamantem admixtione candidi coloris interdum ita æmulatur, vt nonnullos plerunque fefellerit.

Sardonyx.

Sardonyches.
Partim Carneol / Partim Onychel.
Sardonychel.

Mixtum habet è Sarda & Onyche nomen. Rubro enim Sardæ corpori candidum Onychis sternitur.

Aduersus venena & animi fastum valere creditur.

Saxum arenarium.

Sandstein/ Werckstein.

1. Candidissimum, ex tenuissima arena cõstat, quod scalptura efficitur æquale.

Schlemstein.
Naumburger Werckstein.

In latomijs Naumburgi ad Quissum.

Fiunt ex hoc Epitaphia, Columnæ & alia.

2. Candidum, arenam habet crassiorem : quale est Leobergense.

Lemberger Werckstein.

Durius est & crassius.

3. Cinereum, cui arena est crassissima & Saxum vocatur molare.

Μυλίτης λίθος.

Grob Sandstein/ Mülstein.

Eruitur in Grunou agri Hirsbergij , ad Lehnum in VVundschendorff , in Gussmansdorff & alibi.

Ad ædificia præstat cæteris , cùm Aëris iniurias cæteris faciliùs ferat.

Lapidis Molaris feruefacti & aceto acerrimo extincti vapor naribus exceptus, præstantiss. remedium Hæmorrhagiâ laborantibus.

Saxum cornutum.

Lapis corneus.
Silex.
Hornstein / Kißlingstein.
Fewerstein.

Ad flumina, in agris, cuniculis calculorum notissimum.

In sternendis vijs & igni vsum præbet.

Saxum.

Grindstein.

Saxum vile quod ex scabie nomen accepit ex diuersa materia compositum.

Schisti nodi.

Glasekõpffe. Metal.

In vé-

In venis Metalli, Zm Schlegel/ Ducat. Niss.

Stannum.

Plumbun candidum argentosum.

Zihn / welcher Silber helt.

Plumbum est candidum, cui Argentum est immixtũ.

Zum Gieren. Separandi modus nondum innotuit.

Stibium.

Antimonium, *Officin.*

στίμμι, *Diosc.* στίβι.

Spießglas/ Spießglantz.

Metallica res est, seu metallum sui generis, colore nonnihil simile plumbario lapidi: sed magis nitet & candidius est.

Huius venæ Aldestadij, vbi etiam excoquitur. Vis eius vsto Plumbo similis. Resiccat, adstringit, reprimit, meat⁹ obstruit, excrescentia in carne cohibet, vlcera ad Cicatricẽ perducit; sordes & oculorum vlcera expurgat.

Stibij vitrum.

Stibium Hyalinum.

Antimoniũ præparatum.

Spießglas.

Modum liquandi Chemici norunt.

Vim deiectoriam sortitur vehementissimam, quam à maligna seu venenata qualitate, quâ Naturæ humanæ aduersum est, consequitur. Copiosè enim per aluum, per os & per poros insensibiliter expurgat, maxima cum virium iactura.

Veteres hoc non vtebantur ad purganda Corpora. Hodie apud Empiricos & Tonsores nihil vulgatius, qui eo sine iudicio aduers⁹ quosuis Morbos, non ad purganda Corpora, sed ad iugulandos homines abutuntur.

Stiria æruginosæ.

Grünlechte Zapfen in Kupfergruben gewachsen.

In puteis vetustis Cupferbergi stiriæ nascuntur oblongæ, teretes, pollicem crassæ, ex vna parte in acutum desinentes, intrinsecus ferruginei coloris, in superficie virides Chrysocolla quasi tinctæ; aliquando concauæ.

Stiriæ lapideæ.

Λίθος σταλακτικὸς.

Stein Zapffen.

Lapis est stiriæ instar oblongus, albus seu cinereus, grauis, durus, ex petris & subterraneis antris stillans.

Passim in montanis occurrunt.

Valent ad ossa fracta.

Succinum aureum fossile.

Χρυσοήλεκτρον.

Succinum fulnũ in rubro.

Goldgeeler Agstein.

Rorgelber Börnstein.

A Pruttenico nec colore, nec odore & perspicuitate differt.

Sub arce Greiffenstein ad pagum Rabsau eruitur.

Pestem & omne Venenorum genera arcet, eiusdem cum Pruttenico facultatis.

Succinum nigrum.

Λίθος μελάντης Dioſc.

Ampelitis terra.

Schwartzer Börnstein.

Schiferichte Steinkolen.

Piceæ Carbonibus est simile, assulatim subsciſsile, bituminosæ substantiæ.

Vim habet dissipandi.

Sulphur viuum.

Θεῖον ἄπεφθον Dioſc.

Schwefel.

Sulphuris venæ passim in Eckersdorff Comitatus Glocensis: Cupferbergi ex Pyrite purum statim suum efflorescit: in Gerardsseiffen & alibi.

Calefacit, siccat, extrahit, terget, discutit & celeriter concoquit.

Sulphur factitium.

Θεῖον πεπυρωμένον.

Getödter Schwefel.

Kramer Schwefel.

Leprã, Lichenes, scabiem, vngues scabros cum Terebinthina auffert illitum.

Pruritus Corporis cum Nitro detersum sedat.

Sulphur sublimatum.

Sulphuris flores.

Schwefelblumen.

Cal. Linctu prosunt tussientibus, sudores propellunt & valde siccant.

Dantur Asthmaticis, Hydropicis, Phthisicis.

Terra.

Γῆ.

Erde.

Terrarum variæ sunt species; quædam simplices, aliæ compositæ.

Simplices variant colore: Alia rubra, candida, pulla, cinerea, fulua, nigra.

Sapore: Alia pinguis, dulcis, salsa, amara, adstringens.

Alijs qualitatibus: Alia sicca, densa, soluta, arenosa, calculosa.

Composita est, quæ cum re fossili vel aliquo succo est permista; vel lapidibus, succis concretis aut metallis.

Omnis Terra ad medendi v-

di vsum recepta summam & primam vim habet refrigerandi, meatusq; obducendi, occludendiq;: sed specie distat, cum alia adiunctis quibusdam ad alia sit vtilis.

Terra figulorum albissima.

Weisse Erde.
Weisser Malthon.

Terra est albissima, quæ tactu pinguis deprehenditur in aqua mox diffluens.

Ad ripas Boberi fl. infra Leobergam colligitur.

Figuli hac pingunt fictilia, Pictores in Officinis Vitrarijs, vitra.

Terra violacei coloris.

Violbraun Erde.
In Lygijs.

